137


HARVARD COLLEGE
LIBRARY
Bought from the Fund for
CURRENT MODERN POETRY
Established by
MOSES GRAY
CLASS OF 1851

Digitized by Google

Digitized by Google

analyzed.

Digitized by Google

Quaestiones Epicae.

Scripsit

K. Lehrs

Ph. Dr. Gymn. Frideric. Praec. Acad. Albert. Prof. Extr.

Regimontii Prussorum.

Sumtibus Fratrum Borntträger.

MDCCCXXXVII.

Digitized by Google

G. 237

1862. Aug. 12.
1.35
Gray Fund.

Impressit Ernst. Jul. Dalkowski.

Digitized by Google

Friderico Jacob

Augusto Meineke

Grati animi documentum, iucundae convictionis monumentum.

Digitized by Google

Digitized by Google

Praefatio

Hoc ut libem sidera, quella nunc est, amicissime, non aliam nihi in causa fuit, nisi negotium. Iuiquis enim laboribus cum apprimi vicerunt neque emergendi potestas daretur, ipse mihi successerunt contrahi, successerunt laborem augmentare. Quod ex consilio instituere, ut animum exigerem quotusquisque perficiendi opera immane laborem, ex eorte nihil inchoata viderem, factum est aliqua commodo mee, libri mei incommodo. Haec causa est ordinique ex eventis esto et partium descriptum aliquotiens, et, quod augustior fiere, continuo non politus sed ex tempore fusus, tam si quid testimonium laudare dignorum sibi ipse fecit. Ut hic ecitione reperies liralunt quae gentis utique non laruisset. Nonnunquam aque quae nunc ne longa quidem, quaedam quae longiora tandem

essent in reliquis dissertationibus, multa in secunda. Nam si ea via, quam hic ingressus sum, omnem veterum doctrinam de accentu, de spiritu, de tmesi, de orthographia Homerica persequi potuissem, et instrumentum huius doctrinae parassem omnibus acceptissimum et Aristarcheae praeparationis complementum mihi quam maxime necessarium. Haec nunc omittere coactus solatium quaesivi, quod his proximis annis et quaedam iam vulgata subsidia expeditiora fore confidimus et nova accessura, partim per Cramerum ipsum, partim per alios meritissimi viri successu et laudibus excitatos. Qui illud persuasum habeant, quidquid eiusmodi monumentorum protractum fuerit si quis fastidiose accipiat hunc uti nescire.

Quod olim in scholastico libello edideram „Quaestionum epicarum specimen primum," quo viri quidam docti adierunt, in hac secunda dissertatione inest: quae pleraque retractanda erant, ex quo Venetis Scholiis rectius uti didicimus.

Lubet quaedam de tertia dissertatione subiicere.

Si quis hodie ut Aeschyleus Prometheus bona hominibus impertita recenseret, illam profecto *ἅπάντων μουσομήτορ' ἐργάνην*, criticam dico, non praetermitteret: praesertim cum prisca atque exoleta superstitio, qua Jovem ipsum ab hominum facultatibus sibi metuere credebant, in ea rate hoc aevo revixisse videatur. Quod si

nos adhuc ea simplicitate morum uteremur eaque hilaritate animi, qua olim in Carniprivio-rum ludicris Deum ipsum in scenam prodeuntem spectabant, posset aliquis lepidam comoediam componere de Deo a Critica sibi timente. Sed sunt etiam qui humani generis proceres quasi ac primores item superstitiose colant, vidimusque qui Wolfii ausa non quod erratum scirent sed quod piaculum admissum putarent perhorrescerent. Est igitur quod gaudeam, qui mihi nunc discerpendus fuit, Hesiodum (nam taceo de Manethone, proletario) ad primam certe classem adspirare non videri. Haec nostra ars qualis exstitura esset praescius futuri divinavit Orpheus eaque fabula, quam de Zagreo exhibuit, scite praemonstravit. Nam Titanes, a cruciando vexandoque dicti, Zagrea, vivum corpus, dilacerant, cor autem mentemque relinquunt: *μούνην δὲ καρδίην νοερὴν λίπον*: quod proditur diserte factum esse *προνοίᾳ τῆς Ἀθηνᾶς*, i. e. per artem criticam. Hesiodo cor mentemque non tantum relictum esse arbitror, sed nunc demum ille animus laetius se efferre visus. Sic, inquam, mihi visum est: facilem profecto docilemque invenient, quicunque mihi rationibus, non religionibus adversabuntur. Sunt enim praeter illos alio modo superstitiosi, traditionem litteris confirmatam opinionemque tempore corroboratam omnium sanctissimum atque religiosissimum habentes, immemores illi, Aeonem, quem Nonnus

πάντροφον dixit, erroris quoque esse nutricium. His, qui libidinem grassari clamitant, perpauca sunt quae referri possint, artem criticam ad duas certissimas regulas dirigendam esse mihique cordi fuisse ut dirigerem, rationem et orationem: ubi vero ratio sit, ibi libidinem nullam esse.

Restat quod nollem. Spitzneri mihi mentio iniicienda est, non hercle ullam aliam ob causam, quam propter unam notam ad Il. Φ, 363, qua non de litteris meis dixit, sed voluntatem et fidem meam in suspicionem vocare ausus est: turpi quidem successu. Primum illa legens acerbius cum eo hoc loco agere volueram: sed *πάνθ' ὁ μέγας μαραίνει χρόνος*: remitto nunc aliquid de iure meo docto viro, quem honestum esse audio, tristem esse video, cuius cum Praefationem legissem illud Aristotelicum de Euripide in eum transferebam: *ἀλλὰ τραγικώτατός γε φαίνεται, εἰ καὶ τὰ ἄλλα μὴ εὖ διοικονομεῖ.* Et timendum mihi illinc non magis esse sentio quam Aristarcho meo: quorum neutrum intellexit.

Analyzed.

Index dissertationum.

Diss. I. Quid Apio Homero praestiterit.

Diss. II. p. 35. Selecta capita ex Alexandrinorum doctrina de prosodia Homerica.

C. I. §. 1 de difficultatibus harum quaestionum. §. 2 p. 40 *οἶκον δέ, ἀγρὸν δέ* sim. §. 3 p. 44 *ἡ θέμις ἐστί*. §. 4 p. 47 Elisio in dativo tertiae. §. 5 p. 59 *ἤ* — *ἦ*. §. 6 *ἐπεὶ ἦ, τί ἤ, ὅτι ἦ*. §. 7 p. 66 *ἑός, ἑάων, ἑῆος, ἑΰς*.

C. II. p. 68 Veterum praecepta de Anastrophe.

C. III. p. 100 Veterum praecepta de enclisi.

C. IV. p. 135 Veterum doctrina de accentu adiectivorum compositorum in *ης*.

C. V. *Θάλεια. Λίγεια. Ἐλάχεια.*

Diss. III. p. 177. De Hesiodi Operibus et Diebus.

Diss. IV. p. 253. De Nonno.

Diss. V. p. 302. De Halieuticorum et Cynegeticorum discrepantia.

a Oppianis

E r r a t a

hie locum habere volui; potiora posui, quae ante libri usum corrigenda sunt, ut dubitationes et errores caveantur.

p. 34 Etymologicon M. l. Gud.

p. 40 §. 2 dae v. 5. paragoge δέ l. δε.

p. 44 * p. II. l. 11.

p. 46 v. 25 sed quod ibi bis ᾖ corruptum est in ᾗ l. sed quod ibi ᾗ et φή corruptum est in ᾗ.

p. 48 v. 18 in V. cod. l. in cod. V.

p. 52 quae nota est, ea transferenda p. 51 v. ultimo textus post verb. consentire.

p. 57 ** ἠ μοῦνοι l. ᾗ μοῦνοι,

p. 62 §. 6 l. §. 7.

p. 87 v. 21 formisque l. lectionibusque.

p. 111 v. 6 pro III, 2. e. l. III, 2. d.

p. 124 * σφᾶς l. σφάς.

p. 132 v. 19 οὐ δ' l. οὔ δ'.

p. 151 v. 21 cui in penultima l. quibus in p. — Deceptus sum per ἐχόντων in illo loco, quod aut minus accurate dictum aut mutandum in ἔχοντα. — Item notam hac pag. dormiens scripsi, cuius incuriae ex animo veniam peto ab Ellendtio. Hanc notam scribe hoc modo: Cur Ellendtius I. p. 153 contendat quod apud Hesychium est ex Sophocle ἀνηκές ἄνηκον scribendum esse ἀνῆκες non video: nam non certum est esse hoc vel veteribus derivatum esse a subst. in ος, et synecdrome, quam statuit, non constans lex est. Immemor fuit vir amicissimus eo loco Moeridis: ἀναχές ὀξυτόνως Ἀττικοί (h. e. Attici utuntur hoc vocabulo, quod oxytonos scribendum est), ὡς καὶ Εὔπολις Αἰξίν. ἀθεράπευτον Ἕλληνες. Hesychius si scripsit ἀνηκές ἀνήκεστον, ut et Ellendtio visum et Piersono l. l., eo minus illi a subst. duxerunt, sed a verbo. Sed quod Piersonus ibidem commemorat ex eodem Hesychio ληθηκές εἰς λήθην ἄγον τὸ φάρμακον [ὡς φάρμακον? an latet ἄκος τὸ φ.?] id magis dubitabile, quod substantivum inesse significari videtur. Sed Lobeckius. . . . .

p. 166 v. tertio a fine pro loci l. ioci.

p. 167 v. 3 paroxytona l. proparoxytona.

p. 191 v. secundo a fine post philosophis adde: debere.

p. 272 sub II. v. 4 Βάχχον ὅμιλον l. Βάχχον ὄρινεν.

Quod p. 41 monui de circumflexo, idem deinde evenit in spiritu.

Dissertatio I.

Quid Apio Homero praestiterit.

§. 1.

Historiae criticae Homeri Wolfium constat sex posuisse aetates. „Tertiam, inquit, ponimus a Zenodoto ad Apionem, propter artem interpretandi poetae, ut Seneca scribit, tota Graecia circumlatum.“ Ego vero cum ex veterum grammaticorum lectione non ita discessissem, ut ea laude mihi dignus videretur, quantum ille Homero praestiterit de industria inquirere instituí. Si quidem eorum, quae Apionis et Herodori nomine protulit Eustathius, vel dimidiam ei partem attribueremus, aequam cum Socio partitionem facturi, attamen de doctrina eius, de diligentia et subtilitate rerum grammaticarum, de acri veritatis studio honorificentissimum fieret iudicium. Sed his quidem fundamentis laudes eius superstruere iam non licet: etenim subtraximus ea in Aristarcho nostro (p. 387 sqq.), cum illarum praestantissimarum observationum, quas falsis nominibus Eustathius inscripsit, longe maximam partem iisdem auctoribus deberi ostendebamus, quorum copiis Venetorum Scholiorum praestantia continetur, Aristonico, Didymo, Nicanori, et longe plurimas Hero-

diano. Nunc illud addimus, ne iis quidem locis omnibus, qui pauci sunt, quibus Eustathius Apionis nomini soli aliquid acceptum refert, singularem aliquem Apionis librum circumspiciendum esse, sed uti illum aliquoties brevitatis causa Apione pro Apione et Herodoro, ex eodem illo libro, cuius laudem huic utrique detraximus, hauriens. Nam ad Il. *K*, 105 (p. 792, 14) hoc modo ille: *ἐν δὲ τῷ ὅσα νύν που ἐέλπεται συστέλλεται τὸ νυν κατὰ τὸν Ἀπίωνα, διὰ τὸ μέτρον.* At haec Herodiani doctrina est (v. infra praec. gramm. de enclisi §. 7): petiit Eustathius ex illis, quos Apionis et Herodori nomine inscriptos habuit, commentariis: sed hic non, ut solet, utrumque auctorem profert, sed brevitatis causa unum Apionem. Eadem observatio valet ad expediendam difficultatem, quae obiicitur schol. Ven. ad Il. *I*, 453 cum Eustathii nota ad eundem locum conferenti. Illud Scholion sic se habet: *τῇ πιθόμην καὶ ἔρεξα. Ἀριστόδημος ὁ Νυσαιεύς, ῥήτωρ τε ἀλλὰ καὶ γραμματικός, φεύγων τὸ ἔγκλημα, ἐπενόησε γραφὴν τὴν τῇ οὐ πιθόμην οὐδ' ἔρξα* (sic l.) *καὶ οὐ μόνον γε ηὐδοκίμησεν, ἀλλὰ καὶ ἐτιμήθη ὡς εὐσεβῆ τηρήσας τὸν ἥρωα. πρὸ δὲ αὐτοῦ Σωσιφάνης τὴν τοιαύτην εὗρε γραφήν. καὶ Εὐριπίδης δὲ ἀναμάρτητον εἰσάγει τὸν ἥρωα ἐν τῷ Φοίνικι. ταῦτα ἱστορεῖ Ἁρποκρατίων ὁ Δίου διδάσκαλος ἐν ποιήματι τῆς ῑ* t. Haec iisdem verbis refert Eustathius, nisi quod Harpocrationis auctoritatem omittens ita inducit: *Ἀπίων δέ φησιν ὅτι Ἀριστόδημος ὁ Νυσαεὺς ῥήτωρ τε καὶ γραμματικός*, cett. Scilicet ut nunc haec in schol. Ven. leguntur, sic Eust. in libro suo Apioni et Herodoro inscripto invenit: unde petens Apionem hoc dicit narrare *).

*) Quae sub Apionis et Herodori nomine de *φάλος* affert Eust. K, 258 sunt in schol. Ven. h. l. Apionis vocabuli *φάλος* explicationem aliam fuisse scimus et Apollonii lex Hom. s. v.

§. 2.

Pergimus primum in amovendis iis, quae de Apionis laudibus et Homericis maxime studiis falsam excitare possint opinionem, nisi recte iudicentur.

Wolfio quidem, cum tantum Apioni tribueret, illa quae apud Eustathium legerat in memoria haesisse non dubitamus: de qua re diximus. Affert tamen Senecae testimonium, propter artem interpretandi poetae tota eum Graecia circumlatum esse. Senec. ep. 88 „Apion grammaticus, qui sub C. Caesare tota circumlatus est Graecia *) et in nomen Homeri ab omnibus civitatibus adoptatus, aiebat.“ Fuit igitur sua aetate celeberrimus. Unde haec gloria? Partim quidem ex vana hominis loquacitate, qui et sui ipsius praeco esset et mirabilia quaeque ad vulgi stuporem aucuparetur. Plin. hist. nat. praef. (p. 12 Sill.) „Apion quidam grammaticus, hic quem Tiberius Caesar cymbalum mundi vocabat, quum propriae **) famae tympanum potius videri posset.“ Hoc quid sit explicat Apulei. de orthogr. p. 5. Os. „Cymbalum hya habet et similiter tympanum ... Vulgatum est proverbium in eos, qui vana loquacitate improbe, importune inaniterque loquuntur, cymbalum Dodoneum, ut tintinnabulum, ut lebes, ut aes Dodoneum, ut pelvis aerea, ut tympanum mundi, ex Aristotele, Menandro, Xenophonte, Zenodoro, Caecilio, Plinio, Suda et aliis. Lupus Anilus proin cymba-

*) Recte, opinor, hoc explicatur ›quasi manibus gestatus et ut publica quaedam pompa.‹ Non aptum ›circulatus.‹ — Notabo hic statim, Romae eum bis docuisse, sub Tiberio et sub Claudio, Suid ›Adolescentibus nobis visus Apio‹ Plin. XXX, 2. 6. Sub Caligula, ad quem legatus missus Judaeos incusaturus, Alexandriae fuit. — Praefuit scholae Alexandrinae Theonis successor. Suid.

**) Sic rectissime ex codd. vestigiis edidit Silligius pro ›publicae.‹

lum appellat Uranium aemulum *)." Ut clarius indicetur suae ipsius gloriae praeconem fuisse Plinius maluit eum propriae famae tympanum dici: nec cymbalum, sed tympanum, quia hoc sonorum etiam prae illo.

„Vitium studiumque ostentationis" ei attribuit Gellius V, 14: et „esse ait sane quam in praedicandis doctrinis suis venditatorem" ib.

Nec dubitari potest — tam conspirant diserta testimonia — quin haec eius venditatio ea fuerit, quae quibusdam, veluti Plinio, stomachum moverit, aliis, et nobis ipsis, risum movere debeat.

Sunt enim complura nimium quantum festiva et ridicula. Judaeis infensus vitio dedit, nullos inter eos exstitisse doctrina praestantes: tum Graecos contra ponens Socratem, Zenonem, alios de principibus evocavit „εἶτα τὸ θαυμασιώτατον . . . αὐτὸς ἑαυτὸν προστίθησι καὶ μακαρίζει τὴν Ἀλεξάνδρειαν, ὅτι τοιοῦτον ἔχει πολίτην." Joseph. contr. Ap. II, 12. Infestissimus illi Josephus: attamen hoc mentiri non poterat: nec mentitus est: nam Plinius quod memoriae prodidit, prorsus eiusdem notae est: quippe „immortalitate a se donari scripsit, ad quos aliqua componebat" Plin. l. l.

§. 3.

Hoc studio veritatem rerum gestarum ab eo eversam esse, doctrinae diligentiam posthabitam, et incredibilia tradita, quo vulgo imponeret, ut facile coniicias, sic veteres plerique crediderunt. Etenim Gellius V., 14 „Sed in his quae audivisse vel legisse sese dicit fortasse a vitio studioque ostentationis fit loquacior." Et Aelianus ex eo referens de ibide immor-

*) Videtur igitur Apuleius apud Plinium versa vice tympanum mundi legisse; male.

tali, de qua tamen Apio ipse dubitaverat, addit: „et mihi quidem prorsus patet rem esse ementitam, si quidem etiam illi videtur“ (H. An. X, 29): ut intelligas, quid de eo iudicet: etiam illi, inquit, qui non solet talia defugere. Quare alio loco referens ex eo, cervos esse quibusdam locis quaternis renibus praeditos, adiicit: „*εἰ μὴ τερατεύεται.*“ Hist. An. XI, 40. Simillime Plinius, *θαυμάσιον ἄκουσμα* ex illo petens, his verbis usus est: „ut, incredibile dictu, Apion grammaticus scriptum reliquerit“ XXXV, 36, 14. Restat Plinii de mendaciis eius indignatio XXX, 2, 6, quo ad Homerum ducimur: „Quaerat aliquis, quae sint mentiti veteres magi, cum adolescèntibus nobis visus Appion grammaticae artis prodiderit Cynocephaliam herbam, quae in Aegypto vocaretur Osiritis, divinam et contra omnia veneficia: sed si ea erueretur, statim eum qui eruisset mori. Seque evocasse umbras ad percontandum Homerum, qua patria quibusque parentibus genitus esset, non tamen ausus profiteri, quid sibi respondisse diceret.“ (cf. Jos. Ap. II, 2).

Sed priusquam de hac re verbo moneamus, alia quaedam Homerica proferamus, quae ventosum hominem produnt. Ath. p. 16. f (Eust. 1397. 1426, 10) „*Ἀπίων δὲ ὁ Ἀλεξανδρεὺς καὶ ἀκηκοέναι φησὶ παρὰ τοῦ Ἰθακησίου Κτήσωνος τὴν τῶν μνηστήρων πεττείαν οἵα ἦν*“ et describit dehinc qualis fuerit. Quis, quaeso, iste Cteso, ad quem refert auctorem, quasi ille oculis suis procos ludentes vidisset. Scilicet sic „mundus decipitur“. Habuit hoc Apio, ut se ipsum audisse aliquid vel vidisse diceret. Ibin immortalem Hermopoli sacerdotes ipsi ostenderant, Ael. h. an. X, 29. Androclum cum leone ipsum sese in urbe Roma vidisse oculis suis confirmavit: „Eius rei, inquit, Romae cum forte essem spectator fui.“ Gell. V, 14. De pueri et

Delphini amoribus historiolam sic exsus erat: „καὶ αὐτὸς δ' οὖν εἶδον περὶ Δικαιαρχίαν — (Il. VII, 8). Et viderat sine dubio multa, qui multas ter videvat, homo curiosus: attamen iam, opinor, satis cognitum habemus hunc ventilatorem, nec putabimus religioni ei fuisse nonnunquam etiam oculorum et auriu. suarum auctoritatem ementiri, ut de se ipse loqueretur et eo magis ad admirationem erigeret audientium animos. Sic de ludo calculorum, quo utuntur proci in Odyssea, illa lepide callida proferens, se qualis fuerit in ipsa Ithaca a Ctesone audisse enarrabat (sive fuit Ithacae sive non fuit, sive audiit sive non audiit). Non novit vulgus hominum„ nec quid hodie fiat observavit, qui talia admirationem et plausum excitare et vero etiam fidem invenire, quamvis sint inania, dubitet. Apion quidem prudentior erat et illud vulgus noverat melius. Et hoc unum testatum faceret, nisi satis superque undecunque eluceret, ne hoc quidem Josephum ultra id quod verum est dixisse, eum „παρὰ πάντα τὸν βίον ὀχλαγωγὸν γεγονέναι“ contra Ap. II, 1. Multo melius hominis imaginem percipiemus, ubi eum non tam scribentem (quamquam idem mos et eaedem partim res transibant in scripta) quam ad auditores, ut facere solebat, de Homero declamantem et Homerum explicantem fingimus. Etenim ad hoc totam Graeciam peragravit. (Sen. ep. 88). Jam oculis meis video hominem hoc modo declamantem: „Homerum utraque materia consummata, Odyssea et Iliade, principium adiecisse operi suo, quo bellum Troianum complexus est.“ Et „huius rei argumentum afferentem, quod duas litteras in primo versu posuisset ex industria librorum suorum numerum continentes.“ Sc. MH i. e. XLVIII*). Stupent au-

*) Hoc referens Seneca l. l. utitur imperfecto: Apion — aie-

dientes rem novam et argute scilicet excogitatam, εὖ γε acclamant, plaudunt impense.

Non plauserunt fortasse, sed religioso silentio auscultabant de ψυχομαντείᾳ sua referenti: ut Homerum ex inferis excitaverit ad percontandum, qua patria quibusque parentibus genitus esset. Et Homerus non minus facilem se ei praebuisse videtur, quam Achilles Apollonio Tyanensi (Philostr. vit. Ap. p. 153). Dixit enim: sed — tanquam ἀπόῤῥητον, et in vulgus efferri vetuit. Ergo non audere sese profiteri, quid responderit: impediri religione: „εὔστομα χείσθω." Tam scite ille elusit credulos.

§. 4.

Sed nunc rogandi mihi lectores mei, ut de Apione parumper oculos deiiciant et comitentur me consulto exspatiantem ad alium grammaticum. In Aristarcho nostro duo genera grammaticorum depinximus, unum honestum illud, quorum quasi princeps et antistes ipse Aristarchus est, assiduum in litterarum studiis, doctis discipulis vacantes, arti grammaticae et veterum interpretationi deditos veritatis studio et doctrinae amore, alteros quaestionum professores, veterum poetarum quaestionarios, vanis hominum studiis respondentes: quos sub Imperatoribus Romanis maxime viguisse ostendimus. Sed hoc tempore tertium genus occurrit, tanquam intermedium: callidi homines et eruditi, grammaticis studiis favorem aucupantes ab eloquentia, oppidatim docentes, ad rhetorum et sophistarum morem et opes et summam gloriam adepti his auditionibus potius, quam scriptis. Exemplo esto.

---

bat: — argumentum afferebat — Quo videtur significare hoc illum dicere solitum, cum ore Homerum explicaret. —

„Alexander Cotyaensis“
quamvis moribus ab Apione diversus. Alexander Cotyaensis Asclepiadis filius (ὁ Ἀσκληπιάδου Steph. Byz. s. *Κοτυάειον*: nam quod Berkelius discipulum intelligit, nulla omnino caussa est), M. Antonini imperatoris philosophi praeceptor*), ex urbe Phrygia, cui nomen *Κοτυάειον* (Steph. cf. Strab. 863. Aristid. T. I. p. 135). Hunc bene cognitum habemus ex Aristidis *λόγῳ ἐπιταφίῳ*, or. XII. Tom. I. p. 134. Dind., quae non tam oratio est, quam epistola consolatoria et laudatoria Aristidis amici et discipuli (v. p. 134. 148) post Alexandri mortem ad Cotyaenses scripta. In hac epistola quaedam ad laudatorum illorum morem exaggerata esse non dubitamus: sunt tamen satis multa, quae non possunt fictá esse, alia, quibus aliunde accedit fides. — Pulcra et venerabili homo facie erat, corporis valetudine et firmitate egregia, item mentis animique vigore usus summam ad senectutem [1]); adspirantem per totam vitam fortunam expertus [2]); nec doloribus vel morbo confectus, sed inter libros vita defunctus potius quam

---

*) Anton. comment. I, 10. Capitol. vit. Ant. c. 2. Aristid. T. I. p. 138. 144. Dind. Sed ex Aristidis locis patet plures imperatores eum instituisse. Verum igitur aut Commodum. p. 138 sana sunt reliqua nec tentanda erant Reiskio (nec ἕτερος παρ' ἑτέρου explicandum *βασιλεὺς παρὰ βασιλέως*): sed unum latet vitium. Nam pro ὥσπερ' ὁδῷ legendum *ὡς περιόδῳ*.

1) *Μόνῳ γὰρ αὐτῷ τὸ δαιμόνιον πάνθ' ὁμαλῶς συμμετρησάμενον φαίνεται, σῶμα μὲν κάλλιστον καὶ ἰσχυρότατον καὶ ὑγιεινότατον καὶ γεραιρώτατον. οὔκουν ἔμοιγε κριτῇ οὐδεὶς οὕτως ὡραῖος καὶ καλὸς ὡς ἐκεῖνος ἐν μυχῷ τοῦ γήρως* p. 143. *ὅσῳ μεῖζον καὶ σπανιώτερον τὸ ἕρμαιον ἄνδρα ἐν τούτῳ γήρως ἰδεῖν . . . . . διὰ πάντων σώζοντα τὴν ἕξιν ὑγιείας, μνήμης, συνέσεως, φαιδρότητος, τῶν ἄλλων* p. 147. *πλείστους Ἑλλήνων παιδεύσας καὶ παῖδάς τε ὧν ἐπαίδευσε παιδεῦσαι ἐφικόμενος* p. 148. *βίου πέρατα μήκιστα* p. 144 in.

2) p. 141.

mortuus est [3]). Mortuo eo cives non tantum uxorem, liberos et propinquos honorifice habebant [4]), sed ipsi heroum honores decreverunt [5]). Nam non solum nominis gloria patriam urbem ornaverat (cognomen etiam Cotyaensis iam tum vulgo Alexandro additum, et ipse eo uti solitus erat [6]): sed opes suas liberaliter aedibus publicis exstruendis impendebat [7]). Res enim familiaris larga ei et semper accrescens [8]). Et morum summa comitas [9]). Qualem in aemulos quoque artis se praestitit et in idiotas, quibus nolebat, ut tum plerique faciebant, sermonis vitia rustice exprobrare [10]).

---

3) *Οὐκ ἐν νόσοις ἀναλωθεὶς οὐδὲ ὀδύναις πληγείς, ἀλλὰ διημερεύσας ἐν τοῖς εἰωθόσιν ὥσπερ κληθεὶς ὑπὸ τοῦ δαίμονος μεθῆκας ἐπὶ τῷ βιβλίῳ τὴν ψυχήν, καὶ κατ' ἐπωνυμίαν ἐτελεύτησας τὸν βίον* (hoc quid sit, quod Reiskius notavit se non intelligere, in textu significavimus), *ὥστερ οἵ τι ἄλλο ἐξειργασμένοι δι' ἀκριβείας εἰς τέλος ἅπασαν δὴ τὴν πορείαν τοῦ βίου διεξελθὼν καὶ τὰ σαυτοῦ πράξας εἰς τὸ ἔσχατον τῆς δυνάμεως* 145.

4) p. 147.

5) p. 141. Conferas haec Luciani longaev. T. II. p. 473 *Ἀθηνόδωρος Σάνδωνος Ταρσεὺς Στωικός, ὃς καὶ διδάσκαλος ἐγένετο Καίσαρος Σεβαστοῦ Θεοῦ, ὑφ' οὗ ἡ Ταρσέων πόλις καὶ φόρων ἐκουφίσθη, δύο καὶ ὀγδοήκοντα ἔτη βιοὺς ἐτελεύτησεν ἐν τῇ πατρίδι. Καὶ τιμὰς ὁ Ταρσέων δῆμος αὐτῷ κατ' ἔτος ἕκαστον ἀπονέμει ὡς ἥρωι.*

6) p. 141. Ad vocabulum *παράγραμμα*, quo utitur in his: *ἐπὶ γὰρ τῷ Ἀλεξάνδρῳ παράγραμμα ἦν ἡ πατρίς*, confer eundem vocis usum apud Demosthenem contra Baeotum de nomine §. 9.

7) Quamquam hoc exaggeravit rhetor: *εἰδείητε δ' ἂν ὑμεῖς μάλιστα κἀγὼ παρ' ὑμῶν τινῶν ταῦτα πυνθάνομαι ὡς ὑμῖν μικροῦ πᾶσαν τὴν πόλιν ἐκ καινῆς ἀνώρθωσεν.* Sic Nicetas sophista patriam urbem Smyrnam suis facultatibus amplificavit et extendit, Phil. vit. soph. p. 511.

8) *καὶ κλῆρος οἶκου προϊὼν ἀεί* p. 144. Sine dubio docendo si non partus at auctus. Cf. p. 140.

9) *ψυχὴ ἡμερωτάτη* p. 143.

10) *ἦν γὰρ τῶν ὁμοτέχνων οἷον πατήρ . . . . . μόνος δ' ἰδιώτας τε οὐκ ἤλεγχε καὶ παρὰ τοῖς δεξιοῖς εἰς τὰ πρῶτα ἐθαυμάζετο.*

Hae laudes morum si quidem a solo Aristide referrentur incertum esset quatenus valerent: talia enim facillime fingi et exornari possunt et deflecti: sed testis accedit locupletissimus Antoninus imperator. Is enim libri primi paragrapho decima commentariorum, quid a quoque praeceptorum profecerit sibi percensens, *παρὰ Ἀλεξάνδρου*, inquit, *τοῦ γραμματικοῦ τὸ ἀνεπίπληκτον καὶ τὸ μὴ ὀνειδιστικῶς ἐπιλαμβάνεσθαι τῶν βάρβαρον ἢ σόλοικόν τι ἢ ἀπηχὲς προενεγκαμένων, ἀλλ' ἐπιδεξίως αὐτὸ μόνον ἐκεῖνο, ὃ ἔδει εἰρῆσθαι, προφέρεσθαι ἐν τρόπῳ ἀποκρίσεως ἢ συνεπιμαρτυρήσεως ἢ συνδιαλήψεως περὶ αὐτοῦ τοῦ πράγματος, οὐχὶ περὶ τοῦ ῥήματος, ἢ δι' ἑτέρας τινὸς τοιαύτης ἐμμελοῦς παρυπομνήσεως.* Hoc quidem est laudari a laudato viro *).

Eruditissimum virum fuisse, *πολυμαθέστατον γραμματικόν*, ut Stephanus ait, non dubitamus. Scripta, Aristides dicit, quamvis egregia sint, tamen longe lon-

---

*) Ille mos sermonis vitia reprehendendi quam pervulgatus fuerit loci, quibus modo usi sumus, Aristidis et Antonini satis demonstrant. Videmus quid sibi voluerit Galenus, cum librum scribebat *πρὸς τοὺς ἐπιτιμῶντας τοῖς σολοικίζουσι τῇ φωνῇ* (de libris propriis XIX p. 48 K.). Cf. Lucian pseudol. p. 560. 567. 579. Philostr. vit. soph. p. 578 altercationem narrat inter Philagrum sophistam et Herodis quendam discipulum. Illi vocabulum excidit minus probatum: tum hic: *παρά τίνι τῶν ἑλλογίμων τοῦτο εἴρηται;* Sueton ill. gr 22 »Marcus Pomponius Marcellus, sermonis Latini exactor molestissimus, in advocatione quadam (nam interdum et caussas agebat) soloecismum ab adversario factum usque adeo arguere perseveravit, quoad Cassius Severus interpellatis iudicibus dilationem petiit: ut litigator suus alium grammaticum adhiberet; quando non putat is cum adversario de iure sibi, sed de soloecismo controversiam futuram. Hic idem cum ex oratione Tiberium reprehendisset, affirmante Ateio Capitone et esse illud Latinum et si non esset futurum: Certe iam inde mentitur, inquit, Capito. Tu enim, Caesar, civitatem dare potes hominibus, verbis non potes.«

geque superari lectionibus coram habitis, et, inquit, ne quis putet ex scriptis, quae quasi quaedam umbrae sunt eius doctrinae et prudentiae, totum se cognitum habiturum Alexandrum *).

Attamen *Ὁμηρικὴν συγγραφήν*, quam unam ex scriptis commemorat, et ipsam non uno modo laudabilem esse dicit. Sunt isti sine dubio commentarii Homerici, quibus Porphyrius usus est: dicuntur *ἐξηγητικά* quaest. Hom. 7 (Schol. Σ, 509): quod non amplum videtur volumen fuisse, si quid inde concludi potest, quod de loco Iliadis Σ, 509 in libro secundo exposuerat (Porph. l. l.). Prodidit hic Porphyrius Alexandri interpretationem loci impeditissimi de urbe obsessa in Achillis clypeo. Quae perversa est interpretatio. Sic in hoc v. 513 *οἱ δ' οὔπω πείθοντο, λόχῳ δ' ὑπεθωρήσσοντο* duplex subiectum esse vult, ut prius verbum de obsessis, alterum de obsidentibus accipiatur. Verissime de tota eius interpretatione Porphyrius iudicat: *ἔστιν ἐλεγχόντων τὸν ποιητὴν μὴ δυνάμενον φράζειν ἀταράχως.*

Item respexit hunc Alexandrum in loco *T*, 79 *ἑστηότος μὲν καλὸν ἀκούειν, οὐδὲ ἔοικεν ὑββάλλειν* Quaest. Hom. 24 (Schol. h. l.). Hic quidem nihil habet in malam partem memorabile: vera quidem explicatio non est: sed hunc locum, ni fallor, nemo explicabit. — N, 358 *τοὶ δ' ἔριδος κρατερῆς καὶ ὁμοίου πολέμοιο πεῖραρ ἐπαλλάξαντες ἐπ' ἀμφοτέροισι τάνυσσαν*, (ubi item Porphyrius videtur esse, qui eius annotationem servavit) **) bene

*) p. 143.

**) Ut *T*, 79 Alexandri explicatio in cod. A. seorsum exhibetur, quae tamen excerpta est ex Porphyriana nota cod. B, sic h. t. factum videtur: et quidem seorsum excerpta explicatio Alexandri (p. 368. a. 8), seorsum ipsius Porphyrii (ib. 42): nam haec, quae praescriptum habet *Πορφυρίου*, non est profecto tota Porphy-

explicat, fortasse vere, de significatione vocabuli *ἐπαλλάσσειν* pro *συνάπτειν* afferens, ita etiam quosdam orationis prosae scriptores hoc vocabulo uti, saepissime autem Aristoxenum musicum *ἐπηλλαγμένα* dixisse *τὰ συνημμένα*.

Praeterea ad Homerum pertinent hae exiguae reliquiae: *Ἀχιλῆος* uno *λ* scriptum esse non etymologicis rationibus sed metri causa, ut *Κάμανδρος* pro *Σκάμανδρος*; sch. Ven. A, 1, de *περιῳδηδής*, Et. M. 664, 39: sed non patet quid dixerit: *δωτίνη* esse compositum *παρὰ τὸ τὴν δόσιν καὶ τίνειν, ἵν' ᾖ ἡ ἀποτινομένη δόσις*, E. M. 294, 7 *).

Pertinet item, quamquam ex altero Alexandri opere sumta, ad Homerum observatio de *ἐπισχοῖες*, ad Il. Ξ, 241. Schol. A ad. h. l. *τῷ ἐπίσχοιμι ἀκόλουθόν ἐστι τὸ ἐπίσχοις, τῷ δὲ ἐπισχοίης τὸ ἐπισχοίην· καὶ ἴσως ἔδει οὕτως ἔχειν, παρεφθάρη δὲ ὑπὸ τῶν μεταχαρακτηρισάντων· τῷ δὲ χαρακτῆρι γενόμενον ὅμοιον τῷ ἰοίην καὶ ἀγαγοίην παρὰ Σαπφοῖ καὶ τῷ πεπαγοίην παρ' Εὐπόλιδι εἰκότως ἐβαρυτονήθη τὸ ἐπισχοίης, γενόμενον ἐπισχοῖες ὡς Αἰολικόν. οὕτως Ἀλέξανδρος ὁ Κοτυαεὺς ἐν τῷ ι' τῶν παντοδαπῶν.* Haec *παντοδαπὰ* erant libri XLII, — an XXIV. Quae Steph. B. s. *Κοτυάειον* sola affert, ubi est, hunc Alexandrum fuisse eruditissimum virum, *ὃς περὶ παντοδαπῆς ὕλης τεσσαράκοντα δύο ἔγραψε λόγους*. Sic vulgo: sed Rehdiger. *κδ' ἔγραφε βίους* (i. e. *βίβλους*).

Videmus igitur hunc librum grammatica quoque tractata habuisse atque referemus eo illud de *δέδοικα* Et.

---

rii annotatio, qui in tam intricato loco sine dubio plurium sententias attulerat.

*) In Schol. *Δ*, 109 Bekkerus Alexandrum Cotyaensem intellexit: sed agnoscitur Myndius. Facile occurrit etiam, esse hoc ex Myndii eo libro, qui inscriptus erat *περίπλους τῆς ἐρυθρᾶς θαλάττης*: sed hoc minus certum.

M. p. 253, 10 . . . . ὁ δὲ Ἀλέξανδρος ὁ Κοτιαεὺς θαυμασίως ἀπολογεῖται λέγων ὅτι πολλά εἰσι ῥήματα, ἀπὸ μέλλοντος εἰς ἐνεστῶτα μεταγόμενα, καὶ τρέπει τὸ σ ἢ εἰς τὸ χ ἢ εἰς τὸ κ, οἷον σμῶ σμήσω σμήχω σμῆξω· ὀλῶ ὀλέσω ὀλέκω· οὕτως οὖν ἐκ τοῦ δείσω μέλλοντος ἐγένετο ἐνεστὼς δείκω. καὶ ἐκ τούτου ὁ μέσος παρακείμενος δέδοικα. διὰ τί δείκω ἐγένετο καὶ οὐχὶ δείχω; ἐπειδὴ τὰ εἰς χω ῥήματα (ins. οι) τῇ ει διφθόγγῳ παραλήγεται πλὴν τοῦ στείχω, λείχω· οὕτω Ζηνόδοτος.

Item de ἰατρίνη Eust. ad *A*, 514 p. 859, 50 παρὰ δὲ τοῖς τεχνικοῖς κεῖται καὶ ὅτι ὁ μὲν Ὧρος οὐχ Ἑλληνικὴν λέξιν τὴν ἰατρίνην εἶναί φησιν, Ἀλέξανδρος δὲ ὁ Κοτυαεύς, πρὸς ἀκρίβειαν λαλῶν, μὴ Ἀττικὴν εἶναι αὐτὴν λέγει (Aelius Dionysius quoque dixerat: οὐχ Ἑλληνικόν). Cf. Lob. Phryn. p. 651.

De ἀμαμαξύς, Et. M. 77, 9: de ἁρμάτειον μέλος, ib. 145, 42, de quo cum Didymo sensit: de δίκροος (Phryn. 233), de quo ad Asclepiadem recurrerat, esse ab κόρος i. q. κλάδος, ib. 276, 26. Nihil est enim quod his tribus locis, ubi non additum quidem ὁ Κοτυαεύς, alium Alexandrum intelligere suadeat. In tam paucis reliquiis nihil ad doctrinam (nam profecto ne illos quidem optativos in οίην primus excitaverat) vel ad subtilitatem insigne esse quo ab aliis grammaticis admodum distinguatur non miramur: nec, opinor, esset si plura haberemus. Usos illius scriptis videmus quosdam posteriorum: qui usi sint id scire utilissimum esset; ut nunc res est, tantummodo de Porphyrio scimus et Oro (Et. M. 664, 39) et Zenodoto (Et. s. δέδοικα).

Gloriam quidem apud aequales non tam scriptis debebat libris *) quam lectionibus coram habitis: ut ex Aristide vidimus.

---

*) Nec multa scripsit pro plurimorum eius aetatis voluminosa

Unum memorabilem locum ipsis Aristidis verbis inseremus (p. 142). *Καὶ μὴν εἰ Ὅμηρον Σμυρναίοις παρασχέσθαι καὶ Παρίοις Ἀρχίλοχον καὶ Βοιωτοῖς Ἡσίοδον καὶ Κείοις δὴ Σιμωνίδην καὶ Στησίχορον Ἱμεραίοις καὶ Θηβαίοις Πίνδαρον καὶ Μυτιληναίοις Σαπφὼ καὶ Ἀλκαῖον καὶ ἑτέροις ἑτέρους τινὰς φέρει φλοτιμίαν, τὰς γὰρ Ἀθήνας ἐῶ τὰ νῦν, ἢ που καὶ ὑμᾶς μέγα φρονεῖν εἰκὸς ἐπὶ τῷ τούτους ἅπαντας κοσμήσαντι καὶ δείξαντι*). οἶμαι γὰρ εἴ τις θεῶν ἔδωκεν αὐτοῖς ἀνάστασιν ἔτι τούτου ζῶντος πάντας ἂν εἰς ταὐτὸν τοὺς ὁμοτέχνους αὐτῷ συναγαγόντας παρὰ τούτου κελεύειν μανθάνειν, ἃ χρὴ περὶ αὐτῶν φρονεῖν καὶ λέγειν. ἐγέλων δ' ἔγωγε ἐπὶ τοῖς τὸν Πλάτωνα προϊσταμένοις καὶ περὶ τοῦτον μόνον φιλοσοφοῦσιν, ὁ δὲ τῷ Πλάτωνι παντὸς ἄλλου μᾶλλον γνώμην ἐμὴν κεχαρισμένος. καὶ τοσοῦτον τοὺς ἄλλους ἐνίκα ποιηταῖς, λογογράφοις, ἅπασι τοῖς ἄνθεσιν, ὅσοις αἱ ὧραι, φασί, φύουσι**).* Tot igitur ille pueris explicabat poetas (quamquam, opinor, oratores quoque, v. p. 145. 146). Sic Statius Sylv. V, 3, 148 quos pater suus in

---

industria, si praeter illa duo opera nihil reliquit. Sed multus fuit in alienorum librorum *διορθώσει*. Nam Aristides eo loco, ubi cum Alexandro simul patriam celebrari ait, quod Cotyaensis iam vulgo dicatur et ipse hoc cognomine uti soleat, sic scribit: *ἐπεὶ κἂν τοῖς βιβλίοις ἃ διωρθοῦτο τοῦτο ἐγκαταλέλειπται σύμβολον.* Subscribebat igitur: *κατὰ διορθωτὴν Ἀλεξανδρέα τὸν Κοτυαέα.* Caeterum alio tempore de industria quaeremus, quo tales emendatores substitisse videantur, quid hae, quarum quaedam distingui debent genera, recensiones ab iustis grammaticorum editionibus differant.

*) Ut Hierophanta.

**) Loci corrupti plures sunt emendandi rationes. Fortasse sic: *ὁ δὲ τῷ Πλάτωνι παντὸς ἄλλου μᾶλλον κεχαρισμένος ἐπὶ τοσοῦτον* (quamquam vel *καὶ* servari potest, commate post *κεχ.* posito) *ὅσον τοὺς ἄλλους ἐνίκα, ποιητὰς λογογράφους*, (hic accusativus vulgatus erat, quamquam dativus ex compluribus codicibus fluxit) *ἅπασι*, cett.

Graeco ludo, cui Neapoli praeerat, interpretatus sit exponens, recenset Homerum, Hesiodum, Pindarum, Ibycum, Alcmanem, Stesichorum, Corinnam, Theocritum atque etiam Sophronem, et Callimachum et Lycophronem:

pandere docti
Carmina Battiadae latebrasque Lycophronis atri,
Sophronaque implicitum.

In interpretatione et verborum explicatio et grammaticae explanatio et alia ex eo genere spectabantur: ut de metris et quidem de stropharum et antistropharum responsione diserte commemorat Statius: docuit enim ille

qua lege recurrat
Pindaricae vox flexa lyrae volucrumque precator
Ibycus cet. v. 151.

Sed orationis lepores primum expromebantur in transferendo poeta in orationem solutam, in quo et simili periodorum decursu concludi nec quid ad sensum deesse debebat. Sic Statius de patre, v. 159.

Tu par assuetus Homero
Ferre jugum senosque pedes aequare solutis
Versibus et nunquam passu breviore relinqui.

Quo quis igitur magis simul orationis veneres servabat eo gratior *). Deinde in afferendis poetae virtutibus: ut Statii pater docuit suos

Quantus equos pugnasque virum decurrere versu
Maeonides. v. 149.

---

*) Polybius, ad quem Senecae consolatio est, Homerum in Latinum, Virgilium in Graecam orationem transtulerat solutam, sed orationis veneres aemulantem. Non prorsus eadem res est: attamen non inepte Senecae locus contendetur, quem Marklandius Statio adhibuit: »Agedum illa, quae multo ingenii tui labore celebrata sunt, in manus

Huc adde mores heroum evolutos (v, 148), fabularum enarrationes*), denique, quae sine dubio pars magna fuit, adhortationes virtutis et praecepta moralia, ex veteribus poetis elicita, saepius inculcata, quod genus, si in illis temporibus subsistimus, ex Plutarcho et Porphyrio, qui illud suum *διδάσκει δὲ ὁ ποιητὴς* ad taedium usque decantat, cognovimus. Revoca etiam in memoriam quaestiones solutas: et intelliges quanta in his interpretationibus expromi potuerit facundia.

In Alexandro praeterea notandum, maxime eum, ut ex tota Aristidis epistola apparet, pueris et adolescentulis instituendis operam dedisse. Si nihilominus ab facundia tantum gloriae nactus est, quanto hoc magis fieri poterat, si quis elegantiorum hominum circulos congregabat poetas veteres ex ore suo excepturos.

---

sume, utriuslibet auctoris carmina: quae tu ita resolvisti, ut quamvis structura illorum recesserit permaneat tamen gratia. Sic enim illa ex alia lingua in aliam transtulisti, ut (quod difficillimum erat) omnes virtutes in alienam te orationem secutae sint.‹ — Ex Statii loco putamus explicari Frontonem ad M. Caes. de eloqu. 9. p. 94. Philosophiae studiosum opponit rhetoricae operam navanti. Illius multo minus laboriosam operam esse, quippe »cui nihil per noctem meditandum aut conscribendum, nihil magistro recitandum, nihil de memoria pronuntiandum, nulla verborum indagatio, nullius synonymi ornatus, nihil de Graeco in nostram linguam pariter vertendum‹. Heindorfius mavult »feliciter‹, sed pariter vertere erit quasi pari gradu, ut pariter cadat oratio (cf. Cic. orat. 12), cola colis, commata commatis respondeant, nondeficiente, ut sponte intelligitur, orationis gratia. Vides igitur hoc in rhetorum quoque scholis et exercitatum et in primis difficile indicatum esse.

*) Tales, quales in brevioribus scholiis habemus (D), plerneque pulcre enarratae.

§. 5.

Hoc autem momentum profecto in Apionis fama magnum fuit. Facundia Apioni diserte tribuitur. Gell. VI, 8 „Appion Graecus homo, qui Plistonices est appellatus, facili atque alacri facundia fuit.“ Et agnoscimus statim colorem oratorium in historiola de Androclo, quam ex illius libro quinto Aegyptiacorum retulit vel transtulit potius Gellius V, 14. En extrema: „Postea, inquit, videbamus Androclum et leonem loro tenui revinctum urbe tota circum tabernas ire: donari aere Androclum, floribus spargi leonem: omnes fere ubique obvios dicere: hic est leo hospes hominis, hic est homo medicus leonis.“

In eodem libro quinto Aegyptiacorum narraverat historiolam de amore pueri et delphini, qui visebantur Puteolis. Unde quaedam Graece servavit Gell. VII, 8. Quomodo haec in Aegyptiaca aditum invenerit, videre licet ex Ael. VI, 15 fin. (cfr. II, 6 in.). Similis enim Delphinus sub secundo Ptolemaeo Alexandriae spectabatur. Dolendum, non totam historiolam Gellium servasse non minus sine dubio suaviter enarratam (nam vel nunc ex Gellio apparet) quam illa est de Androclo. Retulerat ibi delphini amantis et pueri — lusus, gestationes, aurigationes, ut Gellius ait. „*Καὶ ἀυτὸς δ' οὖν εἶδον περὶ Δικαιαρχίαν δελφῖνα ἐρῶντα παιδός, καὶ πρὸς παιδικὴν ἐπτοημένον φωνήν. ἀτὰρ οὖν καὶ προσνηχόμενος ὁ ἰχθὺς ἀνεδέχετο τὸν παῖδα ἐπὶ τῶν νώτων, καὶ τὰς ἀκάνθας περιστέλλων, ἵναμὴ τὸν ποθούμενον χρῶτα ἀμύξειε, καὶ ἱππηδὸν περιβεβηκότα μέχρι διακοσίων ἀνῆγε σταδίων. ἐξεχεῖτο δ' ἄρα ἡ Ῥώμη καὶ πᾶσα ἡ Ἰταλία θεάσασθαι ἰχθὺν νηχόμενον ὑπὸ Ἔρωτος.*“ Denique pauca quaedam verba Apionis (non significato libri titulo) affert Gell. VI, 8, ne ea quidem sine sophistico colore „Is (Apion) quum de Alexandri regis laudibus scriberet, Victi, inquit, hostis uxorem facie

incluta mulierem vetuit in conspectum suum deduci: ut eam ne oculis suis quidem contingeret.“

§. 6.

Eloquentiae sine dubio debebat praecipue, non callidati solum et rerum cognitioni, quod eum potissimum eligebant Alexandrini, qui Judaeos apud Caligulam imperatorem incusaret. Qua causa simul factum est, ut eius nomen et ingenium prae aliis grammaticis in Christianorum doctiorum et indoctiorum notitiam veniret. Induxerunt eum qui cum apostolis et primis patribus disputans veterem religionem defenderet. Euseb. h. Eccl. III, 38 de scriptis Clementi Romano suppositis verba faciens: *ἤδη δὲ καὶ ἕτερα πολυεπῆ καὶ μακρὰ συγγράμματα ἐχθὲς καὶ πρώην τινὲς προήγαγον, Πέτρου δὴ καὶ Ἀπίωνος διαλόγους περιέχοντα· ὧν οὐδ' ὅλως μνήμη τις παρὰ τοῖς παλαιοῖς φέρεται.* Festivus est Apion Plistonicensis in recognitionibus Clementis quae feruntur, l. X. p. 151 (editio Lamberti Gruteri Colon. 1570): ubi quidem non disputat cum Petro, qui adest: sed cum Clemente disputat in Epitome de rebus gestis Petri p. 391.

§. 7.

Hoc igitur satis superque nobis clarum erit, ut homo tam iucunda facundia, qua scite ad animos hominum capiendos utebatur, scitus suae doctrinae venditator, multarum rerum gnarus, lectionibus Homericis maxime oppidorum, quae accessit, plausus et admirationem excitaverit, ut honorifice et quasi cum pompa exciperetur et Homerici cognomine exornaretur *). Hoc enim inest in Senecae verbis (l. l.) „in nomen Homeri ab omnibus civitatibus adoptatum esse.“ Qua dicendi formula Apuleius

*) Dicti sic etiam Crates et Seleucus.

utitur Flor. p. 131 Bip. „Aeque et ipse in nomen eius (Platonis) a magistris meis adoptatus.“ Quo tamen loco significare tantum videtur „familiae Platonicae adscriptus.“ Quod Seneca dicit ab civitatibus hoc cognomen retulisse ita cum re convenit, ut verissime dixisse credamus. Quod ideo monemus, ne multorum errorem incurrisse videamur quasi causas et origines plurimorum cognominum, uti a veteribus traduntur, fidem mereri putemus. Incredibile est quam nonnunquam in hac re allucinati sint. Et. M. p. 277, 53 *Διονύσιος ὁ Θρᾷξ. Ἰστέον ὅτι Θρᾷξ ἐλέγετο, ἢ διὰ τὸ τραχὺ τῆς φωνῆς, ἢ ὅτι τῇ ἀληθείᾳ Θρᾷξ ἦν.* Ib. p. 278, 1 *Διονύσιος ὁ Ἀσκάλαφος ἐλέγετο ἢ ὅτι συνεχῶς ἐμέμνητο τοῦ Ὁμηρικοῦ στίχου οἱ δ' ἀμφ' Ἀσκάλαφον καὶ Ἰάλμενον ἠδὲ Ὀρέστην, ἢ ἐπειδὴ μακρὸς καὶ λεπτὸς ἦν καὶ ὠχρός. τοιοῦτον δέ ἐστιν ὁ ἀσκάλαφος τὸ ὄρνεον.* Non ubique item clarum est allucinari eos et ariolari neque vero certo quodam auctore scire: loquuntur enim non raro confidentius: at vel tum nonnunquam ita ineptas afferunt causas, ut tamen excogitatas esse appareat. Nam quid dici potest absurdius quam quod de Satyro grammatico, Aristarchi discipulo, scriptum est apud Photium p. 151 (cf. Arist. meum p. 220) *Σάτυρος ὁ Ἀριστάρχου γνώριμος ζῆτα ἐκαλεῖτο διὰ τὸ ζητητικὸν αὐτοῦ.* De ipso Erathosthene *βῆτα*, quem ille *ζῆτα* in memoriam revocat, vereor equidem ne veteres auctores nos deceperint. Nam quod tradunt *βῆτα* dictum esse quod in omni genere litterarum secundas ferre videretur, primum non ea est veterum de eo existimatio: nam inter principes numeratur geographos, mathematicos, grammaticos: sin invidiae tribui putes sive aliorum eruditorum sive philosophorum nec hoc verisimile, quippe secundum esse satis profecto honorificum est: et qui invidia ei cognomen excogitabant, profecto asperius vel minus certe ieunum cognomen excogitassent. Quam non

multum sit aliquem *βῆτα* dicere, Martialis epigramma docet V, 26 (cl. II, 57). Sed memineris modo, a litteris cognomina minime rara fuisse: Phot. p. 151 *ὅτι φλυαρῶν οὗτος ὁ μυθογράφος* (Ptolemaeus Hephaestio) *Μωσῆς φησὶν ὁ τῶν Ἑβραίων νομοθέτης ἄλφα ἐκαλεῖτο διὰ τὸ ἀλφοὺς ἔχειν ἐπὶ τοῦ σώματος. Γαλέριος δὲ Κράσσος ὁ χιλίαρχος ὁ ἐπὶ Τιβερίου Καίσαρος βῆτα ἐκαλεῖτο ἡδέως σεύτλῳ χρώμενος, ὃ δὴ βητάκιον καλοῦσι Ῥωμαῖοι· καὶ Ὀρπυλλὶς δὲ ἡ Κυζικηνὴ ἑταίρα γάμμα. Ἀντήνωρ δὲ ὁ τὰς Κρητικὰς γράψας ἱστορίας δέλτα διὰ τὸ ἀγαθὸς εἶναι καὶ φιλόπολις· τοὺς γὰρ Κρῆτας τὸ ἀγαθὸν δέλτον καλεῖν. Ἀπολλώνιος δ' ὁ ἐν τοῖς Φιλοπάτορος χρόνοις ἐπ' ἀστρονομίᾳ περιβόητος γεγονὼς ε ἐκαλεῖτο, διότι τὸ σχῆμα τοῦ ε συμπεριφέρεται τῷ τῆς σελήνης, περὶ ἣν ἐκεῖνος μάλιστα ἠκρίβωτο. Σάτυρος δ' ὁ Ἀριστάρχου γνώριμος ζῆτα ἐκαλεῖτο διὰ τὸ ζητητικὸν αὐτοῦ· καὶ Αἴσωπόν φασιν ὡς ὑπὸ Ἴδμονος τοῦ δεσπότου θῆτα ἐκαλεῖτο διὰ τὸ δουλικός τις εἶναι καὶ πολύτροπος· θῆτες γὰρ οἱ δοῦλοι· καὶ ἡ Κυψέλου δὲ μήτηρ, χωλὴ οὖσα, Λάβδα ἐκλήθη ὑπὸ τοῦ Πυθίου. Δημοκύδης δὲ Πυθαγόραν φησὶ καταγράψαντα πάντας τοὺς ἀριθμοὺς τῷ γ στοιχείῳ κληθῆναι.*

Hic locus primum confirmat quae ab initio diximus et exemplis ostendimus, finxisse haec veteres, partim ad dissimulandam inscientiam partim subtilitatis doctrinaeve promendae studio. Deinde videmus a litteris sumere cognomina non inusitatum fuisse, Antenor δ, Apollonius ε, Satyrus ζ, ut Graeca et quae certa videntur teneamus: (nam Horpyllis γ excludenda, si verum vidit Marquardt de Cyzico p. 180:) nec *λάβδα*, Cypseli mater, ficta videtur: ad cuius usus similitudinem quaedam ii, qui veterum vitas finxerunt, commenti sunt: ut de Aesopo. Causae allatae sunt pleraeque ineptae ut nihil ineptius fingi possit. Sed in Labda (de qua Herodotus V, 92 *Ἀμφίονι*

γίνεται θυγάτηρ χωλή· οὔνομα δέ οἱ ἦν Λάβδα) eo ducimur, cl. Et. 199, 23, quo ipsa ratio duceret, causam plerumque fuisse in vitiis corporis et habitu, quae formam litterarum quarundam ante oculos constituerent. Et qui primus finxit a domino suo Aesopo cognomen inditum Θ, non θῆτα, i. e. hominem operarium significabat, sed per illam litteram, quae est

κύκλος τις ὡς τόρνοισιν ἐκμετρούμενος·
οὗτος δ' ἔχει σημεῖον ἐν μέσῳ σαφές,

Eurip. Athen. p. 454., hominem gibberum sic dici voluerat, ut solebant domini a corporis forma nomina imponere servis. Ut igitur in singulis causam expediremus, eorum imagines ante oculos habere oporteret: videre vultum, faciem, imo etiam vestium habitum et capillorum: tum quam aptum natum esset nomen intelligeremus itemque diceremus ut Philostratus de sophista Varo Pergaeo (p. 576): πελαργὸν δὲ τὸν Οὔαρον οἱ πολλοὶ ἐπωνόμαζον, διὰ τὸ πυρσὸν τῆς ῥινὸς καὶ ῥαμφῶδες, καὶ τοῦτο μὲν ὡς οὐκ ἀπὸ δόξης ἠστείζοντο, ἔξεστι συμβαλεῖν ταῖς εἰκόσιν, αἳ ἀνάκενται ἐν τῷ τῆς Περγαίας ἱερῷ. Similiter igitur dictus videbitur Eratosthenes Βῆτα.—

Quam facile autem et quam cito delitescat eiusmodi cognominum origo vel hodie videmus. Ut ex veteribus exemplum afferam, Philostratus de Ptolemaeo sophista, Herodis Attici discipulo, nec ita multum aetate a Philostrato distante sic: p. 505. Οἱ. Μαραθῶνα δὲ αὐτὸν ἐπωνόμαζον, ὡς μέν τινες ἐπειδὴ τῷ Μαραθῶνι δήμῳ ἐνεγράφη Ἀθήνησιν. ὡς δὲ ἐνίων ἤκουον ἐπειδὴ ἐν ταῖς Ἀττικαῖς τῶν ὑποθέσεων τῶν Μαραθῶνι προκινδυνευσάντων θαμὰ ἐμνημόνευσε. Et si ubique veteres et integros fontes adire liceret, saepius etiam ipsa commenta et dubitationes apparerent, quales partim adhuc videmus, v. e. g. Harpocr. s. Ἀντίκυρα (Ath. 586. f), s. Σκηνίτης, partim iam latent. De Demetrio Ixione Diog. Laert. V, 84. ἐπικληθεὶς Ἰξίων διὰ τὸ ἀδικῆσαί

τι δοκεῖν περὶ τὴν Ἥραν. Similiter Hesych. Miles. Ἰξίων ἐπεχλήθη διότι λεπίδας χρυσᾶς κλέπτων τοῦ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ τῆς Ἥρας ἀγάλματος ἐφωράθη. Sed Suidas hoc modo: ἐπεκλήθη δὲ τοῦτο, ὡς μὲν τινες διότι λεπίδας χρυσᾶς κλέπτων τοῦ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ τῆς Ἥρας ἀγάλματος ἐφωράθη· ὡς δὲ ἄλλοι ὅτι ἀπεσύλησεν Εὐριπίδειον Φιλότιμον τὸ δρᾶμα ἔχον τὸν Ἰξίονα· ἕτεροι δὲ ὅτι τῷ διδασκάλῳ Ἀριστάρχῳ ἀντήρισεν, ὥσπερ ὁ Ἰξίων εὐεργετήσασιν αὐτὸν τοῖς θεοῖς ἀχαριστεῖν ἐπεχείρησεν.

Est autem in hoc genere et veterum et recentiorum alter error, magis quam adhuc factum cavendus, quod putant doctorum et litteratorum hominum cognomina debere rationem habere cum eorum studiis et litteris. De Platone Diog. Laert. III. 4. ἐγυμνάσατο δὲ παρὰ Ἀρίστωνι τῷ Ἀργείῳ παλαιστῇ· ἀφ' οὗ καὶ Πλάτων διὰ τὴν εὐεξίαν μετωνομάσθη, πρότερον Ἀριστοκλῆς ἀπὸ τοῦ πάππου καλούμενος ὄνομα, καθό φησιν Ἀλέξανδρος ἐν διαδοχαῖς· ἔνιοι δὲ διὰ τὴν πλατύτητα τῆς ἑρμηνείας οὕτως ὀνομασθῆναι*). Quorum illud tam verisimile est (sive ille pectore sive fronte sive humeris insigniter latus fuit, quod alii aliter) quam hoc improbabile: sed eodem errore excogitatum, in quo nunc versamur notando. De Dyscolo Apollonio auctor vitae eius dicit invenisse hoc cognomen „ὅτι ἐν ταῖς γυμνασίαις ἀναλύτους ἀπορίας ἔλεγεν:“ de quo verissime mihi scripsisse videor in Aristarcho p. 221 „si omnino nominis ratio a studiis repetenda erat, rectius dixisset venisse ei hoc cognomen, quod homo gravis ac tristis ad iocos lususque litterarum cum cohorte grammatico-

*) Similiter alii, quos vide ap. Menagium. Sed omisit Servium ad Aen. VI, 668 »Plato ab humerorum dictus est latitudine, cett.« Huic minus convenire videri potest eius τυφότης, de qua vide Wyttenb. anim. ad Plut. I. p. 250; quae tamen lenis fuit, cum familiares eam imitarentur, et opinor Iexandro similis (Plut. Alex. 4.).

rum descendere fastidivit.“ Ex moribus potius ductum id cognomen, quam a studiis. En alius grammatici geminum exemplum, a Gellio traditum XVIII, 7. „Domitio, homini docto celebrique in urbe Roma grammatico, cui cognomentum Insano factum est, quoniam erat natura intractabilior et morosior.“ Sic profecto nec Satyrus grammaticus, ut ille volebat, *ζῆτα* dictus *διὰ τὸ ζητητικὸν αὐτοῦ*: nec Eratosthenem beta dictum a studiis verisimile visum. — Ecphantidi veteri poetae comico cognomen fuit *Καπνίας*, ut lexicographi dicunt (Phot.,Hes., Suid. s. *καπνίας*) *διὰ τὸ μηδὲν λαμπρὸν γράφειν*. Quod tam dictum est incuriose, et ut mihi videtur tam aperte ex vocabulo *καπνός* factum, ut hoc ipsum suspicionem moveret. Naekius quidem Choer. p. 52 et Meinekius qu. sc. I. p. 13. nihil dubitaverunt ex illo cognomine de sermonis et fabularum eius charactere colligi posse. At mihi obtinendum est nihil esse minus certum. Nam nec illis auctoribus fides est, ut demonstravimus, et ne eodem quidem modo cognominis rationem explicat schol. Aristoph. Vesp. 151: nec admodum probabile illis vetustis temporibus comico ex dicendi genere cognomen adhaesisse. Sed *καπνίας* dicebatur genus vini, cui sive colore sive sapore sive temperamento similis visus ille homo *). In Apione nostro vereor ne item erratum sit. Non solum Homericus dictus: sed aliud fuit etiam cognomen *ὁ Μόχθος* **), Suid. s. *Ἀπίων*,

*) Caeterum, Aristophanis etiam tempore Athenis fuisse quendam *Καπνίαν*, hominem improbum, patet ex. Ar. Vesp. 150. Nam sic demum hic locus intelligi potest.

**) Tertium *ὁ Πλειστονείκης* tantum patris esse ex more Latinorum (ut Apollonius Molo et similia v. Sturz op. p. 14) alii recte monuerunt. Nec aliud quid credidisse putandi sunt qui hoc modo locuti sunt: »Apio, cognominatus Plistonices, *Ἀπίων ὁ πλειστονί(κ)ης ἐπιχληθείς*,« ut Plin. et Clemens: nam cognomen hoc etiam recte dicitur in Graecis. Ad Latinorum morem patris nomen per

s, *Αντέρως* (*ἀκουστὴς δ' ἦν Απίωνος τοῦ μόχθου*). *Οἱ περὶ Απίωνα τὸν μόχθον* Apollon. syntax. p. 92. 10. *μόχθος*, non addito proprio nomine, dicitur schol. Aristoph. Pac. 778. — Sturzius, quasi hoc exploratum sit, de nomin. Graec. op. p. 124 *μόχθος*, scribit, Apio cognominatus est, quia erat laboriosissimus. Quod idem video Bailium ridicula vafritie exornasse. Mihi non admodum arridet illud in homine non assiduo, ut ille *χαλκέντερος Δίδυμος*, sed circumforaneo. Quid si ideo potius dictus, quod erat *ἀνὴρ φορτικός*, homo insolens?

§. 8.

In hoc homine, qualem adhuc cognovimus, scriptorum indicem inspiciens non magis multiplicem doctrinam, cuius laudem nemo ei denegabit, quam ingenium circumforaneum etiamnum elucere non iniuria, ni fallor, credideris. Incidis enim in Graecos, in Romanos, Judaeos, Aegyptios, Persas, omnes denique populos. Scripsit *ἱστορίαν κατ' ἔθνη* (Suid. *Απίων*), Aegyptiaca, libros quinque *), librum adversus Judaeos, *περὶ μάγου*

---

nominativum addere fortasse praecipue invaluit in iis, quibus frequentior cum Romanis consuetudo intercesserat, quod certe valet de Apione et de Apollonio rhetore. Deinde vero Graece loquentes item sic loqui non defugerunt. Imo hoc tam late patuit ut e. g. Josephus non tantum *Ἀπολλώνιος ὁ Μόλων* dicat (adv. Ap. II, 14, 36.) sed etiam *Μόλων* (ib. II. 2. 33. 41). — Si tam multi Apiones fuissent quam Apollonii facile pro Apione Plistonicen haberemus.

*) Libros quinque fuisse dicit Tatian. adv. Graec. 37. p. 273. E. (edit. Congregat. S. Mauri. cum Justino, Paris. 1742). In quinto fuit narratio de Androclo, Gell, V. 14. et de delphini et pueri amoribus id VII, 8. Ipso titulo praeterea ad partes vocatur Gellio X, 10. Josepho contr. Ap. II, 2. Clem. Al. Strom. I. 21 §. 101. Justin. Martyr. coh. adv. Graecos 9. p. 13. C. Jul. African. ap. Euseb. praep. Ex X, 10. p. 238 Rob. Steph. 1544. Alia quaedam fragmenta sunt apud Joseph. l. l. Nec dubium quin indidem petita sint Plinii XXX, 2. 30. XXXI, 30. XXXVI, 16, 3. XXXVII, 19

(Suid. *Πάσης*), *περὶ Ἀπικίου τρυφῆς* (Athen 294 f.), *περὶ Ῥωμαικῆς διαλέκτου* (Athen. 680. d). Scripsit etiam de disciplina metallica (*μεταλλουργικά*?), Plin. argum. libr. XXXV. T. I p. 116 Sill. De litteris: *Διόδωρος καὶ Ἀπίων ἐν τῷ περὶ τῶν στοιχείων* citat schol. Dion. gr. 784. Ex scriptoribus Graecis, quod sciamus, praeter Homerum commentariis illustravit Aristophanem, Schol. Equ. 577. Pac. 778.

§. 9.

Quod ad Homerum attinet, quamquam praefuit Apio scholae Alexandrinae, tamen tam inquietum ingenium in Aristarcheo interpretandi genere, uno illo prisco poetae salutari, sed ab advecta undecunque doctrina, ab ostentatione versutiae alienissimo, persistere potuisse non facile tibi persuadeas. Et deflexit ad eum, qui non uno modo ei similis reperietur, Cratetem: eruditae aetatis doctrinam Homero iniunxit (v. Arist. p. 253. 256): „*μαρτυροῦσι δὲ Κράτης καὶ Ἀπίων ὁ Πλειστονίκης ὅτι ἀστρονόμος Ὅμηρος*“ Achill. Tat. Isag. in Arati Phaenom. I p. 124. B Petav. Eodem pertinet quod de campo Elysio commentatus est, Eust. δ, 563 p. 1509, 25: quod quam toto coelo ab Aristarcheo et Erathosteneo Homeri interpretandi more distet, nunc non expo-

---

(incertum de XXXV,36, 14. XXXII, 9. XXIV, 102: ut de Gellio VI, 8). Aeliani h. An. X, 29. XI, 40. Steph. Byz. s. *Ἀπόλλωνος πόλις* (qui eum praeterea citat s. *Καβησός* et *Κρόστος*). Tatian 27 p. 267. A, ex quo loco apparet de Dis Aegyptiorum ita locutum esse, ut impie in Graecorum cultum fecisse videri posset. Certe bestiarum venerationem defenderat allegoricis nugis atque etiam spurcitiis, sed callide excogitatis. Plin. XXX, 30 »Propter hunc (Scarabaeum, qui pilas volvit, v. interpretes) Aegypti magna pars scarabaeos inter numina colit, curiosa Apionis interpretatione, qua colligat Solis operum similitudinem huic animali esse, ad excusandos gentis suae ritus.« Quamquam quinque libris continebatur hoc opus, tamen videtur satis amplum fuisse, in quo non tantum histo-

nam: sed remittendi lectores ad Aristarchum nostrum: de geographia Homeri quae hic in censum veniunt reperient p. 253 sqq. Sed ad Apionem cognoscendum ille Eustathii locus valde memorabilis (hoc loco autem vere nec fraude Apionem citari ab Eustathio iam Aegyptiacarum rerum studium certum facit): *Ἀπίων δὲ κατασκευάζει τὴν περὶ Κάνωβον καὶ Ζεφύριον πεδιάδα οὕτω (Ἠλύσιον πεδίον) κληθῆναι παρὰ τὴν τοῦ Νείλου ἰλύν. ἣν πολλὴν καταφέρων ἐκεῖνος προσέχωσε τὴν κάτω χώραν κατὰ Ἡρόδοτον πᾶσαν πάλαι ποτὲ πέλαγος οὖσαν. ὡς δῆλον, φησίν, ἐκ τῶν ἐκεῖ εὑρισκομένων κογχυλίων καὶ λεπαδίων, ὡς καὶ περὶ Μέμφιν· καὶ σκοπητέον, εἰ μὴ ὁ τοιοῦτος ταῦ Ἀπίωνος λόγος διὰ τοῦ ι γράφει τὴν τοῦ Ἠλυσίου ἄρχουσαν· ὁ δ' αὐτὸς λέγει καὶ ὅτι πείρατα γαίης ὁ ποιητὴς ἐνταῦθά φησιν οὐ τὰ πρὸς Ὠκεανόν, ἀλλὰ τὰ ἐκεῖ πρὸς τῇ κατὰ Νεῖλον θαλάσσῃ. καθὰ καὶ Αἰσχύλος, εἰπών· ἔστιν πόλις Κάνωβος ἐσχάτη χθονός· πᾶσα γὰρ ἀγχίαλος ἐσχάτη χθονός· διὸ καὶ Μενελαΐτης νομὸς ἐκεῖ* (v. Arist. p. 251), *ὡς τῆς τοιαύτης γῆς ὑπὸ Μενέλάῳ ποτὲ γενομένης.* (Videntur etiam quae sequuntur ex Herodoto III, 25 de fortunatorum insulis circa Oasin, qua in urbe grammaticus noster natus erat, ab ipso Apione hic allata fuisse).

Vides hic simul ab interpretatione mere mythica eum deflexisse. Quo facit hoc Apollonii lex. Hom. *ὀνειρείῃσι πύλῃσι* (δ, 809 *ἠδὺ μάλα κνώσσουσ' ἐν ὀνειρείῃσι πύλῃσι*) *ὁ μὲν Ἀπίων τοῦ ὕπνου· διὰ γὰρ τούτου ἐκπέμπονται· ἡμῖν δὲ φαίνεται κυρίως κατὰ τὸ μυθικόν.* Dolendum hoc non integrum esse: sed scriben-

---

riam nec strictim, et cultum Deorum, sed bestiarum, plantarum, aquarum, monumentorum, ut Pyramidum et Labyrinthi, miracula exposuerat, denique historiolas, quales illae a Gellio servatae. — De contemtione eius Judaeorum iudicium est apud Niebuhrium hist. Rom. I. p. 7: accuratius illud sub examen vocandum.

dum videtur τῷ ὕπνῳ et ἐπιπέμπονται „ἐν ὀνειρείῃσι πύλῃσι esse in somno: somnum enim (per figuram rhethoricam) dictum esse portam somniorum, quippe quae per somnum immittantur.“ Quod certe ab eius acumine non alienum videtur.

Nec habebat cur μῶλυ ei ex Fabulis videretur. Quid enim? Nonne noverat „Cynocephaliam herbam, quae in Aegypto vocaretur Osiritis, divinam et contra omnia veneficia: sed si ea erueretur statim eum qui eruisset mori“ (Plin. XXX, 2, 6) — χαλεπὸν δέ τ' ὀρύσσειν ἀνδράσι γε θνητοῖσι.

Quaestiones solvisse quis non exspectet? In illa antiquitus celebrata: διὰ τί τὰ ἐρωτικὰ ἐν ἰμάντι φησὶν Ὅμηρος κατεστίχθαι »ἔνθ' ἔνι μὲν φιλότης ἐν ἰδ' ἵμερος.“ — Ἀπίων ἐπειδὴ δεσμοῖς ἐοίκασι καὶ βρόχοις οἱ ἔρωτες καὶ τὰ τῶν ἐρώντων πάθη (Porphyr. Ξ, 216. Aristarch p. 201). — Od. γ, 341 quaestitum est cur linguae hostiarum Dis crementur: »Ἀπίων ὅτι κράτιστον τῶν μελῶν ἡ γλῶσσα sciebat, opinor, quantum linguae ipse deberet), τὰ δὲ κράτιστα τοῖς θεοῖς ἀπένεμον (Porphyr. ad l. l.). In illo παρῴχηκεν δὲ πλέων νὺξ τῶν δύο μοράων, τριτάτη δ' ἔτι μοῖρα λέλειπται, si haec quaestio dicenda est, eius explicatio certe non ex pessimis est: sed videtur πλέω legisse (Porph. h. l. p. 286 Bekk.). Sed ubi Jovem defendit a crimine mendacii B, 12 notas habemus versutias*).

Martis et Veneris Amores quibusdam Homero visi inserti. Quos ut refelleret, non inscite, quamquam ina-

---

*) Argumenta, cur Graecos primum Mysiam adiisse verisimile sit, item de λόφος Ἄτης et de acie Nestoris quae leguntur ap Eust. A, 59, A, 591, A, 297 sub Apionis et Herodori nomine an ullam cum Apione rationem habeant, prorsus incertum: ut dictum est.

niter e longinquo arcessivit locum Aristophanis Pac. 788 *Μοῦσα, σὺ μὲν χόρευσον κλείουσα θεῶν τε γάμους ἀνδρῶν τε δαῖτας.* Schol. h. l. *ὅτι σύνηθες ἦν τοῖς παλαιοῖς ᾄδειν θεῶν τε καὶ ἡρώων γάμους· σημειοῦται δὲ ταῦτα ὁ μόχθος πρὸς τοὺς ἀθετοῦντας τὴν ἐν Ὀδυσσείᾳ. Ἄρεος καὶ Ἀφροδίτης μοιχείαν.*

Quid tandem praestitit in re grammatica? Non multum attulisse, quod magni momenti videretur doctioribus, certissimum habeo documentum, quod in sat amplis reliquiis Iliacae prosodiae Herodiani non nisi semel ad partes vocatum invenio. *I*, 393 in disquisitione de *σόωσι* et *σάωσι*. „*Ἀπίων δὲ διὰ τοῦ α γράφει, ἐπεὶ καὶ ἐν ἄλλοις οὕτως εὑρίσκεται „σάωσε δὲ νυκτὶ καλύψας“ καὶ „τὸν μὲν ἐγὼ ἐσάωσα“ καὶ „ἀλλὰ σάω μὲν ταῦτα, σάω δ' ἐμέ,“ καὶ ἐπὶ μέλλοντος „κερδαλέης, εἴ τίς κεν ἐρύσσεται ἠὲ σαώσει.“* Item semel in Odysiaca. Nam vix dubito quin hoc scholion sit Herodiani, *δ*, 419 *ὑμεῖς δ' ἀστεμφέως ἐχέμεν μᾶλλόν τε πιέζειν*) *πιέζειν δὲ ὡς διχάζειν. φησὶ γοῦν· ἐπὶ μάστακα χειρὶ πίεζε* (287). *Ἀπίων μέντοι περισπᾷ. χερσὶ στιβαρῇσι πιέζειν* (*μ*, 174).

Quod re vera non casu factum esse, sed quod in re grammatica non multa iis gravia attulisse videretur, inde confirmatur, quod Apollonius Dyscolus item semel eum respicit, in syntaxi p. 92, 6 *καὶ παρὰ Αἰολεῖ οἱ περὶ Ἀπίωνα τὸν μόχθον**) *τὸ Κυλλάνας ὁ μεδείς ἐν*

---

*) *Οἱ περὶ Ἀπίωνα* est Apion, nihil amplius. Erratum nuper in hac formula a viris egregiis. Muetzell de Hesiodo p. 288 ita scribit: »Scholae autem praefuit (Aristonicus) amplae ac locupleti multosque habuit sectatores. *Οἱ περὶ Ἀριστόνικον* citantur schol. Vict. ad Il. σ, 483.« Ritschl de Oro p. 12 hoc modo: »Non defuisse autem Oro, Herodiani illi ut videmus et Phrynichi in rebus gram-

ῥήματος συντάξει ἤχουον (sc. ὃ i. e. ὃς *μέδεις*), *οὐ παραδεχόμενοι μετοχὴν τοιαύτην ἐκ βαρυτόνου ῥήματος, εἰ*

---

maticis adversario, suos qui cum ipso starent sectatores, ex Etymologici M. p. 43, 42 verbis intelligitur *οἱ δὲ περὶ Ὦρον λέγουσι.* An dubitant viri doctissimi hac formula solum, qui proprio proditur, grammaticum significari? Imo docendum erit usquam aliter factum esse. Equidem huius formulae usum attendens cum apud alios grammaticos tum apud Homericos nondum nactus sum ubi aliud significari ostendi possit, contra ubi omnia illum alterum usum persuadeant sat multos in locos incidi. Apollonius *οἱ περὶ Ἄβρωνα, οἱ περὶ Κομανόν*, reliqua non aliter dicit quam *οἱ περὶ Βαχχυλίδην* synt. 187. 5. Herod. pros Il. *E*, 638 *Νικίας ψιλοῖ — ἄλλοι δὲ δασύνουσι, θαυμαστικῶς ἐκδεχόμενοι, ὡς καὶ Ἡρακλέων . . . . . ἡμῖν δὲ δοκεῖ θαυμαστικώτερον ἀναγινώσκειν, ὥσπερ καὶ τοῖς περὶ Ἡρακλέωνα.* Apollon. lex. Hom. p. 156. s. *ὑββάλλειν* promiscue *οἱ περὶ Σιδώνιον* et *Σιδώνιος*. Procul. ad Hesiod. op. 57 p. 82 Gsf. *μέμφονται δὲ τὸν Ἡσίοδον οἱ περὶ Ἀπολλώνιον ὅτι ἐνικῷ ἀντὶ πληθυντικῷ ἐχρήσατο*, Apollonium Dyscolum dicit de pron. p. 143 B (*Ἡσίοδος μέντοι ἐπίμεμπτός ἐστιν εἰπὼν ἐὸν κακὸν ἀμφαγαπῶντες, ἐν ᾧ ἐνικῷ ἀντὶ πληθυντικῷ ἐχρήσατο*). Ariston. *Ω*, 71 *τὸ δὲ ἐάσομεν νῦν ἀντὶ τοῦ παρῶμεν. ὅπερ ἀγνοήσαντες οἱ περὶ Ἀντίμαχον ἐποίησαν κλέψαι μὲν ἀμήχανον.* Similiter *οἱ περὶ Ἀντίμαχον γράφουσι X*, 336. *Ψ*, 604. quod aliis locis est *ἡ Ἀντιμάχου*. Et quos in rebus grammaticis sectatores habuit Antimachus? Ii etiam loci frequentes ubi cum unus aliquis scholiastes habeat *οἱ περί* alius hinc hauriens solum ponat nomen. — Iuvabit haec contra inspexisse: Did. *K*, 225 *ὅτι Ἀρίσταρχος »εἴπερ τι« καὶ οἱ ἀπὸ τῆς σχολῆς.* Apollon. pron. 53 *Ἀρίσταρχος καὶ οἱ ἀπὸ τῆς σχολῆς.* Cf. *Ἀρίσταρχος . . . . οἱ δὲ ἀπὸ τῆς σχολῆς* sch. *P*, 481. Herod. *Π*, 558 *Ἀρίσταρχος καὶ οἱ ἀπ' αὐτοῦ δασύνουσι.* Id. *Δ*, 2 *οἱ ἀπ' Ἀριστάρχου.* — Liceat hac occasione duas observatiunculas addere de *οἱ περὶ*. Apud scriptores amatorios saepius dicitur *οἱ περί* addito amatoris vel amicae nomine ut tamen uterque intelligatur. Ut *οἱ περὶ τὸν Θεαγένην* Heliod. V, 216 Theagenes et Chariclea, cf. Locella ad Xen. Ephes. p. 182. Quo pertinet quod in farragine Zeuniana est ad Viger. p. 8 ex Palaephato XIV *οἱ περὶ Ἀταλάντην* »Atalanta et Melanio«. Simillime Athen. p. 602. c. *οἱ ἀμφὶ τὸν Χαρίτωνα* Chariton amasius cum deliciis suis Melanippo. Cum hoc coniunctum est, quod sic apud grammaticos significatos invenio duos communi aliqua opera

γε τῆς τοιαύτης λήξεως οὐκ ἔχονται κατὰ τὸ κοινὸν ἐκ βαρυτόνων οὖσαι ῥημάτων. Reprobat Apollonius, et uno quidem, ut videtur, argumento gravissimo, quod sane Apio negligere non debebat: „*κἀκ τῆς γραφῆς συνηλέγχοντο, οὐκ οὔσης ποτὲ διὰ τοῦ ε κατὰ πᾶν δεύτερον πρόσωπον παρ' Αἰολεῦσιν.*“ — Praeterea ad hunc locum pertinet illud Apollon. lex. 163, 16 *φιν. εἰώθασιν ἀντὶ τοῦ σφίν ἀντωνυμικῶς χρῆσθαι τῇ φίν, ἀντὶ τοῦ αὐτοῖς· ἢ αὐταῖς· οὐχ εὑρίσκεται δὲ παρ' Ὁμήρῳ, ὡς Ἀπίων τέταχεν.*

Scripsisse videtur *πεῖαρ ἀρούρης*, si hoc recte suspicari licet ex corruptissimo loco Apollonii p. 131, 28 *πίειρα.* Et *προβάοντε* (antiqua lectio, iam in Aristarcheorum commentariis inventa, v. Did.) *M*, 277: si quidem Apollonium p. 134, 31 sic recte restituimus: *προβοῶντε. ὁ μὲν Ἀπίων προβάοντε προβαίνοντες. καὶ γὰρ „ἤϊε μακρὰ βιβάς.“ ἢ φωνοῦντες, οἷον προεγκελευόμενοι μετὰ βοῆς.* — Choeroboscus ap. Bekker. III p. 1393 s. *Λάδων* servavit hoc: *οἱ δὲ περὶ Δίδυμον καὶ Ἀπίωνα διὰ τοῦ ω κλίνουσιν ἀναλόγως.* Hoc unde sit incertum: poterat quidem eius fluvii mentio esse in nota ad *H*, 135. —

---

coniuntos. Ariston. *K*, 299 *οἱ περὶ Ὀδυσσέα* Ulixes et Diomedes speculandi causa egressi. Iidem sunt *οἱ περὶ Ὀδυσσέα* apud Porphyr. ad *K*, 274. Schol. vulg. Apollon. II, 297 *οἱ περὶ Ζήτην* Zetes et Calais Harpuias persecuti. *οἱ περὶ Ἴδαν* Schol. vulg. Apoll. I, 151, ubi Parisin. *Λυγκεὺς καὶ Ἴδας. — Οἱ περὶ Ἀμφίονα* Amphion et Zethus, Palaeph. XLII. — Deinde si quis denuo hanc quaestionem tractandam susceperit operae pretium fuerit quaerere sitne casu factum an omnino non sit factum, ut ubi plura vel duo propria una ponenda praecipue promti sint ad hanc formulam. Vide copias Vigerianas et exempla Valckenarii ad Schol. Phoen. v. 102, quibus complura similia invenio in meis fortuito coniectis. Sic mox legemus apud Choeroboscum *οἱ δὲ περὶ Δίδυμον καὶ Ἀπίωνα διὰ τοῦ ω κλίνουσιν.* Sic *ἐννέα δὲ κήρυκες οἱ τῶν ἐννέα γερόντων Ὀδίος Αἴαντος, οἱ περὶ Ταλθύβιον καὶ Εὐρυβάτην Ἀγαμέμνονος, Εὐ-*

Plura novimus de vocabulorum interpretatione. Eius interpretationes permultas et ut nullius nomen aeque saepe posuerit attulit Apollonius in lexico Homerico, glossas illius nuper editas, cum ipse glossas scriberet, et fortasse apud nonnullos non nihil gloriae nactas frequenter respiciens *). Hic statim incurrit in oculos, ab Aristarchea diligentia quantum absit, imo ab Aristarcheo charactere, et vel optime ab Aristarcho explanata ne tenuisse quidem. p. 126, 1 *ὄψον ὁ μὲν Ἀπίων κακῶς τὸ κρέας, ἀντιμαρτυρεῖ γὰρ ὁ ποιητὴς „ἐπὶ κρόμυον ποτῷ ὄψον“ Λ*, 630: quo loco tamen iam ab Aristarcho monitum erat: *ὅτι πᾶν προσόψημα ὄψον οἱ ἀρχαῖοι*. Aristarchea observatione de *φράζειν* (v. Arist. p. 93) non effectum est, ne negligentius interpretaretur *πεφράδοι Ξ*, 335, ut idem Apollonius docet p. 131, 6 *πεφράδοι*

ρυβάτης Ὀδυσσέως, Ἀσφαλίων καὶ Ἐτεωνεὺς Μενελάου, Θοὠτης καὶ Στέντωρ Νέστορος, Μηριόνης Διομήδους schol. BL ad *B*, 96, ex Eustathio, qui habet *Ταλθύβιος καὶ Εὐρυβάτης. — Οἱ περὶ Ὦτον καὶ Ἰφιάλτην* Eust. et schol. *E*, 385. *ἀδελφὸς τῶν περὶ Ἱέρωνα καὶ Γέλωνα* schol. Pind. Isthm. II. prooem. *ἔνθεν καὶ ὁ Ξενοφάνης διελέγχων τοὺς περὶ Ὅμηρον καὶ Ἡσίοδόν φησι· πάντα θεοῖς ἀνέθηκαν Ὅμηρος Ἡσίοδός τε* Sext. Empir. Phys. I. 193. *ἡγεμὼν ἀνηγορεύθη τῆς Ἑλλάδος, ὡς πρότερον οἱ περὶ Φίλιππον καὶ Ἀλέξανδρον* Plut. Demetr. 25. *τοῖς περὶ Σόλωνα καὶ Θάλητα γεγονὼς ἐν Αἰγύπτῳ συνήθης* Plut. conv. sap. *β'*. *οἱ περὶ Πλάτωνα καὶ Ἀριστοτέλην* Plato et Ar. id. Nic. 1. *ὅτι οὐ μόνοι οἱ περὶ Μαχάονα καὶ Ποδαλείριον συνεπλεύκεισαν ἰατροί, ἀλλὰ καὶ ἄλλοι πλείονες* Ariston. *Π*. 28. Sed haec sufficiant ad rem, quae non videtur vana esse, excitandam.

*) Ideo fecisse, quod Apio eius discipulus fuit (si quidem verum est lexici Homerici auctorem Archibii filium esse) ideo non credimus, quod minime interpretationes Apionis prae caeteris probare invenitur. Sed hoc interrogabo, quod doctiores sine dubio facile respondebunt, ego autem nunc quidem per ignorantiam meam respondere non possum: quos grammaticorum constat glossas Homericas scripsisse ante Apionem?

διασημάνειν· ὁ δὲ Ἀπίων ἀνείποι **), τοῦ Ἀριστάρχου σεσημειωμένου ὅτι τὸ φράσαι οὐδέποτε ἐπὶ τοῦ εἰπεῖν τάσσεται. Magis fortasse dubitabile σόλος Ἀπίων δίσκος σιδηροῦς — cl. sch. Ψ, 826. Improbamus quod in interpretatione vocabuli Σμινθεῦ discessit ab Aristarcho p. 142. Quantum ab Aristarcheo more Homerum ex Homero explicandi et simpliciter explicandi abfuerit, vel hoc docet, quod χρυσάμπυκας explicuit χρυσοχαλίνους, 169, 4. Et hoc: τανύγλωσσοι κορῶναι μακρόφωνοι, τεταμένην ἔχουσαι τὴν φωνήν, 149, 20. Βοάγρια αἱ ἀσπίδες. ὁ δὲ Ἀπίων τὰ ἐκ βοῆς ἠγρευμένα τουτέστι τῆς μάχης λάφυρα. Et alia.

Vidimus in Aristarcho studium etymologiae non exclusum fuisse, sed paene delitescere: contra etymologiae cupidissimus reperitur Apio. Saepissime apud Apollonium ὁ δὲ Ἀπίων ἐτυμολογῶν —, alibi ubi non dicit latet hoc, e. g. φάλος: ὁ Ἀπίων ὁ λαμπρὸς καὶ λευκὸς τῆς περικεφαλαίας ἤλος. Significat a φάω esse. Sed cum quaedam ex eius etymologiis speciminis gratia apponenda sint, Deorum quaedam epitheta ponamus: Παλλὰς ὡς μὲν Ἀπίων ἀπὸ τοῦ παίειν τοὺς λαούς 126, 29. σῶκος Mercurius σωσίοικος (sc. σάοικος), 148, 15 cl. Hesych. — Callide hoc excogitavit: πόρδαλις — Ἀπίων δέ φησι διαφέρειν. πόρδαλιν μὲν γὰρ τὸ ἀρσενικόν, πάρδαλιν δὲ τὴν θήλειαν, καὶ τὸν μὲν ἀπὸ τοῦ προάλλεσθαι, τὴν δὲ ἀπὸ τοῦ παράλλεσθαι.

Saepissime illud peccat, ut syllabas paragogicas pro radicibus explicet, e. g. νηπύτιοι ἄφωνοι, ὡς ἐκ τοῦ νη καὶ τοῦ ἠπύειν, ὅ ἐστι φωνεῖν. Prudentior Apollo-

---

**) Sic non scripsit, ut ex seqq. patet: nec quod olim legebatur ἂν εἴποι verum videtur: fortasse ἀντὶ τοῦ εἴποι vel (nam sic quoque scriptum invenimus apud grammaticos) ἀντὶ εἴποι. Hesych. πεφράδοι διασημήνειεν, εἴποι.

nius hic ut alibi: addit enim: *οὐκ ἔστι δέ, ἀλλ' ἐπέκτασίς ἐστι τοῦ νήπιοι.* Cf. *θεσπέσιον, μεσόδμη, αἰσυητήρ, ἀϊκάς.*

Sic in hoc quoque genere perpauca erunt, in quibus verius quam alii iudicavit, ut *μῆνις* a *μαίνομαι*, cum Aristarchus a *μένω* esse voluisset: *ἀάπτους*, ab *ἅπτομαι*, quod Aristarchus *ἀπτοήτους* esse voluerat, alii ex optimis item in eo mire se gesserunt, qua de re dixi in Aristarcho p. 143.

Apionis Homerica duobus operibus continebantur, commentariis et glossis. Commentarios, quos Ruhnkenius praef. Hes. p. V centies a veteribus laudari dixit, sine dubio de Eustathii Apione et Herodoro cogitans, (repetiit hoc Rankius de Hes. p. 134), ipso addito titulo nusquam laudantur. Sed fuisse et hinc sumta esse omnia illa, quae in glossis locum non habebant, non potest dubitari.

Eius *γλῶσσαι Ὁμηρικαὶ κατὰ στοιχεῖον* (Hesych ep. ad Eulog. in.) magnam partem transierunt in Apollonii lexicon Homericum: hinc, ut verisimile est, complura transierunt in Etymologicum *). Permulta inesse in Hesychio et epistola et consensus cum glossis Apionis apud Apollonium servatis ostendit: nomen Apionis nunc

---

*) v. *ἄασαι, κλειτύς, χορώνη, σκῶλος.* Haec ubi inspexeris, ad ipsa verba Apollonio respondentia, vix dubitabis s. *ὀπός, παλύνω. ὄρχατος* (*ὀρχός*), *πειρινθος, ὀπωπή, κινυρή* (cf. schol. Apollon. Rhod. I. 292) Apionis nomen ab Apollonio commemoratum fuisse et ab illo ea fluxisse. Sunt pleraque toto colore Apollonianis similia, in quibusdam etiam nunc verborum ipsorum consensus non dubius. Cf. Cram. I, 292, 3 cum Apollonio (»ὁ Ἀπίων ἐτυμολογῶν,“ ut dicere solet Apollonius). Idem dicendum de *ἐρέχθων*, quod nunc apud Apollonium excidit, sed profecto praetermissum non fuit. — *Κολαφίζω* (cf. cod. Havn.) et *Κρόταφος* ex Sorano sunt: quae in Etymologicum videbuntur venisse ex Orione. P. 329, 14 *Ἐλεφαντίνη* et 25, 47 *Ἄθριβις* ex Oro (v. Ritschl. p. 54). —

raro relictum: utrum in Hesychium et ipsa ex Apollonio venerint an vel ipse vel Diogenianus ipsas Apionis glossas inspexerit dubitari potest.

Sed quae *Ἀπίωνος γλῶσσαι Ὁμηρικαί* feruntur in codice Barocciano, ab Ruhnkenio inspectae (v. praef. Hes. V), et in Darmstadino, editae post Sturzii Etymologicon M. p. 602 sqq., has toto colore recentiores esse statim intelligitur, ut Ruhnkenius intellexerunt et Rankius Hes. p. 134: nec quemquam latere debebat. Nec conspirant cum Apionis interpretatione ex Apollonio et Etymol. cognita e. g. *ἄντυξ*, *βοάγρια*, *ἐπάλνει*, *σχέτλιος*,

Dissertatio III.

Capita selecta ex Alexandrinorum doctrina de prosodia Homerica.

Digitized by Google

C. I.

§. 1.

Quam sit necessarium veterum grammaticorum doctrinam cognoscere, nunc uno ore philologi profitentur, quam difficile sit et impeditum, nondum omnes satis videntur intellexisse. At vix gradum facere potes quin haesites et circumspectes, quin nondum munita te via progredi, sed salebras et amfractus superandos esse admonearis.

Hoc ipsum quam molestum est, quod si scire opus sit quo ordine vel Apollonius vel Herodianus vel alius grammaticus libros suos ediderint, quamvis saepe ad se ipsi recurrant, tamen improvisa tibi cum difficultate conflictandum erit. Sic Eustathius in Odyssea scribit e. g. p. 1525 *εἴρηται καὶ ἐν τοῖς εἰς τὴν Ἰλιάδα.* **1697, 40** *εἰς δὲ τοῦτο πλείω ἐν τῇ Ἰλιάδι γέγραπται:* **et alibi** *ἐν τοῖς εἰς τὴν Ἰλιάδα διεσαφήθη.* **Sed in Iliade non minus praeterito utitur de commentariis suis ad Odysseam, e. g. 155. 184** *ὡς καὶ ἐν Ὀδυσσείᾳ εἴρηται.* **102, 29** *γέγραπται εἰς τὴν Ὀδύσσειαν.* **Nec hoc facit tantummodo in his, quae etiamsi non una sunt edita tamen facilius tanquam unum, quo lector usurus erat, volumen cogitari poterant, ut videri posset eo modo praeteri-**

tum posuisse, quo et Graeci *) et Latini ponunt in epistolis: sed patet hoc latius. Nam in commentariis Homericis librum, quo Dionysium geographum illustravit, ad partes vocat hoc modo: *εἴρηται, γέγραπται ἐν τοῖς εἰς Διονύσιον*, e. g. p. 2. 110. 112: et contra in hoc ad illos provocat eadem ratione, perfecto utens saepius, non excludens aoristum, ut v. 994 *καὶ ἐῤῥέθη ἐν τοῖς εἰς τὸν Ὅμηρον*. Sic illi et quae moliuntur scripta tanquam parata posteris animo praecipiunt. Apollonius de adv. p. 532, 5 scribit: *τὸν τοιοῦτον λόγον ἀκριβέστερον ἐν τῷ περὶ συντάξεως ἐκτεθείμεθα*. At modo dixerat 530, 28 (et dicit similiter saepius): *ἐντελέστερον μέντοι δεδείξεται ἐν τῷ περὶ συντάξεως*. Videmus igitur quam caute agendum sit, quam circumspiciendum, quo singulorum cousuetudo inclinet. Quid quod ne sciri quidem potest, utrum liber aliquis, cuius auctor mentionem iniecit praeterito usus, re vera sit editus an fato interruptus? Quod dum scribo commovet animum meum Spohnii praecisa spes et philologorum frustrata exspectatio: scripsit enim ille in minore Hesiodi editione v. 121 „Cur hoc loco hos versus posuerim dixi in ed. maiore.« —

Ex antiquioribus videndum erit quem possit huius rei observatio in Aristotele usum habere.

Sed ut perfectum et aoristus, sic praesens ambiguum. Nam per praesens saepissime ad sua scripta se referunt, *ὡς δείκνυται ἐν τῷ περὶ ἐπιῤῥημάτων, λέγεταί μοι περὶ τούτων ἐν τῷ περὶ καθολικῆς προσῳδίας* (nam Herodianus in hoc genere creber), et similiter. Ambiguum autem eiusmodi praesens utrum praeteritum an futurum tempus spectet. Apollon. adv. 532, 30 *πάλιν ἡ τοιαύτη σύνταξις διὰ πολλῶν παραθέσεων ἐν τῷ περὶ συντάξεως ἀποδίδοται*. Hoc ad posteriora spectat. De contrario

*) v. Heyler ad ep. Jul. p. 212. Wytt. ad Plut. I. p. 306.

utar exemplo Aristotelis quo non esse potest expressius. Meteor. I, 8, 6 *εἰ καθάπερ δείκνυται ἐν τοῖς περὶ ἀστρολογίαν θεωρήμασιν οὕτως ἔχει* — At ib. I, 3. 2: *ἤ δη γὰρ ἅπτται διὰ τῶν ἀστρολογικῶν θεωρημάτων ἡμῖν ὅτι* —

Sed ad graviora veniamus. Nam primum quod Cicero ait „Geometrae vero et musici, grammatici etiam, more quodam loquuntur suo“ (fin. III, 1), ad illum grammaticorum dicendi morem cognoscendum quo tandem confugias adhuc? quibus instrumentis subleventur qui ipsa vocabula nesciri sentiant, doctiores?

Deinde, qui adhuc sunt grammaticorum textus, ut ille non decem linguas sibi suffecturas ait ad catervas pugnantium recensendas, sic decem non efficeres oculis, ut omnia deprehenderes peccata erroresque hinc enatos caveres. Ipsa Apollonii Dyscoli syntaxis, qui liber et per complures codices traditus et praestantium virorum operam expertus est, non levibus adhuc lectionis maculis offendit legentem et moratur. Sic, ut quaedam delibem ex quarto libro, p. 313 v. 13 legis *καὶ ἐπεὶ τὸ σ οὐ προσχωρεῖ πρὸ τοῦ ρ ἢ πρὸ τοῦ λ*: nec sequitur apodosis. At scribendum est *ἐπιόν*. p. 314 v. 28 *πρὸς δὲ τὸ ἀφιστάμενον τῆς πλαγίας συναπέστη καὶ τὰ τῆς πλαγίας, μειρικωτέρας λοιπὸν παραθέσεως γινομένης. ἥπερ διηκούσης καθ' ἕνα σχηματισμόν, περὶ Ἀπολλωνίου, ἐν Ἀπολλωνίῳ καὶ τὰ τούτοις ὅμοια, εἰκός τινα φήσειν* — Nec haec intelligi possunt, sed immutanda sunt hoc modo, ut primum pro *καὶ τὰ τῆς πλαγίας* scribatur *καὶ τὰ τῆς συνθέσεως*, deinde *μειρικωτέρας λοιπὸν παραθέσεως γινομένης ἥπερ* (frequentata Apollonio particula) *διηκούσης* —, denique post *ὅμοια* puncto oratio concludatur. p, 336, 6 scriptum *ἐπὶ τοῦ ἵνα πρὸς τοπικὸν ἐπίῤῥημα* pro *πρὸς τοπικὴν σημασίαν*. Illud immigravit ex proxime praecedentibus simili modo, quo e. g. locus p. 28, 15 in plerisque codd. corruptus fuit. p. 325, ὃ *ὁ αὐτὸς γὰρ τῶν προειρημένων χρόνων*. At

legendum ἕκαστος γὰρ — p. 307, 28 τὰ δὲ ἄρθρα ὡς τὰ πτωτικά, leg. ὡς πρὸς τὰ πτ. p. 310, 15 σύνθεσιν τὴν τῶν γενῶν ἀνεδέξατο, leg. σ. τῶν μερῶν. p. 334, 20 post λόγου deest, quo saepissime vexamur, negatio. Tota disputatio p. 333, 25 sqq. non intelligitur nisi scribatur οἶκον δέ, Οὔλυμπον δέ, ἀγρὸν δέ. Quod quamvis nobis mirum accidat, tamen sic scripserunt illi.

§. 2.

Οἶκον δέ, ἀγρὸν δέ, similia.

Disputat de his Apollonius de adv. p. 592, 17 sqq. Exponit *δύο μέρη λόγου εἶναι*, et quidem accusativum substantivorum cum coniunctione *δέ* (non cum ea paragoge, quae est e. g. in *ἄγραδε*, *οἴκαδε*, nec cum paragoge *δέ*, quae est in *τηλικόσδε*, *τημόσδε* et quibusdam aliis. Cf. 616, 19. 617, 24. 589, 14. 591 *). Haec duo coniunctim posita vim et constructionem quidem adverbiorum habere, nec tamen formam vocabulis esse adverbialem. Coniunctionem *δέ* in his vim praepositionis accepisse, ut contra nonnullae praepositiones vim adverbii induant (594, 13). *Δέ* assumptum esse partim ex imitatione quadam adverbiorum *οἴκαδε*, *ἄγραδε*, (cf. 616, 20), partim quod huius voculae proprium sit significare „*μετάβασιν τοῦ πράγματος*“ **). Quod ad accentum attinet, tota disputatio id docet, quod dixi. Per se perspicuum hoc: *ἴδιόν ἐστι τοῦ δέ συνδέσμου ἐπάγειν ἐς αὑτὸν τὴν ὀξεῖαν.* ***) *τοιοῦτον δὲ καὶ τὸ οἶκον δέ* (sic cod., Bekkerus iniuria *οἰκόνδε*), *ὡς εἰ καὶ τὸ Ζεὺς δέ* (p. 594, 2). De *ἄλαδε* dicit dubium, utrum paragoge factum sit

---

*) Nondum superavi difficultatem quae est pron. p. 84. A.

**) p. 594, 28 pro *ὁ τόνος* l. *ὁ τόπος*.

***) Cf. coni. p. 508, 1 *ὁ γάρ ἀσυνέγκλιτος ὢν ἐπάγει ἐπ' αὐτό (ἐφ' αὑτό) τὴν ὀξεῖαν, Ζεὺς γάρ.*

ut *οἴκαδε* an ita ut *Οὔλυμπον δέ* et similia „*ἐκ συντάξεως τοῦ δὲ συνδέσμου καὶ πτώσεως αἰτιατικῆς.*“ p. 617, 25. 589, 25. Hoc si probamus „*καὶ δύο τόνοι ἐπιτεθήσονται ἄλα δέ*“ 589, 26. Cum igitur p. 589, 19 dicit „*τὸ γὰρ οἶκον προπερισπᾶται, καὶ πάλιν ἐν τῇ προσῳδίᾳ τοῦ δέ μένει ὁ αὐτὸς τόνος οἰκονδε, μετὰ τοῦ καὶ τὴν ὀξεῖαν ἐπὶ τέλους εἶναι*“ *τέλος*, ultima syllaba, est ipsum *δέ* et scribendum *οἶκον δέ* vel ut illi *ΟΙΚΟΝΔΕ*: nam antiquam formam circumflexi ab his typothetis non impetro.

Idem secutus Herodianus. Jo. Al. p. 34, 4 *τὰ εἰς δε ἐπιῤῥήματα, τὴν εἰς τόπον σχέσιν σημαίνοντα, τρίτην ἀπὸ τέλους ἔχει τὴν ὀξεῖαν, οἴκαδε, ἄγραδε, ἄλαδε, παλίναδε* (emendavit Dindorfius *Παλλήναδε*), *φύγαδε· τὸ οἶκον δέ, ἀγρὸν δέ* (sic accentus recte traditi) *δύο μέρη λόγου, τὴν ἰδίαν ἕκαστον ἔχον προσῳδίαν, ἰσοδυναμοῦντα τοῖς ἐπιῤῥήμασι, τὸ ἀγρόνδε* (teneo accentus ut editi sunt) *τῷ ἄγραδε, τὸ οἰκόνδε τῷ οἴκαδε.* Nunc demum hoc intelligimus, quod de *ὅνδε δόμονδε* dicit ad *Π*, 445 *τὸ ὅνδε εἴτε ἔχει παρέλκοντα τὸν δέ σύνδεσμον* (i. e. significatione destitutum, ut in *φύγα δὲ μινώοντο* quidam *φύγα* pro accusativo acceperunt, *δέ* superfluum putantes, *Π*, 697) *εἴτε ὅμοιόν ἐστι τῷ οἰκόνδε ἀντὶ τοῦ εἰς οἶκον πάλιν ἐν τῇ συντάξει βαρυτονηθήσεται, ὡς ἐν τῷ „ἀγρόνδε προΐαλλε“* (o, 370), *ὥστε περισσὴ ἡ ὀξεῖα ἐν τῇ ὃν αἰτιατικῇ κατὰ τὴν σύνταξιν.* Vides corruptos accentus, quos iam facile ipse emendabis hoc loco, ut in disputatione eiusdem Herodiani de *φυγαδε*, quae servata est in scholiis ad *Π*, 697 et *Λ*, 446 (cf. quae male excerpta sunt *Θ*, 157). Intelliges etiam *Π*, 697 *ὡς ἀγρόνδε* mutandum esse in *ὡς ἄγραδε* *).

---

*) In fine *κατὰ παραγωγήν, ὡς ἀγράδε, ἄλαδε* l. *κ. παραγωγήν· ὡς ἄγραδε, ἄλαδε* (ut — sic). *Λ*, 446 post *οὐ μὴν* addendum *ἐν*. — *Ἄγραδε* pro *ἀγρόνδε* scribendum etiam Apollon. adv. p. 576, 22.

Φυγαδε dicit quibusdam duas partes orationis videri: putare enim ex loco Homerico *ΦΥΓΑΔΕ μνώοντο*, ubi non adverbialis notio requireretur *εἰς φυγήν*, sed solus accusativus *φυγήν*, constare de accusativo *φύγα*, qui vel per metaplasmum dictus videatur ut *σκέπα* vel (et hanc Ptolemaei Ascalonitae sententiam esse) a nominativo *φύξ* ut *Στύξ*: *δέ* autem hoc loco sine significatione iis dictum videri. Attamen, inquit, potest etiam hoc loco adverbium esse per paragogen factum ut *οἴκαδε*: nam paragoga nonnunquam idem significant cum prototypis (quam doctrinam et Apollonius saepius inculcat), ut *Ἰδηθεν μεδέων* pro *Ἴδης* et *ἔκβαλεν ἔκτοσε χειρός* pro *ἐκτός*. Sed utrum statuetur, accentus nihil difficultatis habet. Nam si est accusativus *φύγα*, duo accentus erunt *φύγα δέ* ut *Οὔλυμπον δέ*, si non est, *φύγαδε* est ut *ἄγραδε* cum uno accentu. Sic certe, inquit, (plane ut Apollonius), de *ἄλαδε* etiam res dubia est *).

Unum verbo monebo. Commemorat Apollonius (p. 592, 28 sqq.) quosdam, qui suspicati essent *ΟΙΚΟΝΔΕ* cum similibus re vera adverbia esse et unum vocabulum, non nomina cum addita coniunctione *δέ*: quorum rationes exponit latius. Attamen vel ex hac disputatione quam firmus tum apud omnes accentus, de quo diximus, fuerit videtur elucere. Nam illos ipsos dicit ad accentum adhaesisse et propter accentum suae rei dubios fuisse 593, 18: et refutaturus eos Apollonius ab accentu initium capit v. 23, *τὰ μὲν οὖν ἐκ τῆς τάσεως προφανῆ. πῶς γὰρ τρίτη ἀπὸ τέλους ἡ περισπωμένη*;

---

*) Ex tali disputatione (dixerat enim de dubitatione, cui vocabulum *φυγαδε* ansam dedit, in catholica) in Joannis epitome relictum illud nudum *φύγαδε*.

Apud Eustathium ad *Α*. 446. p. 855, 30 rursus exemplum habes, ut scholia sua non intelligat.

πῶς τετάρτη ἀπὸ τέλους ἡ ὀξεῖα; λέγω ἐν τῷ ΟΓΙΚΟΝΔΕ, ΟΥΔΥΜΠΟΝΔΕ. Ergo ne hi quidem scribere ausi sunt vel *οἰκόνδε, Οὐλυμπόνδε*, ut nos solemus, vel *οἰκόνδε, Οὐλυμπόνδε*, nec propter praecepta de usu paragogicae syllabae δε probati essent, (quae vide apud Apoll. p. 589 v. 30 sqq.). Non ausos esse discedere ab *ΟΓΙΚΟΝΔΕ, ΟΥΔΥΜΠΟΝΔΕ* satis opinor apparet in Apollonii refutatione progredienti ad 594, 2 *). — Caeterum nisi res fere sic habet. quomodo dici poterat *ἐξίκετ' Οὐλυμπονδε μέγαν*? Hes. scut. 471. —

Duplicem sententiam, et Apollonianam illam et alteram, δε in his esse epectasin, commemorat Eustathius, aequum utrique pretium statuens. Sed nec illam intellexit et accentus et formas pervertens, et haec, ut ab eo prolata est, diversa confusa habet a veteribus meritissimo distincta. Ille Eustathii locus sic se habet, p. 44, 36 . . . . *καὶ σύνδεσμος δὲ ἀντὶ προθέσεως λαμβάνεται, οἷον ὁ δέ ἀντὶ τῆς εἰς ἐν τῷ Πυθῶδε ἦγον εἰς Πυθώ, καὶ ἀγορήνδε καὶ φύγαδε καὶ οἴκαδε* (sic) *ἀντὶ τοῦ εἰς ἀγοράν καὶ εἰς φυγήν καὶ εἰς οἶκον . . . . . Ἰστέον δὲ ὅτι ὡς ἐν τῷ τοιόσδε, τοσόσδε, τηλικόσδε, ὅδε, ἥδε καὶ τοῖς ὁμοίοις, οὕτω καὶ ἐν τῷ πόλεμόνδε* **), *πυθῶδε, φύγαδε, οἴκαδε, Ἀϊδόσδε καὶ τοῖς τοιούτοις δυνατὸν ἐπέκτασιν μὲν εἶναι τὴν δε συλλαβήν, λαμβάνεσθαι δ' ἔξωθεν πρόθεσιν χάριν συντάξεως ἐντελοῦς, ὁποῖόν τι γίνεται καὶ ἐν τῷ τόδ' ἱκάνεις ἦγον εἰς τόδε τὸ χωρίον, καὶ ἐν τῷ τῇδε, ὅ ἐστιν ἐν ταύτῃ ὁδῷ τυχὸν ἢ τῇ κώμῃ.* Ergo ex hac sententia (quae non eadem est cum illa, quam

---

*) Ad idem genus fuerunt qui referrent illud *πολλοῖσιν γὰρ ἴγωγε ὀδυσσάμενος τοδ' ἱκάνω*, non *τόδ'*, sed *τὸ δ'* accipientes. v. Apollon. adv. p. 591. 4. Et. M. 761. 29.

**) Si eadem epectasis est quae in *τηλικόσδε*, ex Apollonii et Herodiani doctrina requirebatur *πολεμόνδε*.

Apollonius refutat) haec substantiva sunt ἐπεκτεταμένα per δε: sed quomodo οἴκαδε eo retulerint non video, nisi οἶκα metaplasmum esse putabant ut φύγα, de quo antea dictum est *).

§. 3.
ἢ θέμις ἐστί.

Hoc ideo non intellectum est, quod prorsus abhorret a nostra consuetudine. Id autem est aliquid; quo in his quaestionibus facile caligo offunditur oculis. Nostrae consuetudini, quae saepe nostra, saepe Byzantinorum est, ita inhaerescimus, ut vetustiorum praecepta intermortua et dissona doctrina innixa patiamur nobis e manibus elabi. Hinc opinor Spitznero accidisse (Il. exc. II.), ut veterum sententiam de ἢ θέμις ἐστί et ἥτε θέμις ἐστί non perspiceret, quamvis Apollonii Dyscoli loco uteretur, de adv. 559, quo ipso loco videre licet clarissime, illis in hac formula ἤ et ἥτε adverbia fuisse, quae componerent cum ὥς et ὥστε**). Et idem inest in loco Etymologici M. p. 440, quem item vir doctus adhibuit, modo attendas haec ipsis paene verbis ex Apollonio fluxisse et pro ἦ ubique scribendum esse ἢ et haec verba ὀξύνεται ἄρα. τοῦ ὡς ἀντίκειται τὸ ἦ ita emendanda esse ὀξυνομένῳ ἄρα τῷ ὡς ἀντιπαράκειται τὸ ἤ (v. Apollon. v. 12). Sed sunt praeterea testimonia de Herodiano. Is ad Il. *B*, 73 sic scribit: ἢ θέμις ἐστί) τὸ ἢ δασυντέον· οὐ γάρ ἐστι σύνδεσμος, ἀλλ' ἰσοδυναμοῦν τῷ ὡς ἐπίῤῥημα. Ad *I*, 134 ἢ θέμις ἀνθρώπων) τὸ ἢ τὸ πρῶτον δασυντέον· ἔστι γὰρ ἰσοδυναμοῦν τῷ ὡς, διὸ καὶ ὁ τέ προστίθεται

*) In Crameri Anecd. horum mentio est p. II. 263. 439. — Praeteriens moneo Ἀθήναζε non esse Ἀθηνασδε, quod nescio qua traditione credimus.

**) v. 10 non debebat Bekkerus quod Codex praebuit συνυπάρχει in —χειν mutare. Scribe: καὶ (vel fortasse ἢ) οὕτως φαμέν. τοῖς .... συνυπάρχει .....

σύνδεσμος πολλάκις· ὡς γὰρ λέγομεν „ὥστε γὰρ ἦ παῖδες νεαροί“ οὕτως ἥτε ξείνων θέμις ἐστί. At, inquis, in his non satis expressum est, utrum ἥ distinguat ab ἦ, an ἦ ab ἦ, nec satis firmam dices fidem esse codicis L, qui in secundo loco diserte scriptum habet: δασυντέον καὶ ὀξυντέον τὸ ᾗ ἰσοδυναμοῦν τῷ ὡς, Sed si iam constans illa comparatio cum ὡς, qua item Apollonius utitur, probat, idem eum in mente habuisse quod Apollonius, ipse sibi interpres est in catholica, Arcad. p. 182, 13 τὰ μέντοι μονοσύλλαβα (ἐπιῤῥήματα) ἔχοντα τὸ η μὴ προσκειμένου τοῦ ι ὀξύνεται, νή, πλήν, δήν, ἥ τὸ ἰσοδυναμοῦν τῷ ὡς, — vides ἥ emendandum esse et ex hoc ipso loco et ex testimoniis prosodiae Iliacae — τὸ δὲ ἦ, ὅπου, περισπᾶται*). Magis haec eadem corrupta apud Joannem Alex. p. 31, 12: τὰ μέντοι τὸ η ἔχοντα μονοσύλλαβα, μὴ προσκειμένου τοῦ ι, ὀξύνεται, ὡς καὶ ἤδη εἶπον, νή, μή. πλὴν τοῦ δῆ καὶ τοῦ ἦ ἰσοδυναμοῦντος τῷ ὡς, ἦ θέμις ἐστί· φή ἀντὶ τοῦ καθάπερ. Quorum nunc certa et facilis emendatio est: . . . . νή, μή, πλήν, καὶ τὸ δήν καὶ τὸ ἥ ἰσοδυναμοῦν τῷ ὡς, ἦ θέμις ἐστί. Nam monendum in transcursu, omnibus his locis non ὡς sed ὥς scribendum esse: illud etiam ὥς, quod est „ut,“ cum accentu scribere veteribus usitatum fuisse, ostendit Goettlingius doctr. acc. p. 389. 336: quamquam vix habet testimonium tam disertum quam Apollonii est in hac ipsa, quam tractamus, causa, de adv. p. 559, 12: ὀξυνομένῳ ἄρα τῷ ὡς συνοξυνθήσεται τὸ ἥ: nam in ista disputatione patet non sermonem esse posse nisi de relativo ὡς. —

Idem docetur de ἦ θέμις ἐστίν in Anecd. Crameri I p. 192: quod testimonium pro Apollonio lexici Homerici conditore valebit, si haec ab illo desumta sunt,

*) Adde τοῦ ι προσκειμένου. V. pros. Il. M, 430.

ut videntur esse. — Ad Il. Θ, 111 *εἴσεται, ᾗ καὶ ἐμὸν δόρυ μαίνεται ἐν παλάμῃσιν* in cod. V hoc scholion legitur: *ὁ δὲ ᾗ ἀντὶ τοῦ εἴ συναπτικοῦ, ὡς τὸ „ᾗ κεν ζωὸς ἀμενηνός“ (E, 887). ᾗ ἀντὶ τοῦ ὡς, καὶ δασύνεται, ὡς τό „ᾗ θέμις ἐστὶν ἄναξ.“* Si mihi licet auctorem huius annotationis suspicari, putaverim Porphyrii esse: est enim idem, cuius annotatio servata est ad *E*, 886 (v. 885 Herodiani est): ea autem toto colore mihi Porphyrium prodere videtur. Hunc igitur videmus sicuti vetustiores ᾗ scripsisse et adverbii loco habuisse: sed videmus eundem illud ᾗ extra formulam ᾗ *θέμις ἐστί* etiam alio transferre. In quo videtur veterum sententiam deflectere. — Horum enim in testimoniis in ᾗ *θέμις ἐστί* subsistebatur: de reliquo et in prosa oratione pervulgato usu (cuius apud Homerum illi exempla non videntur habuisse*) Herodianum cogitare arbitramur cum docet (Arcad. p. 183. reg. pros. Herm. p. 459): *περισπᾶται καὶ τὸ ἁμαρτῇ* (cf. pros. Il. *E*, 656), *κομιδῇ, πῇ, ᾗ ὅπου καὶ ἀντὶ τοῦ καθά.* Unde non abludunt haec Suidae: *ᾗ νομίζεται* (loquitur de Oed. Col. v. 1598), *λουτροῖς τέ νιν ἐσθῆτί τ' ἐξήσκησαν ᾗ νομίζεται) ὡς νενόμισται ἐπὶ τοῖς νεκροῖς. Καὶ αὖθις ᾗ ἀντὶ τοῦ ὅπου.* Quae in Etymologico habemus p. 78, 24 ab antiquo auctore sublecta sunt, per Choeroboscum ut videtur (v. v. 50). Sed quod ibi bis ᾗ corruptum est in ᾗ, ᾗ *θέμις* et ᾗ *νέος οὐκ ἀπάλαξεν* pro ᾗ *θέμις* et' *φὴ νέος οὐκ ἀπάλαμνος*, v. Herod. ap. Jo. Al. p. 29 et p. 31, et quidem oscitantia vel ignorantia describentium corruptum, ut patet ex v. 40, id iam

---

*) Buttmannus lex. 1. p. 58, ubi dicit ᾗ apud epicos localem tantum significationem habere, praeteriit Il. *I*, 310 *χρὴ μὲν δὴ τὸν μῦθον ἀπηλεγέως ἀποειπεῖν, ᾗπερ δὴ φρονέω τε καὶ ὡς τετελεσμένον ἐστί.* Sch. V ὁ ᾗ (sic) *ἀντὶ τοῦ ὡς.* Malus auctor. Apud Platon. Hipp. min. 365 est *ὥσπερ.*

Eustathius invenit et securus transtulit in sua, p. 174, 2. Is igitur iam non intellexit haec nec ita tenuit antiquam doctrinam, ut errores auctoribus suis casu adhaerescentes effugeret. Sed alibi sui ipse immemor, sed expresse loquentes inspiciens, veterem morem infert p. 1316, 60 (cf. 1754, 10). — Theognosto illud ἥ nondum ignotum fuerat, Cram. II. p. 155 *μή, νή, ἦ ἀντὶ τοῦ ὥς* *). —

Sed pergam alia quaedam explicare, in quibus mihi de antiquiorum more his temporibus erratum videtur.

§. 4.

Elisio in dativo tertiae.

Putabat Spitznerus, Aristarchum in dativo tertiae declinationis non elisisse vocalem sed adscripsisse, ut synizesis fieret, e. g. *ἤματι ὀπωρινῷ, Αἴαντι ὑψίζυγος.* Sed Aristonicus ad *Λ*, 589 — *στῆτ' ἐλελιχθέντες καὶ ἀμύνετε νηλεὲς ἦμαρ Αἴαντ' ὀς βελέεσσι βιάζεται* — scribit hoc modo: *ἡ διπλῆ ὅτι Ζηνόδοτος γράφει Αἴαντος βελέεσσι· γενικὴ μὲν οὖν οὐχ ἁρμόζει ὥστε δέχεσθαι τοῦ Αἴαντος· εἰ δὲ κατὰ συναλοιφὴν ἐν τῷ ἀντιστοίχῳ γέγραφεν, ἵν' ᾖ τὸ πλῆρες Αἴαντ' ὀς βελέεσσιν, οὐκ ἔστι τῆς καθ' Ὅμηρον Ἰάδος τὸ ψιλοῦν τὰ τοιαῦτα.* Num de *ι* illo, quod ex Aristarcheo more necessarium putat Spitznerus, vel verbum iniicit? Num *Αἴαντι ὅς* requirit et non tantum *ΑΙΑΝΘΟΣ*? Item *H*, 272 Didymus tradit: *Ἀρίσταρχος ἀσπίδ' ἐνιχριμφθείς* (sc. non *ἀσπίδι ἐγχριμφθείς*). Et circumspiciamus eos, qui plerumque cum Aristarcho sentire solent: en Herodianus occurrit, nec loquitur obscure, ad *Ω*, 318 *Ἀρίσταρχος ἐϋκλήϊς ὡς ἐϋκνήμις, σύνθετον ποιῶν τὴν λέ-*

*) Ad *ἦ θέμις* cf. Theodor. Gaz. p. 623 (ed. Basil. 1538)· cf. 309.

ξιν *). Οὕτως καὶ ὁ Ἀσκαλωνίτης· εἰσὶ δὲ οἳ διεῖλον ἐῦ κληῖσ' ἀραρυῖα, οἷς συγκατατίθεται καὶ Τρύφων, οὐκ εὖ· ἄμεινον γὰρ ἐπιθετικῶς ἀκούειν καὶ μὴ πάθος ἐκδέχεσθαι πληθυντικῆς δοτικῆς, λέγω δὲ τὸ τῆς ἐκθλίψεως· ὃ δέ φημι τοιοῦτόν ἐστιν, ὡς ὅτι ἐκθλίβεται μὲν τὸ ι τῆς δοτικῆς παρὰ τῷ ποιητῇ, καὶ ἑνικῆς ὑπαρχούσης καὶ πληθυντικῆς, κερκίδ' ὕφαινε, χέρσ' ἐρέται, καὶ νήεσσ' ἠγήσαι' Ἀχαιῶν, οὔ γε μὴν τὸ ἀπὸ τῶν εἰς ις ἐκτεταμένον θηλυκῶν. Ergo et ipse in his non novit nisi ecthlipsin, et cum antiquioribus, quos vel probat vel reprobat, non agit nisi de ecthlipsi. Haec omnia ita mihi videntur certa esse, ut si quid forte alicubi dubii ingeratur, hoc ex illis diiudicandum sit non contra. Ad *II*, 854 ἀλλά τοι ἤδη ἄγχι παρέστηκεν θάνατος καὶ μοῖρα κραταιή, χερσὶ δαμέντ' Ἀχιλῆος ἀμύμονος Αἰακίδαο Didymus hoc tradidit: ἐκ πλήρους τὸ δαμέντα Ἀρίσταρχος. Jam nulla ratione licet quod in V. cod. legitur „ἐκ πλήρους γραπτέον τὸ δαμέντι" hoc restituere velle Didymo. Imo auctor pessimus, quem scimus quam saepe vetustiorum testimonia non intellecta corruperit, idem fecisse putandus est hoc loco. Aristarchus autem, quacunque commotus causa hoc statuebat, isto loco Homerico per anacoluthon (quasi praecesserit ἤδη σοι πάρεστι θνήσκειν) δαμέντα intelligi volebat **), quod ut significaret plenum vocabulum in exemplaribus suis scripsit nec detraxit litteram ultimam. Hunc eius et fortasse aliorum etiam morem alia etiam testimonia demonstrabunt.

---

*) Aristonicus dicit, utrumque secundum Aristarchum admitti posse, Herodianus hoc unum. Haec dissensio (talia autem unde fluxerint in Aristarcho nostro indicavimus) non facit ad rem nostram.

**) cf. *κ*, 565. *I*, 322. — ? *π*, 466. — Ἰόνθ' *A*, 567 ei ἰόντα erat, ἀνάσσοντι o, 240 commode accusativus potest esse. Restat ἰλθόντ' *β*, 250.

N, 407 *δύω κανόνεσσ' ἀραρυῖαν*) *ἐκ πλήρους αἱ Ἀριστάρχου κανόνεσσι* Nec in pluralis dativo synecphonesin eum statuisse et ex Herodiano satis patuit et patet ex Aristonici nota ad *ἐϋκλήις ἀραρυῖα: ἡ διπλῆ ὅτι δύναται καὶ κατὰ σύνθεσιν ἐϋκλήις εὐεπίκλειστος, χωρὶς δὲ τὸ ἀραρυῖα· δύναται δὲ καὶ κατὰ συναλοιφὴν ἐὺ ταῖς κλεισὶν ἀραρυῖα.* Ergo si illic scripsit *κανόνεσσι ἀραρυῖα* alia ei causa fuit, non quod in his dativis *ι* adscribere ei mos erat. Sed vide reliqua: *B*, 347 *νόσφιν βουλεύωσ' ἄνσις*) *ὅτι βουλεύωσιν* (l. *βουλεύωσι*) *αἱ Ἀριστάρχου.* Od. ζ, 131 *ὅστ' εἶσ' ὑόμενος καὶ ἀήμενος*) *ἐκ πλήρους τὸ εἰσίν* (l. *εἶσι*) *αἱ Ἀριστάρχου.* *A*, 323 *χειρὸς ἑλόντ' ἀγέμεν*) *ὅτι χειρὸς ἑλόντε ἄγειν Ἀριστόνικος* (l. *χειρὸς ἑλόντε ἀγέμεν Ἀρίσταρχος*), *ἵνα τὸ δυϊκὸν εὔδηλον ᾖ· ἀμφίβολον γὰρ ἔσται ἐὰν κατὰ συναλοιφὴν ἀναγινώσκωμεν.* *X*, 335 *ἑλκήσουσ' ἀϊχῶς*) *οἱ περὶ Ἀντίμαχον* (nonne hic etiam *Ἀρίσταρχον*?) *ἑλκήσουσι, ἐπὶ τὸ γνωριμώτερον.* Nos ne intelligimus quidem, his locis plerisque quid obscuritatis cavendum fuerit, etiamsi apostrophum detrahis: necesse est tamen, illis visam esse aliquam: traditum enim perspicuitatis causa finalem litteram retentam esse. Retenta alibi grammaticis rationibus, quas adhuc non magis perspicimus, ab Aristarcho in *ἆ δειλέ, ἦ μάλα δή σε Λ*, 441 (cf. ad *Λ*, 160. *P*, 201), et in *ὦ Σῶκε, Ἱππάσου υἱέ Λ*, 451 *). Porro nec hoc decerno, utrum ubi sic plene scribebant hoc oculis tantum dederint, an audiri etiam voluerint, id quod colligi posse videatur et ex illo *Σῶκε* et ex Herodiani nota ad *Λ*, 441: quamquam, ut nunc res est, quae ibi dicit ob-

*) Quamquam in hoc iam paene sentimus quid rei sit ex Mützellii observatione de Hes. p. 137: cl. Schneidewino in Eustathii prooem. comm. Pind. p. 45, qui dixit de *Γλαῦκε ὄρα* apud Archilochum. *Τηλέμαχ'* autem, *Εὐρύλοχ'*, sim. cum his comparari non possunt.

scurissima sunt. Dicetur igitur hoc modo: Aristarcho nec in pluralis nec in singularis dativo ι illud adscribere mos fuit, sed ecthlipsin statuit: sed uti in aliis vocales, elidi solitas, hic illic partim perspicuitatis causa partim aliis de causis retinebat, sic idem accidere poterat in his dativis, quorum tamen unum exemplum traditum est *χανόνεσσι ἀραρυῖα*. Hoc si quando fiebat, fortasse, quod adhuc vel negare vel affirmare nolo, ut synizesin audiri etiam voluit. — Hunc Aristarchi morem diu deinde valuisse vidimus.

Eustathius *) nescio apud quos auctores inter exempla synizeseos invenit *ἀστέρι ὀπωρινῷ* et *χαῖρε δὲ τῷ ὄρνιθι Ὀδυσεύς*: qui cum ipsi antiqui dici potuerint (et scimus quam hoc nomen antiquorum apud illum late pateat), nobis recentes videbuntur. Nec inter synizeseos exempla haec vel apud Hephaestionem commemorantur vel apud Draconem vel, quod videam, apud reliquos, quos commemorat Spitznerus p. XVI, v. 19, quibus addi potest schol. Dion. gr. p. 836. Nec praetermittit Eustathius synaloephen alios, quos ante oculos habebat, in his etiam statuisse. — Cum de singularum libri Draconis partium aetate non satis constet, ex Hephaestione, i. e. suppare Herodiani, commemorandum (quod alii deinde repetunt et Eustathius ipse) doceri, in hexametris id genus synizeseos ut duae breves in unam brevem coalescant rarissimum esse. Quae doctrina antiquis oriri non poterat, si ad synizesin referebant hoc genus exempla in dativo tertiae.

§. 5.

Ἦ — Ἢ

In harum particularum accentu veteres ab eo more, qui apud nos invaluit, longe abfuisse olim monueram, et

*) v. 12, 28. 514, 17. 805. 18. Citavit Spitznerus p. XVI.

monuerunt alii. Nunc licuit et auctoritates investigare accuratius et rationes illorum aliquanto melius perspicere.

Quod nos hodie facimus, ut in eiusmodi locis, qualis est

διχθὰ δέ μοι κραδίη μέμονε φρεσὶν ὁρμαίνοντι,
ἢ μιν ζωὸν ἐόντα μάχης ἄπο δακρυοέσσης
θείω —
ἢ ἤδη ὑπὸ χερσὶ Μενοιτιάδαο δαμάσσω

et similibus omnibus utrique η gravem imponamus, is veterum mos non fuit: sed secundum illi circumflexo insigniverunt. Hoc disertis testimoniis demonstrari potest de Herodiano, de utroque Apollonio, de Nicanore, Alexione, Ptolemaeo, Tryphone: ex hoc consensu de Aristarcho concludere nihil utique dubitamus. Nec excogitatum esse a grammaticis, sed ab usu loquendi repetitum, hinc videmur suspicari posse, quod cum de caussis dissentiant in re ipsa conspirant. Sed in eo etiam consentiunt, in eiusmodi enuntiationibus secundum ἢ non esse disiunctivam particulam, *διαζευκτικήν*, aut, nec subdisiunctivam, *παραδιαζευκτικήν* *), vel, sed interrogativam, vel ut hic etiam cum veteribus loquar, dubitativam, *διαπορητικήν* vel *ἀπορηματικήν* vel *ἐρωτηματικήν* vel *διασταικτικήν*, Latinorum an. Ut igitur *ἦ φής, ὡς Τρώεσσιν ἀρηξέμεν εὐρύοπα Ζῆν* est „an putas," sic *ψεύσομαι ἢ ἔτυμον ἐρέω* est „verum — an falsum dicam," et *πῶς γὰρ νῦν Τρώεσσι μεμιγμένοι ἱπποδάμοισιν εὔδουσ' ἢ ἀπάνευθεν;* est „mixti an seorsum?" denique *διχθὰ δέ μοι κραδίη* — „haereo (an) illum servem an domem."

Alterum igitur η in his dubitativam esse, de eo dixi veteres consentire. Estne etiam prius? Iudica-

*) Sic apud antiquiores, Apollonios et Herodianum: *ὑποδιαζευκτική* recentius videtur, v. e. g. Suid. et Etym. *M.* 415, 22. 25.

runt sic optimi, Herodianus et Apollonius*): et ex illa comparatione, quam cum Latina an instituimus, eo fere delati sumus. Haec igitur orietur quaestio, cur in priore membro particula accentum deposuerit. Id veteres pro noto sumunt, caussam non addunt. Videtur mihi caussa cogitari posse. Scilicet in eiusmodi enuntiationibus ad alteram particulam quodammodo languescere sentimus priorem; unde factum fortasse ut in priore membro deesse possit: in altero quasi maiore quadam vi incidit, tanquam priore omnis dubitatio nondum satis expressa et declarata sit.

Attamen Tryphoni prioris membri particula visa est disiunctiva esse: Nicanori *συναπτική*, pro *εἰ*. — Herodianus non dubitavi quin cum Apollonio senserit. Nam quamquam aliter videri potest ex Joanne Al. p. 41, 13, si quidem scripsit (nam nunc haec corrupta sunt) *οὗτος ἑ διαζευκτικὸς μετὰ διαπορήσεως προφερόμενος τὸν δεύτερον, ἐρωτηματικὸν ὄντα, πάντως περισπᾷ*, et ex v. 28 *διαζευκτικὴ γὰρ ἡ φράσις μετὰ* (hoc inserendum) *διαπορήσεως*, tamen id epitomatoris culpae tribuendum. Nam et ipse dedit v. 21 *διαζευκτικῆς οὖν οὔσης τῆς τάξεως τῶν διαπορητικῶν* (sic haec legenda) *ὁ μὲν πρότερος ὀξύνεται, ὁ δὲ δεύτερος περισπᾶται*, similique modo scripta quae sunt v. 29 sqq., ubi legendum *κἂν ἅπαξ κἂν πολλάκις*, et Arcadius scripsit *διαπόρησις μετὰ διαζεύξεως* non *διάζευξις μετὰ διαπορήσεως*, et minime suspecta vox schol. ABL ad *Γ*, 239, et Herodianus sibi ipse testis est ad Il. *Ξ*, 265.

Caeterum in exemplis non pendentibus item scripserunt, et ubi semel posita est particula, *πῶς γὰρ νῦν Τρώεσσι μεμιγμένοι εὕδουσ᾽ ἢ ἀπάνευθεν*; *K*, 425, et ubi bis: *ἢ οὐχ ἑσπέσθην Λακεδαίμονος ἐξ ἐρατεινῆς, ἢ δεύρω*

*) Item in *ἆρα — ἦ*, quod non dubium videtur ex Apollon. coni. p. 493. 494.

μὲν ἕποιτο —; Γ, 239. Vide ad utrumque locum Herodiani notas. Alia infra offendes. —

Hέ est pro ᾗ, ᾖε pro ᾖ.

Haec res est. Jam sequitur, quo supersedere non possumus, ut testimonia conferamus et si quid hiare videbitur vel librariorum culpa detortum esse corrigere et committere conemur.

1. Herodianus. Lustremus primum prosodiam Homericam.

Ad Α, 190 διάνδιχα μαρμήριξεν ἠέ — ᾖε χόλον παύσειεν) τὸν μὲν πρότερον σύνδεσμον βαρυτονητέον, τὸν δὲ δεύτερον περισπαστέον· διαπορητικὴ γάρ ἐστιν ἡ σύντάξις· καὶ οὕτως ἐν τῇ καθόλου (ABL). Cf. ad δ, 372. Π, 436 διχθὰ δέμοι κραδίη, — ᾗ μιν — τὸν μὲν πρῶταν ᾗ ὀξυτονητέον, τὸν δὲ δεύτερον περισπαστέον, ἢ ἤδη χείρεσσι*). Χ, 244 ἵνα εἴδομεν ᾗ κεν Ἀχιλλεύς (sic eum legisse statim apparebit, non εἴκεν, ut Wolfius edidit) νῶϊ κατακτείνας — φέρηται — ᾖ κεν σῷ δουρὶ δαμείη) περισπαστέον τὸν ᾗ σύνδεσμον· ἀδύνατον γὰρ τῷ ᾐ συνδέσμῳ ἑπόμενον αὐτὸν ὀξύνεσθαι. — Ex nota ad Θ, 379 apparebit ibidem v. 377 etiam lectum fuisse ᾗ. — Υ, 17 τίπτ' αὖτ', Ἀργικέραυνε, θεοὺς ἀγοροήνδε κάλεσσας; ᾗ τι περὶ Τρώων καὶ Ἀχαιῶν μερμηρίζεις); ἐρωτηματικὸς ὁ σύνδεσμος καὶ ἅπαξ εἰλημμένος**). τοῦτο δέ φημι

---

*) Qui schol. AL ad 438 sic scripsit ut nunc scriptum est quid sibi vellet ipse non intellexit.

**) De simplici ᾗ interrogativo est etiam nota ad T, 56: quae in A luxata est et ex comparatione sch. B sic scribenda: τὸν ᾗ σύνδεσμον περισπαστέον ἔστι γὰρ διστακτικός, τῆς κλητικῆς ἀνάπαυσιν λαβούσης, ἵνα ᾗ ἐρώτησις Ἀττική. ἆρά τι κρεῖσσον ἐκ τῆς ἔριδος ἐγένετο ἡμῖν; εἰσὶ μέντοι οἳ ἐνέκλιναν αὐτόν, ἵνα τὸ ὅλον τοιοῦτον ᾖ. ἆρτι (Heynius ne id quidem intellexit, aliquos ἄρτι voluisse) τοῦτο ἀμφοτέροις ἔπλετο ἄρειον ἧπερ ὅτε ἡμεῖς ἀχνύμενοι μενεήνα-

πρὸς τὰ τοιαῦτα· „ἦ δολιχὴ νοῦσος ἦ Ἄρτεμις ἐοχέαιρα“ (λ, 172) „ἠὲ νέον μεθέπεις ἦ καὶ πατρώϊός ἐσσι“ α, 175). ἐν γὰρ τοιαύταις συντάξεσιν ὁ μὲν πρότερος ἢ ἐγκλίνεται, ὁ δὲ δεύτερος περισπᾶται. Ergo nec α, 175 a praecedente verbo pendere voluit. Quo loco quod in scholiis est ὁ δεύτερος ἦ περισπᾶται· ἐρωτηματικὸς γάρ non dubitandum quin ex Herodianea prosodia fluxerit, item ut eadem nota ad Od. ο, 168 et in sch. V ad Π, 245. — δ, 613 νημερτές μοι ἔνισπε, πόθ' ὧχετο καὶ τίνες αὐτῷ κοῦροι ἕπονθ' Ἰθάκης ἐξαίρετοι ἦ ἑοὶ αὐτοῦ θῆτές τε δμῶές τε;) ὁ μὲν ἦ περισπᾶται. διαπορητικὸς γάρ. — Κ, 425 πῶς γὰρ νῦν Τρώεσσι μεμιγμένοι ἱπποδάμοισιν εὕδουδ' ἦ ἀπάνευθεν. Ad h. l. in cod. A hoc scholion est: τὸ εὕδουδ' ἐν διαστολῇ καὶ ὑποστιγμῇ, ἵνα ἐρωτηματικὸν γένηται· καὶ αὐτὸν δὲ τὸν ἦ περισπαστέον· διαπορητικὸς γάρ. Haec usque ad γένηται sunt Nicanoris, extrema Herodiani. Γ, 239 ἦ οὐχ ἕσπεσθην Λακεδαίμονος ἐξ ἐρατεινῆς, ἦ δεύρω μὲν ἕποντο νέεσσ' ἐνὶ ποντοπόροισιν —;) ὁ μὲν πρῶτος ἦ σύνδεσμος βαρύνεται, ὁ δὲ δεύτερος περισπᾶται, ἵνα τοιαύτη ἡ φράσις γένηται, ἦ ἠκολούθησαν μὲν (l. ἦ οὐκ ἠκ. μέν, ἦ ἠλολούθησάν μέν), οὐκ ἐθέλουσι δὲ μάχην καταδύμεναι ἀνδρῶν; Aliud schol. h. l. in ABL ὁ μὲν Νικάνωρ ὅμφω ἀξύνει ὡς διαζευκτικούς (scil. haec omnia sine interrogatione proferri volebat), ὁ δὲ Ἡρωδιανὸς τὸν δεύτερον περισπᾷ, ὡς δια-

---

μεν. Mirum est auctorem schol. B, qui se de Herodiano referre dicit, non habere διαταχτικός, sed ἀρχτικόν, τῆς κλ. ἀν. λ.« Ἤ (vel ἤπερ) post comparativum, quod altera pars, mira sane capita, h. l. volebant, natura sua non est ἀρχτικόν. Ergo qui illis se opponebat et interrogativum ἦ hic intelligendum esse defendebat, iure poterat dicere ἀρχτικόν esse. Cum tamen auctori schol. B ipsi hoc vix debeatur, sed apud auctorem suum iuvenisse verisimile sit, putaverim ab Herodiano ipso scriptum fuisse ab initio: ἀρχτικὸς καὶ διαταχτικός vel ἀρχτικὼς μετὰ διαταγμοῦ.

πορητικοὺς ἄμφω δεχόμενος. — Ξ, 265 infra tangam, ubi de Ptolemaeo verba faciam. Pro corrupto haberi debet hoc ad *K*, 504

αὐτὰρ ὁ μερμήριζε μένων ὅ τι κύντατον ἔρδοι·
ἦ ἄγε δίφρον ἑλών, ὅθι ποικίλα τεύχε' ἔκειτο,
ῥυμοῦ ἐξερύοι, ἢ ἐκφέροι ὑψόσ' ἀείρας·
ἦ ἔτι τῶν πλεόνων Θρηκῶν ὑπὸ θυμὸν ἕλοιτο.

διαπορητικοὶ οἱ ὕστεροι. διὸ περισπαστέον τὸν δεύτερον· τὸν δὲ πρῶτον καὶ τρίτον ἐγκλιτέον. Quod sic fere profectum erat ab Herodiano: *διαπορητικὸς ὁ ὕστερος· διὸ περισπαστέος* (Cf. sch. V „*περισπαστέον τὸν ἤ. διαπορητικὸς γάρ ἐστι*“) *τὸν δὲ πρῶτον καὶ δεύτερον ἐγκλιτέον.* Nam sensus loci hic est: dubitabat utrum currum aut temone protraheret aut tollens efferret — an plures interimeret. Est igitur secundum *ἤ διαζευκτικόν.* Quod fugere non poterat Herodianum: hoc enim modo intelligi debere iam Aristarchus monuerat (v. Ariston. h. l.). Et similes locos attenderat et ipse et alii. Sic ipse Herodianus ad *O*, 105: *ἦ ἔτι μιν μέμαμεν καταπαυσέμεν ἆσσον ἰόντες ἦ ἔπει ἠὲ βίῃ· ἔφαμεν τὸν ἦ κατ' ἀρχὴν ὄντα διαπορητικὸν περισπᾶσθαι ὥσπερ καὶ ἐνθάδε. τοὺς μέντοι ἑξῆς ἐγκλιτέον ἐν τῇ συντάξει. εἰσὶ γὰρ ἤτοι διαζευκτικοὶ ἢ παραδιαζευκτικοί, ὡς τὸ ἢ ἔπει ἠὲ βίῃ* (opinor *ἢ ἔπει ἢ ἔργῳ*). De *B*, 253 *οὐδέ τί πω σάφα ἴδμεν ὅπως ἔσται τάδε ἔργα, ἢ εὖ ἠὲ κακῶς νοστήσομεν υἷες Ἀχαιῶν* in Apollonii lex. s. *ἦ* notatur hic particulas esse disiunctivas: noluit enim hoc dici: „nescimus utrum bene redituri simus an male,“ sed hoc: „nescimus redituri simus sive bene sive male.“ *δ*, 486 sqq. sic scribenda erunt:

ἀλλ' ἄγε μοι τόδε εἰπὲ καὶ ἀτρεκέως κατάλεξον·
ἦ (hoc veteres habuerunt, non quod editum est *εἰ*, ut apparet ex sch. 487, quod Nicanoris est)
πάντες σὺν νηυσὶν ἀπήμονες ἦλθον Ἀχαιοί,
οὓς Νέστωρ καὶ ἐγὼ λίπομεν Τροίηθεν ἰόντες,

ἦέ τις ὤλετ' ὀλέθρῳ ἀδευκέϊ ἧς ἐπὶ νηός,
ἠὲ φίλων ἐν χερσίν, ἐπεὶ πόλεμον τολύπευσεν;

Et haec λ, 399 hoc modo:

τίς νύ σε χὴρ ἐδάμασσε τανηλεγέος θανάτοιο·
ἠὲ (sic Wolfius, sic Harl.) σέγ' ἐν νήεσσι Ποσειδάων ἐδάμασσε,
ὄρσας ἀργαλέων ἀνέμων ἀμέγαρτον ἀϋτμήν,
ἦέ σ' ἀνάρσιοι ἄνδρες ἐδηλήσαντ' ἐπὶ χέρσου,
βοῦς περιταμνόμενον ἠδ' οἰῶν πώεα καλά,
ἠὲ περὶ πτόλιος μαχεούμενον ἠδὲ γυναικῶν;

ubi tertium ἦέ disiunctivum esse intelligitur, quare sic respondetur tanquam ad duplicem interrogationem, v. 406: οὔτε μέγ' ἐν νήεσσι Ποσειδάων ἐδάμασσεν — οὔτε μ' ἀνάρσιοι ἄνδρες ἐδηλήσαντ' ἐπὶ χέρσου. At iidem versus paulum immutati recurrunt ω, 108, ubi Agamemnon procos interrogat:

ἦ ὔμμ' ἐν νήεσσι Ποσειδάων ἐδάμασσεν,
ὄρσας —
ἦ που ἀνάρσιοι ἄνδρες ἐδηλήσαντ' ἐπὶ χέρσου,
βοῦς περιταμνομένους ἠδ' οἰῶν πώεα καλά,
ἦε περὶ πτόλιος μαχεούμενοι ἠδὲ γυναικῶν;

Huc respicit Apollonius sophista in lex. ita ut h. l. ἦε scriptum habuisse intelligamus: ἠέ, inquit (p. 82, 22), βαρυτονουμένης τῆς προτέρας σύνδεσμος διαζευκτικὸς γίνεται „ἠὲ διατμῆξαι κοῖλον δόρυ νηλέϊ χαλκῷ ἢ κατὰ πετράων βαλέειν.“ περισπωμένης δὲ τῆς προτέρας ἀπορηματικὸς σύνδεσμος γίνεται, οἷον ἦε περὶ πτόλιος μαχεύμενοι. Recte: nam differt hic locus ab illo. Hic tertium verbum cogitandum est: ἦε περὶ πτόλιος μαχεούμενοι, sc. ἀπώλεσθε vel ἐδάμησθε: et pro tertia interrogatione ingeritur quod illic cum secunda coniunctum fuit.

Ad similem dubitationem haec pertinet Herodiani observatio, *B*, 368: γνώσεαι δ' εἰ (l. ἦ) καὶ θεσπεσίῃ πόλιν οὐκ ἀλαπάζεις, ἢ ἀνδρῶν κακότητι καὶ ἀφραδίῃ πολέμοιο) Πτολεμαῖος περισπᾷ τὸν ἦ, διαπορητικὸν ἐκδεχό-

μενος· εἰσὶ δὲ οἳ ὀξύνουσιν, ὥσπερ καὶ οἱ περὶ τὸν Ἀλεξίωνα, ἐκδεχόμενοι παραδιαζευκτικὸν τὸν ἤ. Hoc est: Ptolemaeus duplicem interrogationem esse voluerat: intelliges utrum divinitus etiam urbem non deleturus sis an (tantummodo) militum ignavia.“ Alii quidam sic: „intelliges an urbem non deleturus sis — vel divinitus etiam vel militum ignavia,“ et poterit simul utrumque in causa esse. Illos verum vidisse totius loci contextus docet. Sed hoc animadverte, in hac Herodiani nota testimonium inesse de Alexione et colligi hinc, eum quoque si pro dubitativa habuisset scripturum fuisse ἦ *).

Ad *N*, 307 *Δευκαλίδη, πῇ τ' ἂρ μέμονας καταδῦναι ὅμιλον; ἦ ἐπὶ δεξιόφιν παντὸς στρατοῦ, ἢ ἀνὰ μέσσους ἢ ἐπ' ἀριστερόφιν;* haec misere decurtata praebet cod. A *τινὲς δὲ τὸν ἢ τρίτον περιέσπασαν· διαπορητικὸς γάρ.* Contentionem putaverim in eo fuisse intelligendumne sit ita „Quo loco irrues? dextrorsumne an in medios an sinistrorsum?“ an hoc modo: „Quo loco irrues sive dextra sive media sive sinistra?“ Illud verum esse, non hoc, Idomenei responsum declarat. Sed in scholio scribendum erit: *τὸν ἢ δεύτερον καὶ τρίτον.*

Tota ut Herodiani doctrina cognoscatur his adiungenda sunt quae servaverunt Arcadius p. 185, 8 et Jo. Alexandrinus p. 41. 42, conspirantes egregie **). Arcadii locum ut breviorem exscribam.

Ὁ ἢ σύνδεσμος καὶ ὀξύνεται καὶ περισπᾶται. καὶ

---

*) Animi causa inspice h. l, sch. BL: quamquam etiam discendi caussa, si cui nondum in numerato est, ut hi antiquos suos, quos ante oculos habuerunt, saepe interpretati sint quamve fidem mereantur.

**) Jo. Al. 42, 10 scribe: *Ἀτρείδης; ἦ οὐχ Ἑλένης ἕνεκ' ἠὐκόμοιο; ἦ μοῦνοι φιλέουσ' ἀλόχους μερόπων ἀνθρώπων Ἀτρεῖδαι;*

ἡνίκα μὲν εὑρεθῇ διαπόρησις μετὰ διαζεύξεως, τότε ὁ ἢ ἐν τῇ ἀρχῇ ὢν ὀξύνεται, ἐν δὲ τῷ μέσῳ περισπᾶται, ἢ δολιχὴ νῆσος (l. νοῦσος) ἐστιν (del.), ἦ Ἄρτεμις ἰοχέαιρα· ἡνίκα δὲ εὑρεθῇ διαπόρησις ἄνευ διαζεύξεως, τότε ὁ ἦ εἴτε ἐν ἀρχῇ εἴτε ἐν μέσῳ εὑρεθῇ περισπᾶται, ἦ τῷ Ἀχιλλεῖ ἦ τοῖς Μυρμιδόσιν, ἀντὶ τούτῳ κἀκείνοις. Haec ultima non integra quo pertineant quisque sponte intelligeret, etiamsi non admoneremur per Joannem Alexandrinum p. 42. Pertinent ad Il. *Π*, 12

ἦέ τι Μυρμιδόνεσσι πεφαύσκεαι, ἦ ἐμοὶ αὐτῷ;
ἦέ τιν' ἀγγελίην Φθίης ἐξ ἔκλυες ῥῖος;
ἦε σύγ' Ἀργείων ὀλοφύρεαι, ὡς ὀλέκονται;

Quo loco ex prosodia Iliaca haec servata: *πάντες περιεσπάσθησαν οἱ σύνδεσμοι κατὰ λόγον τῶν ἐρωτηματικῶν.* Versus Homericus *ἦέ τι* — inserendus Arcadio post *περισπᾶται.* Volebat autem hoc. Si scribitur *ἦέ τι Μυρμιδόνεσσι πιφαύσκεαι ἦ ἐμοὶ αὐτῷ;* id significaret: utrum Myrmidonibus aliquid affers an mihi ipsi? h. e. utri nostrum? Hanc autem clarum est loquentis sententiam non esse, sed: an Myrmidonibus aliquid affers? an mihi ipsi? Neutrum excludit.

---

2. De Apollonio et Tryphone v. Apollon. de coni. p. 491. Fuerunt qui dubitativam particulam ἦ decurtatam esse defenderent ex *ἦρα*, i. e. *ἆρα*: nam *ἦρα* pro uno vocabulo, ut alia forma sit voculae *ἆρα*, agnoscunt veteres grammatici, et Apollonius ipse. Refutat illud Apollonius duobus argumentis, primo quod formae per apocopen factae (quale esset ἦ ex *ἦρα*) eandem orationis sedem occupent quam illae voces unde sint factae. Jam vero dici *ἢ δολιχὴ νοῦσος ἦ Ἄρτεμις ἰοχέαιρα* et similia, at nunquam secundo membro poni posse *ἆρα.* Deinde ubi ita decurtetur vocabulum, ut ultima gravis abiiciatur, priorem syllabam suum tenere accentum, ut *δῶμα δῶ.* Jam vero in *ἢ δολιχὴ νοῦσος*

ἦ Ἄρτεμις ἰοχέαιρα et similibus in priore membro non scribi ἦ sed ἦ: non esse igitur decurtatum ex ἦρα. Huic tamen posteriori argumento quodammodo Trypho occurrerat: dixerat enim in eiusmodi dubitativis enuntiationibus *) ab initio assumi disiunctivum ἦ. Quod tamen non admittit Apollonius: sine dubio quod illorum significationi aptior visa dubitativa: nec, inquit, hoc cum Tryphone statuere necesse est: neque, si forma vocabuli consonat cum disiunctiva, ideo est disiunctiva. Nam ut diversorum vocabulorum formae consonent, id accidit in multis. — Haec certa et expressa et quid Apollonius senserit omnem dubitationem eximunt. Sed quae nunc leguntur p. 493, quod equidem intelligam, tota cum illis pugnant. Hoc autem evenit quod Bekkerus v. 25 codicis lacunam . . νο. supplens scripsit τόνου. Quod si hoc tollis et scripseris ὡρισμένου vel διεζευγμένου vel προκειμένου haec omnis difficultas sublata est. Si ea, quae modo proposui, ferri non possunt quod longiora sunt quam pro vacuo codicis spatio, aliud quaerendum quod nondum inveni: sed sententiae grammatici illis, quae substituimus, satisfit. Dicit enim, enuntiationes dubitativas qualis est ἡμέρα ἐστὶν ἦ νύξ ἐστιν; quodammodo transformatas esse ex disiunctivis; ἡμέρα ἐστὶν ἦ νύξ ἐστιν. Nam et illa sunt disiunctiva, quod eorum, quae quaeruntur, tantummodo alterum verum erit. Indidem, inquit, non sine persuasibili causa factum, ut arbitror, ut coniunctionis etiam dubitativae forma ex disiunctivae forma transformata sit. H. e. finxit lingua suam particulam dubitativis, sed illa dubitativae et disiunctivae enuntiationis similitudine quodammodo obversante non finxit prorsus abhorrentem, sed diffinxit ex disiunctiva. — Sed

*) v. 16 post ἀρχάς suppleo λόγους.

in eorum usum, qui haec ipsi recognoscere volent, supplendae sunt lacunae, quibus huius paginae lectio aeque atque arguti grammatici commentatione impedita est. v. 12 scribimus: *σύνταξιν· καὶ γὰρ* (vel *καθότι*) *κατ'*. v. 13 *πρός τινας λόγους*, post *ἐκφερομένους* commate addito. v. 14 *λαμβάνεται ἢ κατ'* cum Bekkero. v. 15 *περιπάτει Τρύφωνι*; *γέγραφα*. Deinde *γέγραφας* cum interrogatione. Alterum *γέγραφας* eiiciendum. v. 16 *φας*. Post alterum *γέγραφας* interrogatio. v. 18 *οἷον*, v. 17 post *διάζευξιν* commate vel colo posito. v. 21 *ἢ νύξ ἐστι*. v. 22 *παραιτητικός*. v. 29 non *ἠέ* sed *ἦε*. v. 26 post *ἀνεδέξατο* malor interpunctio commodior legenti. Quod ait v. 22 *καθότι, ὡς ἔφαμεν*, cetera, confer p. 482, 20; quae hoc modo explenda ex schol. Dion. gr. 963, 6: *ἑνὸς ὕπαρ.* v. 21 *καὶ ὑπολειπομένων.* De v. 22 et 23 v. Bekkerum: mihi videtur scripsisse *κατὰ φύσιν*, deinde *ἃ δὲ οὐκέτι κατὰ φύσιν.*

---

3. De Apollonio sophista v. lex. Hom.

---

4. De Nicanore testantur eius notae ex interpunctione Homerica ad *Δ*, 14. *Φ*, 226. Priorem ei visam *συναπτικὴν* pro *εἰ* non colligeremus ex his testimoniis: sed scholia ad *δ*, 712 et ad *δ*, 487 cum non habeam quomodo ab Nicanore abiudicem, tamen sic statuo. — Sch. A ad *Γ*, 46 *ἐνταῦθα δὲ ἐγκλίνεται ὁ σύνδεσμος ὁμοίως τῷ „ἦ καί Λαέρτῃ αὐτὴν ὁδὸν ἄγγελος ἔλθω“* (*π*, 138). *καί μοι δοκεῖ ἰσοδυναμεῖν τῷ εἰ. λέγω δὲ τὸ τοιοῦτον· εἰ ἤδεις σάφα οἵη περίφρων Πηνελόπεια.* Leg. *ἦ ἤδη σάφα οἶδε π. Π.*, *ω*, 404 (v. Apollon. de coni. p. 491). Hoc scholion cum non videatur Nicanoris, alium habemus, qui item senserit, recentiorem, quales recentiores *)

---

*) Ut recentissimos taceam, v. Eustathium e. g. 62, 30.

fuisse non dubium est. Nominatim videor mihi Porphyrium dicere posse, v. sch. V ad *Θ*, 111 et BLV ad *E*, 896: (quo loco mirum est apud Eustathium legi *εἰ διαταχτικόν* pro eo quod exspectes *συναπτικόν*). Ex eodem fortasse remansit hoc in V ad *B*, 300. Quod ad Nicanorem attinet, scimus ᾗ pro εἴ ab eo intellectum esse non tantum in eiusmodi enuntiationibus, de quibus nunc nobis sermo est, *οὐκ οἶδα ᾗ* et similibus, sed etiam in aliis minime hoc modo suspensis, ut *Γ*, 46 (v. schol. ABL), ubi intellexit: ᾗ i. e. *εἰ τοιόσδε ἐὼν γυναῖκ' εὐειδὲ ἀνῆγες, οὐκ ἂν δὴ μείνειας Ἀρηΐφιλον Μενέλαον.* Item in hoc (*Φ*, 55)

ὦ πόποι, ᾗ μέγα θαῦμα τόδ' ὀφθαλμοῖσιν ὁρῶμαι·
ᾗ μάλα δὴ Τρῶες μεγαλήτορες, οὕσπερ ἔπεφνον,
αὖτις ἀναστήσονται ὑπὸ ζόφου ἠερόεντος,

dicit fieri posse, ut ᾗ *μάλα* scribatur: „mirum profecto, si Troiani mihi caesi reviviscent.“ Cf. eundem de ᾔτε — ᾔτε *Λ*, 410. Sed maxime memorabilis in hac caussa *Γ*, 216 *ἐπεὶ οὐ πολύμυθος οὐδ' ἀφαμαρτοεπὴς ᾗ καὶ γένει ὕστερον ἦεν.* Hoc certe loco non tantum Nicanor posse pro εἴ dictum esse putabat, sed alii etiam, ut Apollon. sophista (v. lex.) et fortasse Herodianus, si quidem facile fieri potest ut verba *πιθανώτερον βαρύνειν τὸν ᾗ καὶ ἀντὶ τοῦ εἴ παραλαμβάνειν* in cod. A Herodianea sint. Sensus quidem huius loci, quamquam creditum est, ne sic quidem expeditus.

---

5. De Ptolemaeo Ascalonita v. sch. A ad *B*, 368. Sch. *ζ*, 149 *γουνοῦμαί σε ἄνασσα· θεὸς νύ τις ἢ βροτός ἐσσι. τὸν ἦ ὁ Ἀσκαλωνίτης περισπᾷ ἐρωτηματικὸν νομίζων. ὃ καὶ χαριέστερον. οἱ δὲ ἐνέκλιναν ὡς εἰ ἔλεγεν εἴτε θεὸς εἴτε ἄνθρωπος.* Item praeoptaverat in simili loco *δ*, 140 *ψεύσομαι ἦ ἔτυμον ἐρέω; κέλεται δέ με θυμός* — Aristophanes. Item sine dubio iudicarunt *β*, 132. Ad *Ξ*, 265

Ὕπνε τί ἦ δὲ σὺ ταῦτα μετὰ φρεσὶ σῇσι μενοινᾷς;
ἢ φῄς, ὣς Τρώεσσιν ἀρηξέμεν εὐρύοπα Ζῆ-
νʼ, ὣς Ἡρακλῆος περιχώσατο παιδὸς ἑοῖο;

frustum relictum ex Herodiani nota: *ὁ Ἀσκαλωνίτης βαρύνει τὸν ἦ. ἄμεινον δὲ περισπᾶν. καὶ γὰρ εἰ διαπορεῖ οὐκ ἀναγκαῖον ἐγκλίνειν αὐτόν· οὐ γὰρ ἕτερος αὐτῷ ἐπιφέρεται περισπώμενος, ὡς ἐπὶ τοῦ ἢ δολιχὴ νοῦσος ἦ Ἄρτεμις ἰοχέαιρα* *). Ptolemaeus hoc voluerat: Cur, Somne, id cogitas vel dicis (dixerat enim) hanc rem aeque Jovi cordi fore atque Hercules fuit? —

Num veteres illi scripserunt

τίπτʼ αὖτʼ Αἰγιόχοιο Διὸς τέκος εἰλήλουθας;
ἢ ἵνα ὕβριν ἴδῃ Ἀγαμέμνονος —;

et similia? Ego non memini sic illos scripsisse in Homericis vestigium mihi occurrere. V. contra Herod. *Y*, 17 (cf. Bekker. cens. Hom. Wolf. p. 145). *Ἤ* in his non magis fortasse illis in mentem venit quam Latinis „aut.“ Fortasse inquam; memini enim quod mussitat Eustathius p. 1678, 19. Quod si vel apud Latinos nostri artium scriptores docent talia vertenda esse „oder“ apparet quantopere inhaereamus vernaculae consuetudini.

§. 6.

Ἐπεὶ ἦ, τί ἦ, ὅτι ἦ.

Ut in *ἦ* — *ἦ* voculae accentus proprius deflexus est, item ex antiquiorum et plurimorum doctrina factum in *TI'H*. Nam illud *H* non est paragoge, sed est coniunctio *ἦ*: quae accentum suum servavit in *ἐπεὶ ἦ*, mutavit in *τί ἦ*. Herod. Jo. Al. p. 42 *ἀλλὰ κἂν ὑποτάσσηται τῷ ἐπεί διαβεβαιωτικὸς ὢν ὁμοίως περισπᾶται.*

ἐπεὶ ἦ φάτʼ ἄρʼ ἀσφαλές]
ἐπεὶ ἦ μάλα πολλὰ μεταξὺ οὔρεά τε σκιόεντα.

---

*) Imperite prorsus sch. B. *Ἐρώτησις* et *ἀπόρησις* in his promiscue dicitur ab antiquis.

*Οτε παραπληροῖ**) *μετὰ τί τὸ πνσματικὸν ὀξύνεται·*

τί ἦ δὲ σὺ κήδεαι αὕτως Ἀργείων

ἀλλὰ τί ἦ μοι ταῦτα φίλος διελέξατο θυμός;

Idem pros. Il. Y, 251 *περὶ δὲ τοῦ η τοῦ ὑποτασσομένου τῷ τί καὶ τῷ ἐπεί ἐδηλώσαμεν ἐν τοῖς πρὸ τούτων, ὡς τῷ τί ὑποτασσόμενος μὲν ἐγκλίνεται* (B *ὀξύνεται*, quod idem est), *τῷ δὲ ἐπεί περισπᾶται.*

Apollon. Dyscol. coni. p. 523 *ἢ ἐν ἀρχῇ τιθέμενον περισπᾶται, ἐν δὲ ὑποτάξει ἐγκλίνεται*

ἦ μεγάλ' ἐβρόντησας,

μεγάλα δὴ ἐβρόντησας.

τιή (l. *τί ἦ*) *δὲ σὺ νόσφιν ἀπ' ἄλλων·*

ἐν ἴσῳ γάρ ἐστι τῷ τί δή; Cf. synt. 307, ubi de duplici quarundam partium orationis accentu loquitur: *ὅπερ ἐπικοινωνεῖ καί ἀντωνυμίαις ἐγκλινομέναις καὶ ὀρθοτονουμέναις καὶ τῷ ὡς ἐν ἀρχῇ τιθεμένῳ καὶ ἐν μέσῃ λέξει, καθὸ περισπᾶται . . . . . καὶ παραπληρωματικῷ τῷ η, περισπωμένῳ μὲν κατ' ἀρχὴν τῶν λόγων, οὐ μὴν κατα τὰς ὑποταχτικὰς συντάξεις, ὡς ἐν τῷ*

τί ἦ δὲ σὺ νόσφιν ἀπ' ἄλλων,

ὅτι ἦ κάλλιστον ἦ κατὰ Ξάνθιππον **).

---

*) ἦ censetur in *παραπληρωματικοῖς*; sed *παραπληρωματικοί* etiam saepe significant, ut Apollonius docet. Herodiano igitur in *ἐπεὶ ἦ* particula significare visa, in *τί ἦ* non significare.

**) Haec emendare conati sumus (praeter versum) ut scribi potuerunt ab Apollonio, vestigiis codicis A insistentes. — Quod ad ὥς et ὣς attinet quae olim in Quaest. ep. spec. I scripsi non satisfaciunt: et habeo cur nunc omnino non scribam. Tantum certum est et Apollonium Dyscolum (cave enim de hoc unum verbum credas Goettlingio p. 335) et lexici Homerici conditorem et Herodianum et Tyrannionem et Aristarchum scripsisse καὶ ὣς et οὐδ' ὣς: Tryphonem non sic scripsisse ex Apollon. coni. 523 colligi non potest: de caussis dissensio erat, utrum mutetur accentus propter positionem an propter significationem. An hi antiqui praeter illas formulas ὣς scripserint incertum.

Apollon. lex. Hom. ἢ ψιλούμενον καὶ περισπώμενον δηλοῖ σύνδεσμον. παραπληρωματικὸν ἴσον τῷ δὴ „ἐπεὶ ἦ πολὺ φέρτερόν ἐστι“ . . . ψιλούμενον δὲ καὶ βαρυνόμενον δηλοῖ σύνδεσμον cett. . . . . ποτὲ δὲ παρέλκει „ἀλλά τί ἦ με ταῦτα διεξερέεσθαι ἕκαστα.“

Sed Trypho dixerat non defendi posse propter mutatam positionem mutatum esse accentum: quae vide latius exponentem Apollonium coni. p. 523. Illud η igitur in *TI'H* (sic scribendum 524, 3) non particulam esse sed paragogen ut in λεγοίη, φεροίη, ἐγώνη.. Nihil memorabilius quam quod respondet ad haec Apollonius: „καὶ ἦν συγκαταθέσθαι τἀνδρί, εἰ μὴ τὸ ἀπ' αὐτοῦ ἀναφορικῶς παραλαμβανόμενον, λέγω τὸ ΄ΟΤΙΗ (quod nos aliter scribere non possumus quam ὅτι ἦ) πρὸς πάντων συμφώνως ἀνεγνώσθη ἐν ὀξείᾳ τάσει τοῦ ο. ὅπερ οὐκ ἂν παρείπετο, εἰ ἓν μέρος λόγου ἦν τὸ TI'H.“ Disputatio cedit usui *).

Hic igitur (si Tryphonem excipias qui τίη voluit) vetus mos fuit: ἐπεὶ ἦ, τί ἦ, ὅτι ἦ. Qui ex veteribus auctoribus recurrit sch. V ad Ξ, 264. An. Cr. I, 190, 11. Et. M. 356, 18. 758, 9. Gud. 233, 40. Sed Eustathius et alias scriptiones novit. Illam antiquam p. 62, 34. 73, 17. Item 118, 39, ubi ipse dicit ex Apione et Herodoro i. e. Herodiano se hoc referre. Sed ponit hoc loco tres deinceps sententias varios inspiciens libros. Primum hanc: ὅτι ὥςπερ τὸ ἐπεί κατὰ πλεονασμὸν ἐπειῆ γέγονεν, οἷον ἐπειῆ πολὺ φέρτερόν ἐστιν, οὕτω καὶ τὸ τί τιή οἷον τιή τοι ταῦτα εἰδυίῃ ἀγορεύσω: in quo accentus non praestiteris. Deinde illam Herodianeam. Tertio loco hoc addit: οἱ δὲ Ἀττικοὶ ὀξυτόνως λέγουσι τιή

*) Si quis haec iudicare volet, non obliviscetur τιη esse pronomen et mansisse pronomen: Aristoph. Ach. 792 τιη μαθὼν φαίνεις ἄνευ θρυαλλίδος;

*καὶ ὁτιή· δῆλον δὲ ὡς ἐπέκτασίς τίς ἐστιν ἐν τοῖς τοιούτοις τὸ η, ἑτεροία μέντοι παρὰ τὴν ἐν τῷ νυνί καὶ τοῖς ὁμοίοις**). Hanc, quam emergere videmus, differentiam scripturae Atticae et Homericae, Apollonio et Herodiano incognitam**), iterum significat p. 907, 14 *τὸ δὲ τιή ἀντὶ τοῦ διατί ὀξύνουσι μὲν οἱ ὕστερον* (Atticos dicit), *ὡς καὶ ἀλλαχοῦ δεδήλωται· οἱ δὲ παλαιοὶ* (Homerum intelligit) *βαρύνουσι παροξύνοντες. ἡ δὲ κωμῳδία καὶ ἄτονον οἶδεν αὐτὸ ἐν τῷ εἰπεῖν τιητιδή* (v. locos Aristophanicos apud Hermannum Nub. 754***). Cf. 631, 8 *το δὲ τιή ὡς Ἀττικῶς ἔχει τὴν διὰ τοῦ η ἐπέκτασιν καθὰ καὶ τὸ ἐπειή, δηλοῦται καὶ ἀλλαχοῦ. ὡμοίωται δὲ τούτοις καὶ τὸ ὠή γενόμενον ἐκ τοῦ ὤ. Ὅτι δὲ τὸ τίη, ὃ κεῖται καὶ παρὰ τῷ κωμικῷ, παροξύνουσιν οἱ παλαιοὶ τεχνικοὶ καὶ ὅτι τὸ ἐπειῇ περισπῶσιν ἐν τοῖς εἰς τὴν Α ᾳψῳδίαν δεδήλωται.* Ad illam doctrinam de paragoge Attica (Atticae hae paragogae dici solent, maxime illae in *ί, νυνί, οὑτοσί,* cum quibus ipsis haec compararunt ut statim videbimus: et hinc putaverim totam doctrinam de hac differentia et de Attico accentu *τιή, ὁτιή, ἐπειή* ortam esse) ad hanc igitur pertinet locus in Excerptis cod. Paris. post Gregor. Cor. 681, ubi casu factum puto quod tantum *ὁτιή*, non etiam *τιή* et *ἐπειή* commemoratur: qui locus imperitissimam sane manum prodit: *προσχηματισμὸς δέ ἐστιν ὅταν συλλαβὴ προστιθῆται κατὰ τὸ τέλος, ὃ γίνεται ἐν τῷ προσώπατα καὶ ἐν τῷ τουτέοισι, ἔνθα καὶ τὸ ε προσετέθη, καὶ τῷ*

---

*) Cur dicat *ἑτεροία μέντοι* non intelligo. Aliis locis de epectasi, quos mox afferemus, hoc non commemoratur.

**) Video etiamnunc in codd. Aristophanicis non deesse vestigia scripturae *τίη* et *ὅτιη*.

***) Schol. h. l. ex antiquo more: *τίη (τί ἤ) τί δή παράλληλα.* Hoc nunc plane intelligimus. Vidimus ipsum Apollonium *τί ἤ* explicantem per *τί δή*.

τοῖσι καὶ τῷ οὑτοσί καὶ τῷ τούτοισι καὶ τῷ ἦσθα καὶ τῷ ὁτιή. ἔστι δὲ ἐν μὲν τῷ ὁτιή Ἀττικός, ἐν δὲ τοῖς λοιποῖς Ἰωνικός (certe non in οὑτοσί). Eustath. p. 45 in. ὅτι δὲ ἐπέκτασιν ποιεῖ οὐ μόνον τὸ ι ἐν τῷ οὑτοσί καὶ νυνί καὶ ἐνταυθί κατὰ τὸν τεχνικὸν Γεώργιον καὶ ὄψι, ὄθεν καὶ ὀψιμαθής, καὶ νυνμενί, φησί, καὶ νυνγαρί ἀντὶ τοῦ νῦν, ἀλλὰ καὶ τὸ η ἐν τῷ ὁτιή καὶ τίη ἀντὶ τοῦ τί βαρυτόνως*) ἤ κατά τινας τιή ὀξυτόνως, καὶ ἐπειή ἀντὶ τοῦ ἐπειδή (mirum sic dici: antiqua doctrina in his identidem videtur prorumpere), ἔτι δὲ καὶ ἡ θα συλλαβή ἐν τῷ ἦσθα καὶ ἔφησθα καὶ τοῖς ὁμοίοις . . . . ὕλόν ἐστι. Ne dubites Choerobosco h. l. Eustathium admiscuisse de suis.

Denique Eustathius auctorem nescio quem exscribens de vario usu et accentu vocabuli ἠ p. 1678, 29 sqq., in his dicit se hoc novum invenire et ab iis quae ad Iliadem scripta sint dissonum, ὅτι τὸ ῆ ἀντὶ τοῦ δή, ὅτε, φασί, καὶ ἐγκλίνεται, οἷον ἐπείη. Ergo hi, ut Eustath. refert, in ἐπειη particulam quidem esse volunt, sed encliticam. Erit igitur ἐπεί ἠ ut ἐπεί τοι.

§. 6.

Ἑός, ἑάων, ἑῆος, ἑΰς.

De his est cur paucis moneam. Cf. Buttm. lexil. I. Antiquissima testimonia sunt haec Aristonici. *O*, 138 ἡ διπλῆ ὅτι Ζηνόδοτος γράφει υἱος ἑοῖο. τοῦτο δὲ ἐν τῷ περί τινος λόγῳ τίθεται· νῦν δὲ πρὸς πρόσωπόν ἐστι, καὶ δεῖ γράφειν ἑῆος· ἠγνόηκε δὲ τὴν λέξιν· ἔστι

*) Sic Trypho voluerat. Sed simulatque ad Atticam paragogen relatum est hunc accentum non diu stare potuisse facile intelligitur. — Et. M. 821, 10 ὠή) ἔστιν ὦ κλητικὸν ἐπίῤῥημα, καὶ πλεονασμῷ τοῦ η γίνεται ὠή, ὥςπερ τὸ τί τίη· οἷον τίη δὲ σὺ (vult . . . . οἷος ἀπ' ἄλλων).

γὰρ ἕῆος ἀγαθοῦ· καὶ δοτῆρες ἑάων. Ω, 528 ἡ διπλῆ ὅτι τὸ ἑάων ἀντὶ τοῦ ἀγαθῶν καὶ τὸ νῖος ἕῆος ἀγαθοῦ. διὰ δὲ ἄγνοιαν Ζηνόδοτος γράφει ἑοῖο. Spiritus cur h. l. corruptos putemus nulla omnino causa est: nam et in contrarium potius corrupissent ex nominativo notissimo ἕῦς et undecunque hic veterum mos confirmatur. Apollon. pron. p. 60. B ὅθεν τινές, πάλιν ἀγνοήσαντες τὸ μεταβατικόν, τὸ αἴτει δ' οἰωνὸν ἑόν ἄγγελον (Ω, 292) μεταγράφουσιν εἰς τὸ ταχὺν ἄγγελον ἢ τὸν ἀγαθὸν ἐκδέχονται. Lexic. de spir. post Ammon. p. 196 Lips. τὸ ε πρὸ τοῦ ο δασύνεται· οἷον ἑόν τὸ ἴδιον καὶ τὸ ἀγαθόν· ὡς τὸ θεοὶ δωτῆρες ἑάων. Et p. 194 τὸ ε πρὸ τοῦ η δασύνεται οἷον . . . . ἕῆος τοῦ ἀγαθοῦ καὶ προσηνοῦς. Ib. τὸ ε πρὸ τοῦ α δασύνεται οἷον . . . ἑά τὰ ἀγαθά. Contra p. 198 τὸ ε πρὸ τοῦ υ ψιλοῦται . . . . οἷον ἐῦς. Reliquae igitur formae omnes asperum habent, praeter ἐῦς: sic cur loqui Graecorum ori aptius fuerit, hinc docemur: nec hoc magis mirum est quam ἔξω ἔχω. — Non semel asper corruptus in lenem in Et. M. s. ἑά: asperum requiri ipsa disputatio docet: vult enim ἑόν τὸ ἀγαθόν et τὸ ἴδιον idem esse: ὅτι τὰ ἀγαθὰ ἰδιοποιούμεθα, τὰ δὲ κακὰ ἀπαλλοτριοῦμεν. Similiter Eustathius ad Ω, 528 p. 1362, 52, nec peccatum in spiritu: sed ad ϑ, 325. 335 bis peccatum ἑάων. — Sed genitivum ἐῆος fuerunt fortasse quidam recentiores qui cum pro ἠέος dictum putarent etiam leni spiritu proferrent. Eo ducit Eustath. ad Ξ, 70 p. 1131, 45 ὀξὺ δὲ κωκύουσα κάρη λάβε παιδὸς ἑοῖο, ἢ μᾶλλον ἐῆος ἦγουν ἠέος, ὅ ἐστιν ἀγαθοῦ, ὡς ἀπὸ τοῦ ἠῦς ἠέος κατὰ μετάθεσιν ἐῆος ἢ καὶ ἰδίου. διὸ καὶ δασύνεται παρὰ πολλοῖς. Veteres illi ne eam quidem ob causam hoc fecissent: et multos habuisse qui facerent ne Eustathium quidem puto, etiamsi plus hic habeamus quam Eustathii errorem: certe in ea incerti grammatici observatione, quae est in Et. M. 318, qua usus est Eustathius ad A,

393 p. 121, 15, si vel origines ab ἑῶ, ἠδύς, vel ipsos spiritus, ut utroque loco servati sunt, inspicias, ne hunc quidem vel si ab ἠέος derivetur aliud quid quam ἑῆος voluisse verisimile erit*).

C. II.

Veterum Praecepta de Anastrophe.

§. 1.

Quod ad ipsum vocabulum ἀναστροφῆς attinet, quod Etymologus dicit ἀναστροφή ἐστι μετάθεσις τόνου p. 124, 8, comprobat id quidem usus creberrimus. Attamen hoc non ita firmum est, ut non ad proprium significatum redeat nec traiectionem accentus, sed ipsam inversionem verborum indicet. Sic Etymologi voci opponi possunt haec Eustathii p. 52 τὸ δὲ ἦν διὰ μαντοσύνην ἀντὶ τοῦ διὰ ἰδίαν μαντικήν· καὶ ἔστιν ἡ σύνταξις τρόπου ποιητικοῦ· ὃς λέγεται μὲν ἀναστροφή, κεῖται δὲ μυριαχοῦ τῆς ποιήσεως, et sch. D ad Α, 162 ᾧ ἔπι, ἐφ' ᾧ. ἀναστροφὴ ὁ τρόπος, ἀναστροφὴ δέ ἐστι δύο λέξεων τάξις ἐνηλλαγμένη, οἷον λέων ὡς — ὡς λέων, ὄρνιθες ὡς — ὡς ὄρνιθες, ᾧ ἔπι — ἐφ' ᾧ. Sic loquitur sch. Dion. p. 930, 5 καὶ αἱ προθέσεις καθ' ἑαυτὰς οὐ-

---

*) De Apolloniani lexici Homerici codice, ne hoc antiquo auctore male utamur, monendum, in accentibus, orthographia et spiritibus omni genere vitiorum eum scatere nec fidem habendam nisi ex disputatione quid velit appareat. Vide modo ἐά, εὖ. p. 156 in versibus Homericis τόγ' pro τώγ' et τεθνεῶτι pro ει vel η. 152 τηθαιβώσσουσι, quod falsum esse origo, quam exponit, vocabuli docet. p. 70, 18 ἐπισπώμενον pro — σπόμενον. p. 163 φθιρσίμβροτος. Et hoc modo innumerabilia.

σαι ὀξύνονται· ἀναστροφῆς δέ ἐστιν ἴδιον τὸ τὸν ἴδιον ἀναπέμπειν τόνον, quae sunt eadem in Etym. p. 124. Definitio praepositionis in schol. Dion, gr. 924, 7 πρόθεσίς ἐστι μέρος λόγου, καθ' ἕνα σχηματισμὸν λεγόμενον, προθετικὸν τῶν τοῖ λόγου μερῶν ἐν παραθέσει ἢ ἓν συνθέσει, ὅτε μὴ κατὰ ἀναστροφὴν ἐκφέρεται, cf. v. 19. Schol. Od. ϑ, 403 δώσω οἱ τόδ' ἄορ παγχάλκεον, ᾧ ἔπι κώπη) ἀναστροφὴ τῆς λέξεως. Arcad. p. 180, 1 πᾶσα πρόθεσις ὀξύνεται δισύλλαβος .... εἰ μὴ κατὰ ἀναστροφὴν παραληφθῶσι· τότε γὰρ βαρύνονται. Et haec Herodiani erunt ad Il. *B*, 514 ὑπερώϊον εἰς ἀναβᾶσα) τὴν εἴς πρόθεσιν χωριστέον τοῦ ἀναβᾶσα· ἀναστροφὴ γάρ· εἰς ὑπερώϊον ἀναβᾶσα.

Ubi non de praepositione transposita sermo est, saepius hunc usum offendas *). Schol. Apoll. Rh. II, 1256. ἐν τῷ δηρὸν δ' οὐ μετέπειτα ἀναγρεπτέον, ἔπειτα δὲ οὐ μετὰ δηρόν. Apollon. syntax. p. 66, 24 ἔνθεν δὲ τὰ τῆς ἀναγροφῆς δῆλα· οὕνεκα τὸν Χρύσην ἠτίμασεν ἀρητῆρα (scilicet pro Χρύσην τὸν ἀρητῆρα). ibid. p. 245, 12 ὅπερ οὐκ ἀληθεύσει εἰ ἀναγροφὴν λάβοι τὰ τοῦ λόγου, ὅτι κινοῦμαι περιπατῶ. Sic etiam p. 71, 18. Διηγηματικη ἀναγρόφη idem est quod πρωθύγερον, apud Eustathium ad Ω, 605. p. 1367. 31 ed. Rom. ἀναγροφὴ συνθέσεως idem dixit de composito ϑυμοδακής ϑ, 185, p. 1590, 42. Cf. Apollon. synt. p. 79, 22. 129, 5. 138, 5 **).

§. 2.

Fuerunt, ut Apollonius Dyscolus testis est in egregio de constructione libro p. 305. seqq., qui conten-

---

*) ἀναστραφέντος τοῦ ρ pro μεταπεσόντος Max. Plan. ap. Bachm. II. p. 15, 2.

**) In praepositione notabile hoc, sch. BLD, 77 ἡ πρ. ἀνασπᾶται πρὸς τὸ ῥῆμα refert se, pertinet ad verbum (quod sequitur).

derent, anastropham praepositionum non necessariam esse nec in earum natura positam. Neque enim ceteras partes orationis sede mutata mutare etiam accentum: neque dici posse, praepositiones potius locum suum mutasse quam nomina vel verba ab iis pendentia, denique ne omnes quidem praepositiones accentum retrahere. Quibus Apollonius respondet, primum hoc quasi proprium esse praepositionum, ut praeponantur, unde etiam nomen duxerint: sin autem sint alia quaedam, quae et ipsa certam orationis sedem requirant, ut ἤτοι particula non nisi initio posita (v. de coni. p. 486, 31) et articuli nunquam postpositi substantivis, haec eo ipso a praepositionibus differre, quod cum omnino nunquam loco cedant, etiam omni ambiguitati exempta sint. Tertium vero illud praepositiones cum aliis orationis partibus commune habere, v. c. cum pronominibus, quorum plurima quidem, sed non omnia duplicem usum accipere, et encliticum et alterum (p. 309). Huc accedit (sic enim ille pergit), quod aliae orationis partes, quocunque loco positae sunt, certam habent rationem: non enim potest adverbium referri nisi ad verbum, non verba nisi ad ea quibus adhaerent nomina, et cetera. Praepositiones autem et ad verba referri possunt et ad nomina (cf. de adv. p. 531, 1), ut in illo Ἰθάκην κάτα κοιρανέουσι: necesse est igitur, ut vera constructio aliquo externo signo declaretur (v. schol. ad Dion. gr. p. 924). Denique formae ipsae praepositionum quasi ad anastrophen natae sunt. Habent enim omnes accentum in ultima constantque plurimae duabus brevibus syllabis, quo genere nihil ad accentus retractionem fingi potest accommodatius. Cf. schol. Dion. gr. p. 929.

§. 3.

Atque his statim commodum erit annectere ea, quae pertinent ad praepositiones anostrophen respuentes. His igitur Apollonius p. 309 eas accenset, quae mensuram duarum morarum excedunt: quod quidem dicit consentaneum esse, tolli enim illud, quo maxime ad anastrophen praepositiones aptae sint, ut duabus constent brevibus: *πλεονάσασαι οὖν χρόνῳ ἐλλείπουσι καὶ τῆς ἀναστροφῆς, ὡς ἡ*

κατα/,
ὑπα/,

καὶ αἱ τοιαῦται. Complectebatur sine dubio

παρα/
ὑπεί} Herod. Jo. p. 27. sch. Dion. 930.
δια/
εἰνί, Epimer. Cram. I. p. 170. 175, 30.
ἀμφί
ἀντί.

De *κατα/*, *παρα/*, *ὑπα/**) vid. etiam Herod. ad *B*, 824. *Γ*, 217. *Ἀμφί* et *ἀντί* Herodianus et schol. Ven. *P*, 522 et auctor Epimerism. Cram. I, 66, 14 docent accentum non retrahere „*ὡς τριχρόνους*.“ Item sch. Dion. 930, 14. Cum rationes afferuntur, quibus *περί* differat ab *ἀμφί*, Epimer. Cram. I, 41 (Et. M. 94, 10) et 337, id non omittitur *ὅτι ἡ μὲν περὶ ἀναστρέφεται, ἡ δὲ ἀμφὶ οὐδέποτε.* —

In Herodiani scholio *Θ*, 163 *κακῶς ὅσοι ἀναστρέφουσιν· ἡ γὰρ ἀντὶ ἀναστρέφεται ποτε* quisque intelligit corrigendum esse *οὔποτε*. Cf. eundem ad *Θ*, 233.

Caeterum de his Herodiani doctrina non prorsus eadem est quae Apollonii. Cum Apollonius istas omnes

---

*) De adverbio *ὕπαι*, Herod. *O*, 4, Theognost. Cram. p. 158, nihil habeo quod dicam.

uno canone comprehenderet, ut quae trium morarum essent diceret anastrophen respuere, Herodianus duplici canone opus esse ducebat. Docuit enim expertes esse anastrophes primum *τὰς τριχρόνους, ἀμφί, ἀντί*, deinde *τὰς τῷ ι πλεοναζούσας, κατaί, παραί, ὑπείρ*, et similes, excepto *ἐνί*. Jo. Al. p. 27, 29. 30. 33. cl. pros. Il. *B*, 824. Nunc prorsus intelligimus ex Epimerismis Cram. I. p. 170 (cf. 175) quantas haec res deinde contentiones creaverit. Non potest, pars inquit, *ἐνί* ex iis esse, quibus accessit *ι*, nam „*οὐδέποτε πρόθεσις πλεονάσασα τὸ ι ἀναστρέφεται*:“ sed contra *ἐνί* integra et primaria forma est, hinc decurtatum *ἐν*: id quod aliis praeterea sive acutis sive acutulis rationibus confirmant. Sed impugnantur ab aliis. Caeterum ab illis adscitum invenimus

ποτί

ut quae item non patiatur anastrophen *).

Ἀνά

exclusum ab anastrophe nisi cum significet *ἀνάστηθι*, atque ut a vocativo distingueretur. Herod. *E*, 824, ubi simul de Aristarcho testimonium est, et Arcad. p. 180. (Apud Jo. Al. *ἀνά* casu excidit). Schol. Dion. 930. 931. Epim. Cram. I. p. 51. Eust. p. 75, 7. Quamquam hoc non omnes secuti sunt. Nam sic loquitur Herodianus *E*, 824 *οἱ μὲν ἀνέστρεψαν, ἵνα γένηται*

---

*) Cram. p. 170 v. 5—15 sic scribimus: quae describenda sunt quippe perversa interpunctione obscurata: *καὶ ὅτι, φασίν, αἱ πλεονάσασαι τὸ ι προθέσεις οὐ γίνονται ῥήματος σημαντικαί, ἡ δὲ ἐνί σημαίνει ῥῆσιν, ἔνθ' ἔνι μὲν φιλότης, καὶ αὐὼς παθητικοῦ* (l. *αὖθις πληθυντικοῦ*), *ἔνι τοι φρένες οὐδ' ἠβαιαί, οὐκ ἔστι κατὰ πλεονασμόν. καὶ ὅτι, φησίν* (l. *φασίν*, item v. 1), *οὐδέποτε πρόθεσις δύο λαμβάνει πλεονασμούς, εἴρηται δὲ καὶ εἰνί, αὐτοῦ δ' εἰνὶ θύρῃσιν, οὐκ ἔστι* (del.) *κατὰ πλεονασμὸν ἐδισυλλάβησεν, ἀλλὰ φυσικῶς οὕτως εἶχεν.* V. 26 l. *μήν*. V. 30 *ὅτι ἤ* falsum est. Si eiecto *ὅτι* scribis *εἰ* sententiae satisfit.

ἀνὰ τὴν μάχην. Ἀρίσταρχος δὲ παρῆτήσατο τὴν ἀνὰ ἀναστρέψαι, ὁπότε μὴ σημαντικὴ εἴη τοῦ ἀνάστηθι. In illis est Apollonius sophista, v. lex. Hom. 30, 21. Ex recentioribus διά quidem, non ἀνά, inter expertes anastrophes recenset qui scripsit locum in Epimer. Cram. I, 66, 12. Item Max. Plan. Bachm. II. p. 31: de quo loco mox dicam.

Διά

anastrophes immunem esse, ne cum accusativo Δία confundatur. Herod. Jo. Al. et Arc. 180. Sch. Dion. l. l. Epimer. Cram. I, 66. (Cf. Priscian XIV, 2, 16). Hoc διά etiam, quamquam non diserte traditur, sine ulla dubitatione ad Aristarchum referendum est. Sed ut in praepositionis ἀνά ratione certe nonnulli, ut vidimus, erant dissentientes, sic quidam, quamquam pauciores, hoc praeceptum, quo vocabuli διά accentus constans esset, videntur sprevisse. De uno, sed inepto illo, etiam disertum testimonium est, qui in Euripideis illis πέφευγας τὸν ἐμὸν ἱκέσιον δία praepositionem agnosceret: Eustath. p. 950, 64, seqq. unde lubet haec delectationis causa transcribere: ἐκεῖνος δὲ ὁ παλαιὸς συνεκρότησε καὶ τὴν ἓν τῷ πέφευγας δία ἀναστροφὴν διὰ τοῦ καρδία, οἱονεὶ γάρ φησι κἄρ δία, ἤγουν διὰ τὸ κῆρ· οὕτω δέ φησι καὶ σκιάδιον, τὸ σκιὰν δία, ἤγουν διὰ σκιάν· καὶ μὴν καὶ τοῦτο ἀντιλέγεται, ὡς καὶ διὰ διφθόγγου ὄν, παρὰ τὸ τῇ σκιᾷ διδόναι ἄδειαν. καὶ οὐδὲ ἡ διά ἀναγρέφεται, ὡς μὴ συμπέσῃ τῇ αἰτιατικῇ τοῦ Διός. — Pertinet huc Max. Plan. ap. Bachm. II. p. 31 τὰς δισυλλάβους προθέσεις μετὰ τὰ ὀνόματα τιθέασι τοὺς τόνους ἀναβιβαζούσας ποιηταὶ μὲν πάσας, ὡς τὸ Παρνασὸν κάτα, καὶ ἀνθρώπων μέτα, πλὴν τῆς διά, τοῦ μὴ συνεμπεσεῖν τῇ τοῦ Διὸς αἰτιατικῇ· οἱ δέ πεζῇ γράφοντές μόνην τὴν περί μετὰ τοὔνομα τάττουσι. In quo non hoc dicit, quod dicere videri possit, διά non postponi, (ἦν διὰ μαντοσύνην Hom., ὃν διὰ

Μεσσήνην εἵλομεν Tyrt.), sed hoc, non refrahere accentum.

His igitur, quae hactenus attulimus, testimoniis collatis in eo videntur omnes conspirasse, ut praepositiones trium morarum accentus traiectioni exciperent: sed de praepositionibus *διά* et *ἀνά* nonnulli ab Aristarchi sententia recedebant. Illud vero, quod in Et. M. legitur p. 123, 20. *ἰξέον ὅτι ἐκ τῶν δισυλλάβων προθέσεων πέντε οὐκ ἀναζρέφονται· αἱ δὲ λοιπαὶ ἀναζρέφονται· οὐκ ἀναζρέφεται ἡ ἀνά, ἡ διά, ἡ κατά, ἡ ἀμφὶ καὶ ἡ περί*, hoc igitur non possum mihi persuadere non corruptum esse. Nam ne quis forte sentiat, praepositioni *περί* ab aliquo grammatico stabilem datum fuisse accentum, ne cum *πέρι*, quod esset pro *περίεζι*, confunderetur, obstat quod eiusmodi distinctio in nulla praepositione facta est: *μετά* enim et *παρά* et *ἐπί* et *ὑπό* eadem circumscribenda erant regula: et si quis omnino tale quid audebat, omnium minime poterat in ea praepositione, quae in ipsa oratione prosa saepissime atque fere sola inversionem pateretur *). Denique in illo Etymologici loco quod ad defendendam praepositionem *κατά* afferri possit nihil est. ‚Diserte his voculis anastrophe tribuitur Apollon. synt. p. 305. 308. Arcad. p. 180. Et. M. p. 123. 34. 41. p. 94, 14. p. 42, 11. In earum autem locum quas restituendas dicam haereo: volueram *κατάί* et *παραί*: sed aegre in hoc recensu *ἀντί* desidero (Cf. Goettl. doctr. acc. p. 378).

---

*) Res nota: sed miramur hoc Aristotelis poet. 22, 4 *ἔτι δὲ Ἀριφράδης τοὺς τραγῳδοὺς ἐκωμῴδει, ὅτι ἃ οὐδεὶς ἂν εἴποι ἐν τῇ διαλέκτῳ τούτοις χρῶνται· οἷον τὸ δωμάτων ἄπο, ἀλλὰ μὴ ἀπὸ δωμάτων. καὶ τὸ σέθεν. καὶ τὸ ἐγὼ δέ νιν. καὶ τὸ Ἀχιλλέως πέρι, ἀλλὰ μὴ περὶ Ἀχιλλέως.* Nam vel in fine periodi ante interpunctionem ponere ne id quidem a prosa oratione abhorrebat. Rep. 403. E.

§. 4.

Ubi praepositio simpliciter nomini suo vel pronomini vel verbo postponatur, doctae antiquitatis regula est accentum retrahi. Ariston. *P*, 240. Apollon. lex. *ἄνα, ἔπι.* Herod. Jo. Al. 27, 5. Pros. Il. *B*, 699. *E*, 138 (Dionys.) 739. *Z*, 357 (Ptolemaeus). *H*, 63 (Idem). 425. *Λ*, 370. *O*, 142. 665. *Σ*, 7. *T*, 4. *Y*, 221, et praeterea aliquot horum scholiorum locis. Reg. pros. Herm. p. 459. Et. M. 123, 30. 342, 10 (Cram. 9. 154). Sed ubi praepositio postposita ultima vocali abiecta neque sequente interpunctione apostrophum acceperit, vel inter praepositionem atque vocabulum, quod inde pendet, vocula una vel plures interpositae sint, tum nihil debere in accentu ponendo a solita ratione discedi. Herod. Jo. Al. p. 27, 11. p. 28, 8. Pros. Il. *I*, 456. *K*, 273. *Σ*, 244. 400. 191. *Φ*, 588 (inspiciendum de Niciae dissensione). *B*, 151. — *E*, 283. 308. *H*, 163. 167. *K*, 95. 273. 335. 351. *Ψ*, 377. Et. M, 11. 11. (Cramer Epim. I, 154. 341). Sch. V. ad *O*, 142. —

Et illius praecepti, quod est de praepositione synaloephen passa, quod et Aristarchum *) secutum esse et Apollonium discimus ex Schol. *Σ*, 191, rationem li-

---

*) Ad *Λ*, 269 (*καὶ μὲν τοῖσιν ἐγὼ μεθ' ὁμίλεον*), edidit Bekkerus *μέθ'*) *οὕτως Ἀρίσταρχος τὴν μετὰ φυλάσσειν τὸν τόνον.* Debebat *μεθ'*: nam sic praepositio *φυλάσσει τὸν τόνον*, ut intelliges ex nota ad *K*, 273. Praeterea scribendum erit *φυλάσσων.* Quid sibi voluerit vel in hac brevitate, opinor, clarum est. Noluit *μεθομίλεον* sed *μεθ' ὁμίλεον* (rationem eius indicavit Spitznerus): sed non retraxit accentum, vel quod synaloephen passa praepositio, vel quod inter casum et praepositionem intercurrit vocabulum. — Idem quod *φυλάσσει τὸν τόνον* est *ὀρθοτονεῖται ἡ πρόθεσις*, quod praepositioni anastrophen passae opponitur. Jo. Al. 4, 3. 26, 20. Schol. Dion. 924, 28. Hoc pro *ὁμοτονεῖται* restituendum An. Cram. I, 154, 24, ut est in Et. M. 342, 5.

cet suspicari ex eo, quod adiecerunt de interpunctione (*πᾶσα πρόθεσις συναληλιμμένη καὶ μὴ ἔχουσα ἀνάπαυσιν οὐκ ἀναστρέφεται*, ad *Σ*, 400. — *B*, 150, ubi idem tangit, corrigendum *ἢ ῥῆμα δηλῶσι*). Nempe praepositio abiecta ultima vocali omnem quasi propriam vim abiicit atque pondus et in cursu orationis arctissime cum subsequente verbo coalescit. Quid igitur attinet accentum addere, qui nec potest sine aliquo pondere proferri et signum est praepositionis cum verbo antecedente coniunctae! Quae omnia aliter habere, si post praepositionem vox quiescit, facile patet: ex quo genere Herodianus affert *ρ*, 246

ἄστυ κάτ'· αὐτὰρ μῆλα κακοὶ φθινύθουσι νομῆες.

Semel anastrophen passa est praepositio decurtata.

Σ, 191 *στεῦτο γὰρ Ἡφαίστοιο πάρ' οἰσέμεν ἔντεα καλά.* *Ἀρίσταρχος ἀναστρέφει τὴν πρόθεσιν πρὸς τὸ μὴ ἀμφιβάλλεσθαι τὸν λόγον, καίτοι τῶν συναλειφομένων μὴ ἀναστρεφομένων, ὡς καὶ Ἀπολλώνιός φησιν. ἐπείσθη δὲ ἡ παράδοσις Ἀριστάρχῳ.* **AB.**

χαίρει (ins. *Ἀρίσταρχος*) *τῷ τὰς συναλειφθείσας προθέσεις μὴ ἀναστρέφεσθαι, καὶ ἐνθάδε οὐκ* (l. *ἐνθάδε δὲ*) *ἀναστρέφει, ἵνα μὴ διάφορον σημαινόμενον νοηθῇ. διαφέρει γὰρ τὸ παρενεγκεῖν Ἡφαίστου ὅπλα. ὅτι δὲ καὶ ἐν ἄλλοις ἀναγνώσμασιν ὁ ἀνὴρ τοιοῦτος προείπομεν ἤδη.* **A.** Significat *B*, **153**: quod eius de Aristarcho iudicium sub iudicium vocavimus in libro de Ar. stud. Hom. p. 275. Ad *B*, 150 *οὐκ ἀναστρέφεται ἡ πρόθεσις ὅτι συνήλιπται. διὸ καὶ ἐλέγομεν ἕνεκα ἑτέρου σημαινομένου τὸν Ἀρίσταρχον κατὰ ἀναστροφὴν ἀνεγνωκέναι τὸ στεῦτο γὰρ Ἡφαίστοιο πάρ' οἰσέμεν.* Ad *Φ*, 558 *προείπομεν δὲ περὶ τῶν τοιούτων προθέσεων, ὡς οὐ θέλουσιν ἀναστρέφεσθαι· καὶ σημειούμεθα ἀναγκαίως ἀναστραφεῖσαν τὴν στεῦτο γὰρ Ἡφαίστοιο πάρ' οἰσέμεν.*

Σ, 400 *τῇσι παρ' εἰνάετες χάλκευον δαίδαλα πολλά· οὐκ ἀναστρεπτέον τὴν παρά, ἐπεὶ πᾶσα πρόθεσις συν-*

αληλιμμένη μὴ ἔχουσα ἀνάπαυσιν οὐκ ἀναστρέφεται· σεσημείωται τὸ στεῦτο γὰρ Ἡφαίστοιο πάρ᾽ οἰσέμεν. I, 456 αἱ συναλειφθεῖσαι οὐκ ἀναστρέφονται, σεσημειωμένου ἐκείνου στεῦτο γὰρ Ἡφαίστοιο πάρ᾽ οἰσέμεν.

Nec omiserat hoc in catholica, v. Jo. Al. p. 28, *ἐν τῷ στεῦτο — τὴν πάρα ἀναστρέφουσιν, ἵνα ᾖ παρὰ τοῦ Ἡφαίστου οἰσέμεν καὶ μὴ νομίζηται τοῦ Ἡφαίστου ὅπλα παροισέμεν.* Paullo ante, v. 9, dixerat factum esse quod *κινδυνεύει τὸ σημαινόμενον λυμαίνεσθαι.*

Neque profecto, si quid video, hoc absurde fecit Aristarchus, sed regulae convenienter. Nam etsi hoc loco vera quidem interpunctio post praepositionem *πάρ᾽* nulla est, tamen bonum cantorem vel anagnosten ad ambiguitatem vitandam artificiosa quadam vocis modulatione et pausa decet indicare, non verbum *παροισέμεν* hic intelligendum esse, sed praepositionem ad praecedens potius substantivum pertinere. Simili sensu ductus Vossius hymn. Dem. 442 *τὰς δὲ μέτ᾽ ἄγγελον ἦκε* probabat, quod *μεθιέναι* prorsus aliud quid significaret et absonum ab hoc loco.

Respiciendus in hac causa versus *Δ*, 97

τοῦ κεν δὴ πάμπρωτα παρ᾽ ἀγλαὰ δῶρα φέροιο.

Quo loco haec servata sunt Herodianea in cod. A: *τινὲς ἀναστρέφουσι τὴν παρά, κακῶς· οὐδέποτε γὰρ ἀναστρέφεται πρόθεσις γενικῇ συντασσομένη πτώσει· ἔστι γὰρ τὸ ἐξῆς παραφέροιο.*

Scribit hic Spitznerus: „Novam praescribunt regulam schol. Ven. At eadem, Aristarcho praeeunte, in Il. 18, 191 loco simillimo hanc concedunt tenoris inclinationem. Qua quum omnis dicendi ambiguitas optime evitetur, cur eam hic repudiare velimus non intelligo.“

At nequaquam uterque locus similis est. Nam hoc loco *παραφέρειν* aptissimum est: significat enim auferre

ab illo dona, accedente etiam notione dolosi consilii. Illic vero: a Vulcano afferre. Hoc subtili iudicio Aristarchus et Herodianus perspexerunt. Praeterea illic cavebant ne „Vulcani arma“ intelligerentur, quod hic minus providendum; nam „illius dona“ ne ineptum quidem est. Quae exciderunt in Herodiani scholio non uno modo suppleri possunt. Tentemus hoc modo: *οὐδέποτε γὰρ ἀναστρέφεται πρόθεσις συναληλιμμένη. ἀλλ' οὐδὲ ἔστι νῦν τῇ γενικῇ συντασσομένη πτώσει· ἔστι γὰρ τὸ ἐξῆς παραφέροιο.*

In illo altero praecepto, quod est de accentu praepositionem post voculas interiectas retinendo, Herodianus unum discrepans exemplum notat, quod apud Platonem inveniebatur: „*διὸ σημειοῦνται τὴν παρὰ τῷ Πλάτωνι ἀνάγνωσιν, ἀρετῆς δ' αὖ πέρι, διότι ἀνεστράφη ἡ πρόθεσις, μεσοσυλλαβοῦντος τοῦ δέ συνδέσμου καὶ τοῦ αὖ· τὸ γάρ ἐξῆς ἐστι περὶ δ' ἀρετῆς αὖ*“ ap. Jo. Al. 27, 24.

Sed duo sunt grammatici, qui hoc totum non admisisse videntur, Ptolemaeus et qui aliis quoque in rebus, ut mox videbimus, cum eo sensit, Nicias. Nam ad *E*, 308 *ὥσε δ' ἀπὸ δινὸν τρηχὺς λίθος* Herodianus, quod Ptolemaeus voluerit praepositionem cum retracto accentu proferri, vetat, cum δ' illud interpositum sit. Item ad *K*, 335 *κρατὶ δ' ἐπὶ κτιδέην κυνέην· ὁ Ἀσκαλωνίτης ἀναστρέφει, ἵνα γένηται ἐπὶ κρατί. οὐχ ὑγιῶς. μέσος γὰρ πέπτωκεν ὁ δέ.* Et *K*, 95 *τρομέει δ' ὑπὸ φαίδιμα γυῖα· κακῶς Νικίας ἀναστρέφει· μεταξὺ γὰρ πέπτωκεν ὁ δέ.*

Operae pretium videtur notare, quam ridicule quidam hac regula abusi sint *O*, 142 *ὣς εἰποῦσ' ἵδρυσε θρόνῳ ἔνι· τὸ βίαιον τῆς ἕδρας ἡ διακοπὴ δηλοῖ. ἔστι γὰρ ἐνίδρυσεν.* BL. *διό τινες οὐκ ἀνέστρεφον τὴν ἐνί.* V.

Denique in hoc praecepto memorabilis adhibita cautio est, quam discimus ab Herodiano *E*, 283 *τῷ*

δ' ἐπὶ μακρὸν ἄυσε — οὐκ ἀναστρεπτέον τὴν πρόθεσιν· πρὸς γὰρ τὸ ἤϋσε φέρεται· καὶ εἰ πρὸς τὸ ἄρθρον δὲ συνετάττετο, οὐκ ἀνεστρέφετο, δι' ὃν προείπομεν πολλάκις λόγον, ὡς ὅταν μεταξὺ πέσῃ μέρος λόγου οὐ γίνεται ἀναστροφὴ τῆς προθέσεως, ἐὰν μὴ τελευταία στίχου τεθῇ, ὡς τὸ ἔπτυσε πολὺ κάτα. Jo. Al. p. 27, 20 *εἰ μέντοι ἐν τέλει στίχου εἴη ἢ ἁπλῶς ἐν τέλει νοήματος, μεθ' ἣν τίθεται στιγμή, ἀναστρέφεται πάντως, οἷόν ἐστι τῶν πάντων δ' ἔπτυσε πολὺ κάτα· ἀναστρέφομεν γὰρ τὴν πρόθεσιν, τοῦ ἑξῆς ὄντος κατέπτυσε.* Verbis *ἔπτυσε πολὺ κάτα* eodem modo scriptis (aliter corrupta in MS *περὶ προθέσεων* apud Dindorf. Jo. Al. p. XI.) utitur etiam Apollonius synt. p. 305. Guil. Dindorfius putat *πουλὺ* scribendum, et esse fragmentum Alexandrini poetae, Callimachi, ut V. D. verisimile videtur.

§. 5.

Jam licebit ad ea progredi, quae de praepositione inter substantivum et adiectivum vel inter duo substantiva posita traduntur. Fuse de hac re loquitur Sch. Ven. *B*, 839: *ποταμοῦ ἀπο Σελλήεντος.*

Πτολεμαῖος ὁ Ἀσκαλωνίτης ἀναστρέφει πρὸς τὰ προσηγορικώτερα ποιούμενος τὰς συντάξεις· ὁμοίως καὶ Νικίας. οὐκ ἔστι (l. *οὐκέτι*) *μέντοι ἐπὶ τοῦ Ξάνθῳ ἐπὶ δινήεντι* (*E*, 479) *καὶ μάχῃ ἐνὶ κυδιανείρῃ* (*N*, 113. *Ω*, 391). *ἐπεφέρετο γὰρ τὰ προσηγορικώτερα. Ὁ μέντοι Ἀρίσταρχος τοῖς κυριωτέροις συνέταττε τὰς προθέσεις, διὸ ἀναστρέφων ἀνεγίνωσκε Ξάνθου ἄπο δινήεντος* (*B*, 877). *Φυλάσσων δὲ τὸν τόνον ἐπὶ τοῦ ποταμοῦ ἀπὸ Σελλήεντος εἶτα πολλὰ εἰπὼν ὁ Ἡρωδιανός φησιν *) ὅτι*

*) Haec qui Herodianeum morem novit intelliget: primum attulerat quidquid pro Aristarchi doctrina dici posset, deinde suam infert.

ἐμοὶ μέντοι δοκεῖ τὸ τοιοῦτον ὅλον εἶδος ἀναγινώσκειν κατὰ ἀναστροφήν· εἰ γὰρ δύο ὀνόματά ἐστι καθ' ἑνὸς ὑποκειμένου λαμβανόμενα καὶ σχεδὸν ἓν ἐστι τὸ ὅλον καὶ θέλει ἡ πρόθεσις προηγεῖσθαι, (h. e. et si proprium est praepositionis praeponi) *μέση δὲ παρείληπται καθ' ὑποταγήν, ὡς ὑποτεταγμένη ἀναστραφήσεται.*

Hic igitur loquitur de duobus substantivis vel etiam substantivo et adiectivo ita coniunctis, ut una existat notio: quale est e. g. *νέα πόλις* Neapolis (v. Apollon. pron. 76. B, qui eodem artis vocabulo utitur *ὀνόματα καθ' ἑνὸς ὑποκειμένου*), *ἄκρη πόλις* acropolis. In quo genere arridet sane haec ratio. Utitur, ut statim videbimus, eodem accentu etiam in reliquis ad id genus non pertinentibus.

Ad *B*, 877 *Ξάνθου ἀπο δινήεντος· πᾶσα πρόθεσις μεταξὺ κυρίου καὶ ἐπιθετικοῦ τῷ κυρίῳ ἕπεται κατὰ Ἀρίσταρχον, κατὰ δὲ Πτολεμαῖον τῷ προσηγορικῷ, κατὰ δὲ Ἀπολλώνιον πάντως ἀναστρέφεται.* Idem h. l. Eust. p. 369. Sch. *ζ*, 89 *ποταμὸν πάρα δινήεντα. Ἀρίσταρχος ἀναστρέφει τοῖς κυριωτέροις συντάσσων τὰς προθέσεις.* De Apollonio cf. ipsum synt. p. 308, de Aristarcho sch. *P.* 240 *).

Herodian. ap. Jo. Al. p. 26, 25 *εἰ δὲ μεταξὺ πέσῃ δύο ὀνομάτων ἡ πρόθεσις, τοῦ μὲν κυρίου ὄντος, τοῦ δὲ προσηγορικοῦ, ἢ ἐπιθετικοῦ καὶ προσηγορικοῦ, ἐν πᾶσι τούτοις ἀναστρέφειν δεῖ τὴν πρόθεσιν, ἵνα τῆς ὅλης συντάξεως προηγήσηται·*

ποταμοῦ ἄπο Σελλήεντος, ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ.
Ξάνθῳ ἔπι δινήεντι, ἐπὶ τῷ δινήεντι ποταμῷ.
μάχῃ ἔνι κυδιανείρῃ, ἐν τῇ κυδιανείρῃ μάχῃ.

---

*) In sch. V. quod de Ptolemaeo est sic accipiendum, *νέκυος πέρι Πατρόκλοιο* intellexisse eum »de mortuo Patroclo,« attamen retracto accentu scripsisse.

ὁμοίως καὶ ἐὰν μεταξὺ δύο κυρίων ᾖ ἢ δύο προσηγορικῶν ἀναστρέφεται συνδέσμου συμπαραλαμβανομένου μετὰ τὴν πρόθεσιν·

νηῶν ἄπο καὶ κλισιάων,
Ἀγαμέμνονος πέρι καὶ Ἀχιλῆος,

ἵνα πάλιν προηγῆται ἡ πρόθεσις. **Quae hinc venerunt in Epimerism. Cram. I. p. 9 sive Et. M. 123, 30. Nam 154 (Et. 342) confusa nec integra. Pros. Il. Ψ, 718** *τρίποδος περι ποιητοῖο*) *ἔφαμεν περὶ τῶν τοιούτων πότερον δεῖ ἀναστρέφειν τὰς προθέσεις μεταξὺ κειμένας δύο ὀνομάτων ἢ οὔ, ὡς ἐπὶ τοῦ μάχῃ ἐνι κυδιανείρῃ. καὶ ὡς οἱ πλείους θέλουσι τοῖς ἐπιθετικοῖς συντάσσειν αὐτάς. διὸ καὶ ὁ Ἀσκαλωνίτης ἐνθάδε οὐκ ἀναστρέφει.*

Sch. BL ad Γ, 240 *νέεσσ᾽ ἐνι ποντοπόροισι*) *τὴν δὲ πρόθεσιν ἔδει μὲν ἀναστρέφεσθαι καὶ τῷ κυριωτέρῳ συντάττεσθαι· ὅμως ἀδιαφόρως συντέτακται.* **Ibid. A** *Νικίας ἀναστρέφει* (l. *οὐκ ἀν*), *οὐ συμφωνεῖ δὲ τὰ τῆς ἱστορίας αὐτῷ· φασὶ γὰρ Ἀρίσταρχον τοῖς κυριωτέροις συντάσσειν τὰς προθέσεις.* **Utrumque scholion Herodiani notam sed mutilatam referre facile cognoscitur.**

Her. Σ, 92 *ἐμῷ ὑπο δουρὶ τυπείς*) *τὴν ὑπο ἀναστρεπτέον, ἐπεὶ τὸ ἀκόλουθόν εστιν ὑπ᾽ ἐμῷ· εἰσὶ μέντοι οἳ οὐκ ἀνέστρεψαν, ἀλλὰ συνέταξαν τῇ δοτικῇ δουρὶ ἐμῷ· ἐν ἑτέροις γὰρ οὕτως αὐτὸν εἰρηκέναι „δουρὶ δ᾽ ἐμῷ κτεάτισσα“ (Π, 57).* **Ib. B:** *τὴν ὑπὸ οἱ μὲν συντάσσοντες τῷ δουρὶ ὀρθοτονοῦσιν, οἱ δὲ τῷ ἐμῷ ἀναστρέφουσιν.*

Habes igitur triplicis sententiae tres auctores nobilissimos. Aristarchus praepositionis accentum retrahebat praecedente substantivo, praecedente adiectivo Ptolemaeus, sive hoc sive illud esset Apollonius, quocum sensit Herodianus filius, ut cum Ptolemaeo Nicias et aliquammulti. Aristarchus sine dubio putabat ex natura rei substantivum antecedere debere adiectivo, ut

v. c. propria constructio sit ὑπὸ δουρὶ ἐμῷ: cum contra ὑπ' ἐμῷ δουρί, quod Aristarcho hyperbaton esset *), Ptolemaeo rationi conveniens videretur. Nam diligenter veteres grammatici quaesivere, quid in collocatione verborum rationi consentaneum esset, quid usu demum loquendi vel poetarum libertate inductum. In qua re quomodo se gesserint, paucis exemplis ex Apollonii de constructione libro petitis illustrabo.

Anceps fit (haec illius argumentatio est p. 242 seqq.) constructio, si a verbo aliquo pendet accusativus nominis vel pronominis cum infinitivo activo, qui et ipse accusativum sibi adiungit, ut in hoc ἀνάγκασόν με ὑβρίσαι σε, ποίησον Τρύφωνα φιλεῖν Ἀπολλώνιον, et in Homerico illo δὸς δέ τ' ἔμ' ἄνδρα ἕλεῖν (E, 118). Sed si ex verbis πλουτεῖ Τρύφων fit φασὶ Τρύφωνα πλουτεῖν, similiter hoc Θέων ὕβρισε Δίωνα commutabitur in λέγουσι Θέωνα ὑβρίσαι Δίωνα. Clarum est enim infinitivum subsequi debere accusativum eum, cui ut nominativo arctissime coniunctus erat. Dein hoc etiam in natura positum est causam sive id quod agit antecedere ei rei, quae ab illo aliqua ratione afficitur. Quidni igitur ita dicendum sit συνέβη ἐμὲ φιλεῖν Ἀπολλώνιον? Nam illud ἐμὲ φιλεῖν indicat actionem, Ἀπολλώνιον substantivum eum, ad quem haec actio pertinet. Sequitur igitur ut illud

δὸς δέ τ' ἔμ' ἄνδρα ἕλεῖν

hyperbaton sit, sc. pro . . . . ἕλεῖν ἄνδρα.

Simili genere argumentationis idem scriptor p. 129. sqq. utitur, ubi disputat de pronominibus encliticis et orthotonumenis. Proprie pronomen orthotonumenon verbo non magis postponendum esse quam encliticum praeponendum: neque exemplis probari posse contra-

*) Eo videntur spectare eius observationes ad *A*, 11. *Ψ*, 317.

rium. Talia enim *σήμερον ἐλάλησα κατὰ σοῦ, σήμερόν σε ἐθεασάμην, καί τυ φίλιππον ἔθηκεν*, orationis hyperbata esse pro his *κατὰ σοῦ ἐλάλησα, σήμερον ἐθεασάμην σε, καὶ ἔθηκέ σε.* Ad hoc enim rationibus in constructionis naturam inquiri ut non solum poetarum quaedam exempla videantur aliquid insoliti habere, sed ea quoque quae in consuetudine loquendi latent verborum traiectiones cognoscantur. Sic etsi dicamus *φῶς ἐστιν εἰ ἡμέρα ἐστίν*, tamen illud *εἰ φῶς ἐστιν*, mente prius concipi, neque particulam *εἰ*, etsi nonnunquam postponatur, non esse vi sua praepositivam (*καὶ οὐ πάντως οὐχὶ προταχτικὸς ὁ εἰ συναπτικός, καίτοι γινόμενος ὑποταχτικὸς ἐνίοτε*). Simili ratione argumentandi, id quod ad rem nostram facit, ostendit in diss. de adv. p. 535, 6. adiectivum sabstantivo, verbo adverbium praecedere *): hoc si non fiat, esse *ὑπερβατόν*. Haec igitur ratio quamquam lubrica est et ad errandum facilis, tamen minime caret constantia. Quare illi multo minus probandi sunt, qui sibi hac in re usum Homericum sane quam variabilem solum ducem sequendum esse arbitrabantur. Sic Σ, 192. in *ἐμῷ ὑπὸ δουρί* nonnulli eam ob causam accentum servabant, quod Homerus alio loco hoc verborum ordine usus esset *δουρί δ' ἐμῷ κτεάτισσα*; unde clarum esse, *ὑπὸ δουρί ἐμῷ* construendum esse, non *ὑπ' ἐμῷ δουρί*. Quod improbat Herodianus.

Etenim ut Ptolemaeus, sic Apollonius et Herodianus **) proprium ordinem esse voluerunt, ut hoc utar, *ἐνὶ κυδιανείρῃ μάχῃ*. Sed ab his iisdem profecti ini-

---

*) Varro contra, VIII, 4 p. 411 Speng.

**) Inde illa apud Jo. Al. *Ξάνθῳ ἔπι δινήεντι, ἐπὶ τῷ δινήεντι ποταμῷ* et reliqua, quo proprium verborum ordinem indicat. Hinc totam hanc quaestionem pendere, dicit diserte ap. Jo. p. 4, 1.

iiis de anastrophe non idem elicuerunt. Collegit enim Ptolemaeus, non praepostere proferri praepositionem nisi post adiectivum ponatur nec nisi ita fiat retrahendum esse accentum. Contra Herodianus et Apollonius sic; si *ἐνὶ κυδιανείρῃ μάχῃ* naturalis ordo est, in quo absolvitur demum sententia per totam formulam, sive *κυδιανείρῃ* sive *μάχῃ* per hyperbaton transfertur ad initium, praepositio praepostere posita est *).

Ab hac quaestione de naturali ordine pendebat etiam sententia vel potius dissensus de hoc loco, qui alius ac reliqui generis est, *K*, 18 *Νέστορ᾽ ἐπι πρῶτον Νηλήϊον ἐλθέμεν υἱόν.* Herodianus: *ἡ διπλῆ ὅτι* (haec verba aliena h. l.) *Πάμφιλος τὴν ἐπι ἀναστρέφει· πιθανώτερον δέ ἐστι τὸ ἀκόλουθον φυλάττοντας ἀναγινώσκειν ἐπὶ πρῶτον Νέστορα. οὕτως ὁ Ἀσκαλωνίτης.*

Quid secuti sunt in praepositione genitivum inter et substantivum posita? Quod ad Herodianum attinet, intelligimus rationem, qua modo ductum vidimus, in hacc non cadere. In his accentum praepositionis non retraxisse complura testimonia sunt. Ad M, 462 invenimus eum contendentem cum Tyrannione: in hac locutione *λᾶος ὑπο ῥιπῆς* Tyrannionem accentum praepositionis retraxisse, ut verborum ordo esset (*ἵνα τὸ ἐξῆς ὑπάρχῃ*) *ὑπὸ λίθου ῥιπῆς*: sed hoc non esse necessarium: quid enim obstare, quo minus accentus praepositionis sedem suam teneat verborumque ordo sit *ὑπὰ ῥιπῆς λίθου*?

Ad *Y*, 497 *βοῶν ὑπο πόσσ᾽ ἐρυμύκων* sic scribit:

---

*) Ostendemus infra Nonnum nunquam praepositionem substantivo postposuisse, sed quo minus postponeret adiectivo, ut *ἑσπερίην μετὰ δαῖτα*, minime abstinuisse. Hinc concludas, opinor, qui a grammatica subtilitate alieni sensum potius consulerent idem sensisse quod Aristarchum: hanc non esse anastropham.

οὐκ ἀναστρεπτέον τὴν πρόθεσιν· ἔχει γὰρ σύνταξιν πρὸς τὴν ἐπιφερομένην δοτικὴν τὴν ποσσίν, ὁμοίως τῷ ὣς ἄρα τῶν ὑπὸ ποσσὶ κονίσαλος ὦρνυτ' ἀελλής (Γ, 13). Ad O, 382 νηὸς ὑπερ τοίχων) οὐκ ἀναγκαῖόν ἐστιν ἀναστρέφειν τὴν πρόθεσιν, ἀλλὰ συντάσσειν τῇ τοίχων γενικῇ. Adde ad Z, 92. At nonne adversatur ipse sibi Y, 53. in illo grammaticorum dissensu de ϑεῶν ἐπὶ Καλλικολώνῃ et ϑέων ἐπὶ Καλλικολώνῃ? Scribit h. l. sic: Ἡρόδικος βαρέως ἀνεγίνωσκεν ὡς τρέχων μετοχὴν ποιῶν· ὁ μέντοι Ἀρίσταρχος περιέσπα λέγων οὕτως καλεῖσθαι τὸν τόπον ϑεῶν Καλλικολώνη, ὥσπερ καὶ Ἀχαιῶν λιμήν. οὕτως δὲ ἐχούσης τῆς ἱστορίας περισσὴ ἡ τοῦ Ἡροδίκου ἀνάγνωσις. ἡ μέντοι ἐπί πρόθεσις κατὰ ταύτην τὴν ἔννοιαν ὤφειλε προηγεῖσθαι τοῦ λόγου ὥστε εἶναι ἐπὶ ϑεῶν Καλλικολώνῃ· διὸ ἐτόλμησάν τινες ἀναστρέψαι· οἱ μέντοι περὶ τὸν Ἀσκαλωνίτην οὐκ ἀνέστρεψαν, ἀλλὰ συνέταξαν τῇ ἑξῆς λέξει· καὶ οὕτως ἐπείσθη ἡ παράδοσις, λέγω δὲ τῇ συντάξει τῆς δοτικῆς· καὶ γὰρ διὰ τῶν ἑξῆς (151) Καλλικολώνης φησὶν οὐ προσνείμας τὸ ϑεῶν „οὐδ' ἑτέρως ἐκάθιζον ἐπ' ὀφρύσι Καλλικολώνης."

Hoc ita intelligo: in eiusmodi nominum parathesi, qualis est Ἀχαιῶν λιμήν, cui simile videri potest ϑεῶν Καλλικολώνη, constans lex est, solis poetis subinde migrata, ut genitivus praeponatur. Steph. Byz. s. Δούλων πόλις: σημειωτέον δ' ὅτι Κρατῖνος ἐν Σεριφίοις πόλιν Δούλων φησίν, Ἀπολλωνίου φήσαντος μὴ δεῖν ταύτας τὰς παραθέσεις ἐναλλάσσειν δίχα ποιητικῆς ἀνάγκης. Hinc igitur, ἐπὶ ϑεῶν Καλλικολώνης naturalem ordinem rati, fuerunt qui ϑεῶν ἔπι Καλλικολώνης scriberent. Attamen non admisit hoc Ptolemaeus, nec paralosis: naturalis enim ordo visus ἐπὶ Καλλικολώνῃ ϑεῶν. Probo hoc, inquit, equidem. Nam non similia ϑεῶν Καλλικολώνη et Ἀχαιῶν λιμήν: quippe pro Ἀχαιῶν λιμήν nemo omisso genitivo dicere potest λιμήν, at pro illo poeta ipse dixit solum Καλλικολώνη.

In hac igitur nota simul de Ptolemaeo indicium est post pendentem genitivum illum non magis quam Herodianum retrahi voluisse accentum. Adde de eo et de Pamphilo testimonium ad *B*, 523.

Cum ne ii quidem, qui post adiectivum accentum retraxerunt, idem fecerint post genitivum, hoc multo minus etiam de Aristarcho verisimile est *). Nec puto aliter intelligi posse quod est apud Herodianum *B*, 523. *Ἀρίσταρχος τοῖς κυριωτέροις συνέτασσε τὰς προθέσεις*; nam in eiusmodi constructione id quod regit genitivum, ni fallor, *κυριώτερον* erit quam genitivus suspensus. Sed opus est adscribere illam Herodiani notam: *πηγῆς ἐπι Κηφισοῖο*) *Πτολεμαῖος ἀναστρέφει καὶ Πάμφιλος. Ἀλεξίων συντάσσει τῇ γενικῇ τὴν πρόθεσιν καὶ οὐκ ἀναστρέφει· Ἀρίσταρχον δὲ τοῖς κυριωτέροις συνέτασσε τὰς προθέσεις.* Quod hoc l. genitivus nomen proprium est id mihi nihil interesse visum nec eo tetendisse ratus sum Herodianum; quid enim interesse possit in hac causa inter *πηγῆς ἐπι Κηφισοῖο* et inter *πηγῆς ἐπι ποταμοῦ* non suspicor. Sed discimus Alexioni naturalem ordinem visum esse, ut hoc utar, *ὑπὸ βοῶν ποσί* et scripsisse ideo *βοῶν ὕπο ποσί*. Stetit igitur hic cum Tyrannione, et horum causa scripsit Herodianus quae iam supra attulimus *Y*, 497. *O*, 382.

§. 6.

Venimus ad id praeceptum, quod absurdissimum visum est (v. Herm. de em. gr. p. 107), tum anastrophum fieri nullam, si una praepositio alterius loco posita sit. Ac nolo equidem illius praecepti patrocinium

*) Nonno, ad quem supra recurrebam in causa Aristarchi, ut *ἑσπερίην μετὰ δαῖτα* anastrophe non visa, sic nec *Λιβύης ἐπὶ πατρόν* et similia.

suscipere: sed quomodo eo perducti fuerint aliquanto minus mirabile videbitur primum reputanti, veteres grammaticos unicuique praepositioni aliquam significationem ut suam ac propriam vindicasse. Hoc apparet ex Apollonii lexico Homerico, qui in praepositionibus (v. e. g. *ἀνὰ*, *ἐπί*, *ἔξ*, cf. Epimer. Cram. 1. p. 337 *πρός*) et quid proprie significent et ad quem transferri soleant usum indicare solet. Unde ilud quoque intelligimus quid sibi velit, nititur enim eodem more de praepositionibus iudicandi, quod est apud Apollon. synt. p. 319, ubi inter exempla, quibus praepositiones poni nonnunquam pro coniunctionibus demonstretur, est: *τὸ ἐκ ῥαθυμίας ἐν ἴσῳ ἐστὶ τῷ ἕνεκα ῥαθυμίας.* Cf. in scholiis ad Dionysii grammaticum p. 925, 32 (cf. 927, 3), quod est Apollonianum ut in istis scholiis plurima: *ἔστι δὲ ὅτε καὶ ἀντὶ συνδέσμων παραλαμβάνονται αἱ προθέσεις, ὡς φαμεν ἐκ ῥαθυμίας πέπονθας ἀντὶ τοῦ ἕνεκεν ῥαθυμίας πέπονθας.* Apollonius inspici potest etiam de coni. p. 510, 2.

Aristarchi pleraque videntur ad observandum usum poetae pertinuisse et explicandis locis formisque dubiis inservisse. Observat aliquoties in exemplis ubi *ἐπί* cum dativo est, „*ἀντὶ τοῦ παρά*“ *Z*, 15. *Z*, 25. Video, quo hoc maxime tendat: scilicet ut demonstretur hoc modo ex poetae more recte intelligi posse *Ἀθηναίης ἐπὶ γούνασι Z*, 92. 303: id quod satis intelliges ex Aristonici scholiis ad hos locos, collata etiam Porphyrii nota ad priorem *). — Notatum *εἰς* cum accusativo non loci sed personae, ut *H*, 312 *εἰς Ἀγαμέμνονα ἡ διπλῆ ὅτι ἀντὶ τοῦ πρός.* Item *X*, 492. *Ψ*, 36. Hoc observatum primum ut explicationem suam

*) Sch. *Z*, 92 *ἡ διπλῆ ὅτι* — in fine annexum habet partem Herodianeae notae de accentu, inde ab *ἡ γάρ* —

tueretur loci *Z*, 252 *Λαοδίκην ἐς ἀγουσα*: quo loco Aristonicus scribit: *ὅτι πρὸς Λαοδίκην πορευομένη „εἰς Ἀγαμέμνονα.“* Deinde ut mirae formulae *Πηλείωνα δέ* solatium haberet: ut *εἰς* cum persona coniungeretur, item hoc dictum esse, cum creberrimus usus eius formulae esset in vocabulis locum significantibus. V. schol. *Ω*, 338. — Notatum *μετά* cum accusativo *ἀντὶ τοῦ πρός*, ut *ἐλάσαι μετ' ἐϋκνήμιδας Ἀχαιούς E*, 264. Hoc cur observatum voluerit possum plura suspicari: sed vel unum dubium illum versum *πᾶσι μετὰ πληθύν* satisfecisse ut ad poetae morem in hac praepositione attenderet non dubitant qui Aristarchum norunt: erant tamen alia dubiae lectionis, ut *μετὰ στρατόν* et *κατὰ στρατόν*, *μετὰ δαῖτα* et *κατὰ δαῖτα Λ*, 484. 424. Quod *E*, 834 de dativo notatum est *νῦν δὲ μετὰ Τρώεσσιν ὁμιλεῖ) ἡ διπλῆ ὅτι ἀντὶ τοῦ ἐν τοῖς Τρωσὶν ἐστὶ μετὰ τῶν Τρώων.* similem caussam habet; imo, opinor, ex his ipsis verbis quid refutare voluerit apparebit, si concesseris veram eorum emendationem esse hanc: *ἡ δ. ὅτι ἀντὶ τοῦ ἐν τοῖς Τρωσίν ἐστιν, οὐ μετὰ τῶν Τρώων. Σ*, 492 *δαΐδων ὕπο λαμπομενάων) ἡ διπλῆ ὅτι ἡ ὑπό ἀντὶ τῆς μετά, μετὰ δᾳάδων· Ἀρχίλοχος· ᾄδων ὑπ' αὐλητῆρος.* Cavit ne intelligeretur *ὑπολαμπομενάων*. — *Ἐκ βοτάνης N*, 493 et *πρὸ φόβοιο P*, 667 et propter substantiva et propter praepositiones suo iure sibi explicationem postulabant: *ὅτι ἐστὶ μετὰ τὴν βόσκησιν, ὡς λέγομεν „ἐξ ἀρίστου παρέσομαι“ ἀντὶ τοῦ μετὰ τὸ ἄριστον*: et *ὅτι ἀντὶ τοῦ ὑπὸ φόβου, ὅ ἐστιν ὑπὸ φυγῆς* *). Et si hoc tantum legeremus M, 228 *ἡ διπλῆ ὅτι ὑποκρίναιτο ἀντὶ τοῦ ἀποκρίναιτο* nihil miraremur, hunc vocabuli usum notatum esse: sed quod *H*, 407 sic scri-

*) *Λ*, 603 *παρὰ νηός ἀντὶ τοῦ παρὰ νηΐ, ἀπὸ τῆς νηός* corruptum esse patet: nec scio quid eo faciam.

ptum est, *ὑποχρίνονται ἡ διπλῆ ὅτι πρόθεσις ἐνήλλαχται ἀντὶ τοῦ ἀποχρίνονται* hoc dubium facit, an ipse iam tanquam legem agnoverit licere vel poetae certe licere commutare praepositiones: cum tamen non commutentur, sed varie unaquaeque deflexa et translata uni principali significationi subiici debeat, nonnunquam etiam non tam in praepositione translatio sit quam in substantivo. Sic si hoc Aristarchi est *E*, 834 *τὸ ἀνά ἀντὶ τῆς κατά*, et si notavit hoc ut alio loco non prorsus simili *ἀνά* pro *κατά* tueretur, improbo: nam non *ἀνά* est pro *κατά*, sed *μάχη* pro acie. Et in universum non dubito, quin observationi soli nimium intentus nec ad penetralia tortuosarum significationum perveniens et ipse facile labi potuerit et sectatoribus multo magis peccandi ansam dare. Recentiores istam tanquam legem statuebant, quod de Apolloniis mihi non dubitandum videtur et minus etiam de Herodiano. Macrobius in Somn. Scip. II, 8 p. 164 in ed. Zeunii: „An forte poetica licentia particulam pro simili paene particula posuit, et pro sub ambas dicere maluit per ambas? . . . . Scimus autem et Homerum ipsum et in omnibus imitatorem huius Maronem saepe tales mutasse particulas.“ Apud Maximum Planudem in dialogo de grammatica caput invenitur inscriptum: *προθέσεις ἀντὶ προθέσεων*, Bachm. II. p. 30. Recentiores hoc magis magisque adhibuisse eis locis, ubi antiquioribus de hac re ne cogitaverant quidem, memorabile exemplum est hoc, quod Herodianus, qui tamen prae Aristarcho iam frequentior videtur in hoc genere, inter exempla retracti in praepositione accentus hoc ponit in catholica (Jo. Al. 27) *θεῶν ἄπο μήδεα εἰδώς*. Sed scholiasta nescio quis ad eum locum sic scribit, ζ, 12: *ἢ ἀπό ἀντὶ τῆς παρά. διὸ ὀξύνεται.*

Sed revolvimur ad accentum. Cum igitur doctrina illa paullatim radices ageret, quaesitum est, an prae-

positio pro praepositione posita distinguendi causa accentum retrahere debeat. Responsum est non fieri. Et ni fallor, ab initio non de postposita sed de praeposita praepositione cogitatum est. Certe Herodianus rem non minus in praepositione suo loco posita profert. Ad *B*, 831

ὃς περὶ πάντων
ἤϑεε μαντοσύνας

οὕτως φιλακτέον τὸν τόνον τῆς προϑέσεως. εἴτε γὰρ πρόϑεσίς ἐστιν ἀντὶ προϑέσεως παρειλημμένη ἀντὶ τοῦ ὑπὲρ πάντων φυλάσσεται ὁ τόνος, καϑότι πᾶσα πρόϑεσις ἀντὶ ἑτέρας προϑέσεως λαμβανομένη φυλάσσει τὸν τόνον· εἴτε ἀντὶ τοῦ περισσῶς, φυλάσσει τὸν τόνον . . . . Idem ad *A*, 258

οἳ περὶ μὲν βουλῇ Δαναῶν, περὶ δ' ἐστὲ μάχεσϑαι
ἢ περί ἀντί ἑτέρας κεῖται τῆς ὑπέρ· τὸν ἴδιον οὖν τόνον φυλάξει· πρόϑεσις γὰρ ἀντὶ ἑτέρας προϑέσεως παραλαμβανομένη τον ἴδιον τόνον φυλάττει. οὕτως ἔχει καὶ τὸ „ἀλλ' ὅδ' ἀνὴρ ἐϑέλει περὶ πάντων“ (287). *εἴτε* —

Quod denique ad postpositam etiam haec regula adhibita est, ut si pro alia posita dici posset communem accentus retractionem respueret, hoc, nisi momentum aliquod adhuc latet nos, incogitantiae videtur littera legis se implicantis. Herodiani quae huc pertinent notae hae sunt:

P, 242 *ὅσσον ἐμῇ κεφαλῇ περι δείδια μή τι πάϑῃσι ἐνϑάδε οὐκ ἀναστρεπτέον τὴν πρόϑεσιν, ἐπεὶ δοκεῖ ἀντὶ τῆς ὑπέρ κεῖσϑαι καὶ ἐνηλλάχϑαι πτῶσις· ἀντὶ γὰρ τοῦ ὑπὲρ ἐμῆς κεφαλῆς· διὸ καὶ σημεῖον παράκειται* *).

*) Ultima verba ab epitomatore scholiorum Herodianeae notae annexa ut compendium faceret in Aristonici observatione proferenda. Sed diplen appositam opinor tantum de commutato casu fuisse, non de commutata praepositione, Scribit enim Aristonicus ad *A*, 557 sic: *περὶ γὰρ δὲ νησῶν Ἀχαιῶν· ὅτι ἀντὶ τοῦ περὶ τῶν νεῶν τῶν Ἀχαιῶν.*

Π, 497 αὐτὰρ ἔπειτα καὶ αὐτὸς ἐμεῦ περι μάρναο
χαλκῷ
*δύναται ἀναστρέφεσθαι ἢ περὶ, ἵνα τοιοῦτό τι ᾖ περὶ ἐμοῦ μάχου· δύναται δὲ καὶ ὡς ὁ Ἀσκαλωνίτης ἀξιοῖ φυλάσσειν τὸν τόνον ἀντὶ τῆς ὑπέρ κειμένη, ἀντὶ τοῦ ὑπερμάχει· εἴρηται δὲ περὶ τῶν ἐναλλασσόντων προθέσεων ὡς φυλάσσουσι τοὺς αὐτοὺς τόνους**).

Z, 92. Ἀθηναίης ἐπι γούνασιν

In hoc scholio, ut iam supra significavi, mihi Herodiani verba videntur haec: *ἡ γὰρ ἐπί τὴν ἐπάνω σχέσιν σημαίνει* (sc. *κυρίως*)· *διὸ οὐκ ἀναστρεπτέον τὴν πρόθεσιν.* Sed decurtata sunt. Dixerat ille: ii etiam qui post eiusmodi genitivum praepositionis accentum retrahant (quod Herodianus ipse non fecit, ut vidimus) tamen hoc loco *ἔπι* scribere non debere, quia pro *παρά* sit positum.

E, 824 γιγνώσκω γὰρ Ἄρηα μάχην ἀνα κοιρανέοντα οἱ μὲν ἀνέστρεψαν, ἵνα γένηται ἀνὰ τὴν μάχην. Sed Aristarchum *ἀνά* retrahere accentum vetuisse. Deinde pergit: *ἔστι δὲ καὶ νῦν* (i. e. hoc loco) *ἐκεῖνον προσθεῖναι τὸν λόγον* (apparet ubique praecipuum quoddam Herodiani in hac caussa studium), *ὡς ὅτι ὅταν πρόθεσις ἀντὶ ἑτέρας προθέσεως παραλαμβάνηται οὐκ ἀναστρέφεται, „ἀλλ' ὅδ' ἀνὴρ ἐθέλει περὶ πάντων ἔμμεναι." „θεῖναι Ἀθηναίης ἐπὶ γούνασιν." οὕτως οὖν κἀνθάδε ἢ ἀνά ἀντὶ τῆς κατά.*

Sch. BL. hoc loco: *αἱ προθέσεις ἀντιπαραλαμβανόμεναι ἀλλήλων τοὺς οἰκείους τόνους τηροῦσιν.*

Φ. 57 οἷον δὴ καὶ ὅδ' ἦλθε φυγὼν ὑπο νηλεὲς ἦμαρ.

ἔφαμεν ὅτι ἐὰν πρόθεσις ἀντὶ ἑτέρας προθέσεως κέηται μὴ γενέσθαι ἀναστροφήν, ὥσπερ ἐνθάδε.
Sc. *ὑπό* pro *ἀπό.*

---

*) Num ex hoc scholio pro certo colligere licet iam Ptolemaeum Herodianea regula usum esse? Dubito.

Ex scholiis in Odysseam aliquot huc pertinent, quorum auctores non novimus. Horum in primo iam antea monitum est manifestum documentum esse de recentioribus vel ultra Herodianum progressis.

ζ, 12 *θεῶν ἀπο μήδεα εἰδώς*
ἢ ἀπὸ ἀντὶ τῆς παρά· διὸ ὀξύνεται.
Ib. 18 *Χαρίτων ἀπο κάλλος ἔχουσαι*
ὁμοίως ἀντὶ τῆς παρά.
σ, 257 *ἦ μὲν δὴ ὅτε τ' ἦς λιπὼν κατα πατρίδα γαῖαν τινὲς ἀναστρέφουσι τὴν κατά· ἔνιοι δὲ ἀντὶ τῆς ἀπό λέγοντες οὐκ ἀναστρέφουσι.*

§. 7.

Non magis se commendabit nobis hoc praeceptum, non retrahere accentum praepositionem, si superflua sit, *παρέλκει, πλεονάζει περισσεύει.* Herod. Ψ, 561 *χάλκεον, ᾧ περι χεῦμα φαεινοῦ κασσιτέροιο ἀμφιδεδίνηται) εἰσὶν οἳ ἀνέστρεψαν τὴν περί· ὁ μέντοι Ἀσκαλωνίτης καὶ οἱ πλείους κατὰ παρολκὴν ἐξεδέξαντο κεῖσθαι, διὰ τὸ ἀμφιδεδίνηται. διὸ οὐκ ἀναστρέφουσιν.* Z, 357 *οἷσιν ἐπι Ζεὺς θῆκε κακὸν μόρον) ὁ Ἀσκαλωνίτης ἀναστρέφει, ἵν' ᾖ ἐφ' οἷς. δύναται δὲ τὸ ἐξῆς εἶναι ἐπέθηκε. οὕτως γὰρ βούλονται καὶ οἱ περὶ Ἡρακλέωνα. ἢ περισσὴν λαμβάνειν τὴν ἐπί, ἥτις πάλιν οὐκ ἀναστραφήσεται δι' ὃν εἴπομεν λόγον· τοῦτο γὰρ βούλεται καὶ ὁ Ἀλεξίων· οὐδέν μέντοι κεκώλυκε καὶ ὁ τοῦ Ἀσκαλωνίτου· ἐπεὶ οὐχ ὁρῶ τινα λόγον ἀναγκαστικόν.* E, 862 *τοὺς δ' ἄρ' ὑπὸ τρόμος εἷλεν) βαρυτονητέον* (sc. in ultima) *τὴν ὑπό. παρέλκεται γάρ.*

Non possum hoc fusius nunc persequi et ad origines, quae ipsae ab Aristarcho repetendae sunt, me referre. Quippe admodum necesse veterum doctrinam de vocabulorum *παρολκῇ*, in quam creberrime incidimus, penitus cognoscere et quae origo, qui progressus

fuerit, quatenus veritati respondeat, quatenus dissonet et exemplis et rationibus illorum diligenter collectis efficere. Sed ad hoc fusa et ampla dissertatione opus est. Est ubi egregie et ex intimo Graece loquentium sensu de hac re commentantur, ut Apollonius Dysc. de adv. 517, 25, est, nec raro est, ubi contra videtur.

Quod ad accentum praepositionum attinet, referebat se sine dubio Herodianus ad composita illa *ἐπαρά*, *ἐπιβουκόλος*, *ἐπιῆρα* (sic scribere debebam Arist. p. 118) et similia, quae cum nihilo fere addita praepositione dicantur significantius non mutant accentum ex lege compositorum. Quod minime de nihilo esse ex adiectivorum compositorum non accentu tantum, sed etiam motione cognoscitur.

§. 8.

Praepositiones verborum potestate positi accentum retrahunt. Herod. Jo. Al. p. 28. Il. *Α*, 174. *Φ*, 110, ubi ex variorum auctorum scholiis de Aristarcho, Nicia et Nicanore res testata fiet. Apoll. lex. s. *ἔπι* et *πάρα*. Epimerism. Cram. I. aliquoties sub praepositionibus, v. maxime p. 362. Eust. p. 75 in. Max. Plan. Bachm. p. 37. Caeterum ex illorum doctrina sic prolatae praepositiones *λείπουσι ῥήμασι*, cf. Apollon. adv. 546, 33. coni. 500. synt. 6. [v. *φ*, 93 Theogn. 66.].

Sed etiam ubi non omissum est *ἐστί* vel *εἰσί*, sed sequitur, ut *πάρα γὰρ θεοί εἰσι καὶ ἡμῖν*, hunc accentum, quem in compositione habent, servant. Nam reliquae praepositiones ita prolatae per tmesin ut deinde sequatur verbum, suum gravem servant, quem habent in compositione, ut *κατὰ ταῦρον ἐδηδώς*, *κατὰ βοῦς Ὑπερίονος ἤσθιον*: sed quae cum verbo *εἶμι* composita acutum in prima habent, servant hunc ubi per tmesin a verbo substantivo disiuncta praeponuntur. Haec fuse

exponit Herodianus in pros. Il. Γ, 440. (cf. Α, 258. Θ, 4. Υ, 188. 327). Quare subit mirari cur in illo

πολλὸν γὰρ ἄπο πλυνοί εἰσι πόληος

ζ, 40, qui locus simillimus videtur illi *πάρα γὰρ θεοί εἰσι καὶ ἡμῖν*, non hac ratione in accentu voculae *ἄπο* acquieverit, sed aliam adsciverit: quo ducimur ad quaestionem de praepositionibus adverbiorum vim induentibus.

Σ, 64 *ἀπο πτολέμοιο μένοντα. Ἀρίσταρχος φυλάττει τὸν τόνον τῆς προθέσεως· ἔφαμεν δὲ ἐν ἑτέροις, ὅτι ἡ ἀπό, ἐὰν συντάσσηται τῇ γενικῇ, μὴ μεταξὺ πιπτουσῶν λέξεων, καὶ σημαίνῃ τὸ ἄποθεν, φυλάσσει τὸν τόνον· οὕτως γοῦν ἀνέγνωμεν ἀπὸ πατρίδος ἄνδρα κατακτάς* (N, 696 *αὐτὰρ ἔναιεν ἐν Φυλάκῃ, γαίης ἀπο πατρίδος, ἄνδρα κατακτάς*) *καὶ οὐκ ἐθέλεσκε μάχην ἀπὸ τείχεος* (I, 353 *ὄφρα δ' ἐγὼ μετ' Ἀχαιοῖσιν πολέμιζον, οὐκ ἐθέλεσκε μάχην ἀπο τείχεος ὀρνύμεν Ἕκτωρ, ἀλλ' ὅσον ἐς Σκαιάς τε πύλας καὶ φηγὸν ἵκανεν*), *καὶ γάρ τίς θ' ἕνα μῆνα μένων ἀπὸ ἧς ἀλόχοιο* (B, 292). *προσέθηκα δὲ μὴ μεταξὺ πιπτουσῶν λέξεων διὰ τὸ ἄπο πλυνοί εἰσι πόληος· οὐ γὰρ ἐπλησίασε τῇ γενικῇ, ἀλλὰ μεταξὺ ἀνεδέξατο λέξεις.*

B, 162 *ἐν Τροίῃ ἀπόλοντο φίλης ἀπο πατρίδος αἴης. οὐκ ἀναστρεπτέον τὴν πρόθεσιν, ὡς Τυραννίων καὶ Πτολεμαῖος· ὁπότε γὰρ γενικῇ συντάττεται ἡ ἀπό* (vides hic excidisse *καὶ σημαίνῃ τὸ ἄποθεν μὴ μεταξὺ πιπτουσῶν λέξεων*) *τηρεῖ τὸν τόνον· καὶ γάρ τίς θ' ἕνα μῆνα μένων ἀπὸ ἧς ἀλόχοιο.* Ad hunc locum B, 292 *τινὲς ἀνέγνωσαν ἄπο ἧς ἀλόχοιο κατὰ ἀναστροφήν, ἵνα σημαίνηται τὸ ἄπωθεν. ἄμεινον δὲ πείθεσθαι τῇ κατειθισμένῃ ἀναγνώσει· συντέταχται γὰρ τῇ γενικῇ.*

I, 353 *ἀπο. δύναται τῇ γενικῇ συντάσσεσθαι καὶ μη πάντως σημαίνειν τὸ ἄπωθεν.* Aut hoc dixit: potest praepositio cum genitivo construi et significare *ἄπωθεν*: „noluit pugnam ciere procul ab urbe:“ nec retrahetur

accentus. Potest vero etiam *ἀπορνύμεν τείχεος*: „noluit pugnam ab urbe amovere:“ nec sic retrahetur accentus. Aut hoc: potest *από* significare *ἄπωθεν*, nec retrahet accentum, quippe genitivo coniunctum. Sin non significatur *ἄπωθεν*, sed „ab urbe amovere,“ non opus *ἀπορνύμεν* coniungere, sed ut posuit poeta verba sic ordo servari potest. Accentus, quidquid sequeris, non mutabitur.

Π, 669 *ΠΟΛΛΟΝΑΠΟΠΡΟΦΕΡΩΝ*, *τινὲς τὴν ἀπο ἀναστρέφουσιν, ἵνα σημαίνῃ τὸ ἄπωθεν, ὥσπερ καὶ ὁ Ἀσκαλωνίτης. εἰσὶ μέντοι οἳ παρολκὴν ἐδέξαντο τῆς πρό καὶ ἐφύλαξαν τῆς ἀπό τὴν προσῳδίαν, ἵνα ᾖ τὸ ἑξῆς ἀποφέρων. οὕτως δὲ καὶ Φιλόξενος ἠξίου, ἐπεὶ πολλή ἐστι παρέλκουσα ῥ πρό, νώτου ἀπὸ πρὸ ταμὼν* (*Θ*, 475). *ἡ δὲ διὰ πρὸ Πηλιὰς ἤϊξε* (*Υ*, 276). *περὶ πρὸ γὰρ ἔγχεϊ θῦεν* (*Π*, 699). *οὕτως δὲ καὶ ἐγὼ συγκατατίθεμαι.* Cf. *H*, 334 *ἀτὰρ κατακείομεν αὐτοὺς τυτθὸν ἀπὸ πρὸ (νεῶν) τὰς δύο προθέσεις ἐγκλίνειν δεῖ, ἵνα ἡ μὲν ἀπό συντάσσηται τῇ νεῶν γενικῇ, ἡ δὲ πρό παρέλκηται.*

Ex tot, credo, testimoniis certe ipsius Herodiani rationes penitus tenemus. Nihil obscurius. Versamur in loco impeditissimo, quem expedire non licuit. Illinc hoc efficimus: in vocula *ἀπό* significante *ἄποθεν*, ubi cum genitivo coniunctum est, non retraxit accentum Herodianus: atque id vel in postposita praepositione tenuit, *γαίης ἀπο πατρίδος*, *φίλης ἀπὸ πατρίδος αἴης*. Hoc ipsum autem admodum mirabile videri debet, nisi statuas *ἀπό* ei, cum *ἄποθεν* significat, ita visum esse in adverbium abiisse, ut non magis quam cetera adverbia ulla ratione retractionis accentus posset particeps fieri, ut non magis dici deberet *γαίης ἄπο* „procul a domo,“ quam *γαίης ἔντος*. Et haec ratio convenit optime cum illo, quod ad *B*, 831 de praepositionibus adverbiorum significationem induentibus

dicit: tenere has accentum suum: „*καὶ τὸ αἴτιον ἐν ἑτέροις εἴπομεν, ὡς ὅτι πρὸς αὐτοὺς τοὺς τόνους τῶν ἐπιῤῥημάτων καὶ αὗται ὀρθοτονοῦνται*," sicut ipsi adverbiorum accentus se habent (qui retrahi non possunt), sic et hae accentum retrahere non possunt. —

Sed si hoc ita est, cur addidit „*ἐὰν συντάσσηται τῇ γενικῇ*," ut si hoc non factum tamen *ἄπο* scripsisse videatur pro *ἄποθεν*? quod confirmaveris ex *Π*, 669. Cur tam admirabili modo illam anastrophen in *πολλὸν γὰρ ἄπο πλυνοί εἰσι πόληος* explicuit, cum posset ex alia regula sua, ut vidimus, rectius et facilius? Quid enim requiritur hoc loco quam *πολλὸν ἄπεισι* multum absunt? Neutrum intelligo. Aristarchus in *ἀπό* pro *ἄποθεν* cum genitivo constructo idem tenuit quod Herodianus: non retraxit accentum (*Σ*, 64). Quid praeterea fecerit item incertum, nisi fidem habeas scholio ad *H*, 334, quod est ut Bekkerus significavit in BLV: *ἀτὰρ κατακείομεν αὐτούς τυτθὸν ἀπο προ νεῶν*) *Ἀρίσταρχος ἀναστρέφει τὴν ἀπό, ἵνα σημαίνῃ τὸ ἄποθεν. καὶ τὴν πρό ὡς πλεονάζουσαν χοιμίζει· ὁ δὲ Ἡρωδιανὸς τῆς ἀπό φυλάσσει τὸν τόνον καὶ συντάσσει αὐτὴν τῷ νεῶν· τὴν δὲ πρό ὡς πλεονάζουσαν χοιμίζει* (Reliqua pars nihil nunc pertinet ad rem nostram). Non possum confirmare hoc falsum esse, sed scio non ideo verum esse, quia in his scholiis testatum est. Et nunc ipsum video ex Bachmanni scholiis Lipsiensibus, in exemplo Lipsiensi primam partem *Ἀρίσταρχος — χοιμίζει* ne inesse quidem, sed incipit illic: *ὁ Ἡρωδιανὸς τῆς ἀπό* —

Sed fuerunt iam ante Herodianum qui *ἄπο* scriberent sive cum genitivo coniunctum sive non coniunctum, nominatim Ptolemaeus Ascalonita (*B*, 292. *Π*, 669. *B*, 162), cum genitivo in praepostere posita praepositione certe Tyrannio (*B*, 162) *).

*) Theognostus canon. Cram. II. p. 160, 33 dicit adverbia

Recentiores conspirant fere in ἄπο. Schol. Dion. gr. p. 931 *ἡ ἀπὸ ὅταν γένηται ἄπο ἐπίῤῥημα σημαίνει, οἷον ἄπο πτολέμοιο μένοντες· σημαίνει γὰρ ἐνταῦθα τὸ ἄποθεν.* Schol. ζ, 40 *βαρυτονητέον τὴν ἄπο· σημαίνει γὰρ τὴν ἄποθεν.* η, 152 *ἀναστρεπτέον τὴν ἄπο. δηλοῖ γὰρ τὸ ἄποθεν.* Eust. 166, 29 in iis adverbiis, quae a praepositionibus fingantur, adverbium ἄπο a praepositione ἀπό ductum recenset. Sch. L ad *I*, 353 *εἰ δὲ σημαίνει τὸ ἄπωθεν βαρύνεται ὡς τὸ ἄνω, ἔπι* (?). Sch. BL ad *Δ*, 77 *τοῦ δέ τε πολλοὶ ἀπὸ σπινθῆρες ἵενται· ἐὰν δηλοῖ τὸ ἄποθεν βαρύνεται ἄπο· εἰ δὲ ἀναστρέφεται πρὸς τὸ ῥῆμα, ὃ καὶ βέλτιον, οὐ βαρύνεται.* An potius hoc scholion antiquum est et Herodianeum? Id unum si constaret, quanto planius quaedam in superioribus exponere licuisset.

Περί pro *περισσῶς* non mutat accentum. Herodian. *B*, 831, ubi de ratione etiam mentionem iniicit: quo usi sumus paulo antea: *Δ*, 46. *N*, 52. AB ad *Φ*, 214. B ad *Ψ*, 718. Et. M. 142, 15. Sed Scholion Parisin. ad *Φ*, 163: *Πτολεμαῖος ὁ Πινδαρίων ἀναστρέφει τὴν περί, ἵνα σημαίνῃ τὸ περισσῶς.*

§. 9.

De monosyllabis scribit Herodianus apud Jo. Al. p. 27 *καὶ τὰς μονοσυλλάβους δέ, ἐὰν ἐπὶ τέλει ὦσι στίχου, ἀναστρέφουσιν, οἷον*

ἔλθὼν δ' ἀργυρότοξος Ἀπόλλων Ἀρτέμιδι ξύν (*o*, 410).

ῥώννυται γὰρ ὁ τόνος τῆς σύν προθέσεως, ἵνα νοῆται ἡ ἀναστροφή. τοιοῦτο ἐστὶ καὶ τὸ

οὐ μέν μοι κακὸς εἴδεται οὐδὲ κακῶν ἔξ (Ξ, 472).

---

dissyllaba in o ultimam gravem habere — *τὸ γὰρ ἀπό πρόθεσίς ἐστιν ἰσοδυναμοῦσα τῷ ἄποθεν ἐπιῤῥήματι.* Ergo ἀπό.

Cf. Eust. Ξ, 472 p. 998, 32 *ἡ δὲ ἔξ πρόθεσις λόγῳ κἄλλους καὶ αὐτὴ ἐν τέλει στίχου ἐτέθη κρουστικώτερον τῷ τόνῳ, καθάπερ καὶ ἡ πρό καὶ ἡ σύν ἐν τῷ Ἰλιόθι πρό καὶ Ἀρτέμιδι ξύν.* Idem Γ, 3 p. 371, 35 (ad *οὐρανόθι πρό*) *ἰστέον καὶ ὡς κρουστικὴ τῷ τόνῳ ἡ τῆς προθέσεως φωνὴ ἐν τῷ οὐρανόθι πρό. αἴτιον δὲ ὅτι οὐ κατασπᾷ βαρύνουσα συνέπεια, τὸ δ' ὅμοιον, ὡς καὶ ἀλλαχοῦ φανεῖται, καὶ ἐπὶ ἑτέρων γίνεται, οἷον δράσω τε πρός· καὶ μικρόν τι πρό· καὶ Ἀρτέμιδι ξύν. καὶ οὐδὲ κακῶν ἔξ.* —

Sch. Od. γ, 137

τῶ δὲ καλεσσαμένω ἀγορὴν ἐς πάντας Ἀχαιούς
βούλονται τῆς ἐς προθέσεως ῥωννύναι τὸν τόνον τινές, ἵνα δυνάμει (id quod ap. Jo. Al. dictum erat *ἵνα νοῆται*: quippe propria *ἀναστροφή*, accentus retractio, locum in his habere nequit) *ἀναστροφὴ γένηται κατὰ τὸ ὄρνιθες ὥς.*

Hinc colligimus monosyllabam praepositionem postpositam accentum suum depositum (nam *ἄτονος* nulla est praepositio, ut egregie docuit Goettl. p. 389 *) non excitasse — nisi in fine versus, et, quod paene sponte intelligitur, ante interpunctionem. Regula igitur est de monosyllabis: „*οὐκ ἀναστρέφονται*," Dion. gr. p. 641. Arc. 180. Scriptum *ΑΓΓΕΛΙΗΝΦΘΙΗΣΕΞΕΚΛΥΕΣ*: sed *ΕΛΘΩΝΑΡΓΥΡΟΤΟΞΟΣΑΠΟΛΛΩΝΑΡΤΕΜΙΔΙΞΥΝ*

---

*) Adde de *εἰς* Epimerism. Cram. II, 370, 12. Apollon. synt. 333, 10. adv. 557. Contra recentioris doctrinae est quod reg. pros. Herm. 459 in. praescribitur. Praescribitur etiam hic *εἰς*, *ἔξ*, ut *πρός*: in continua autem oratione scribi vult, ut hoc utar, *πρὸς οἶκον*, sed *εἰς οἶκον*, *ἐξ οἴκου*. Hoc idem recurrit de *εἴ*, *εἰ* in his regulis p. 461 Nr. 186, ubi aut scribendum est *τὸ εἰ ὀξύνεται* aut tale quid excidit. De *εἴ*, quod ad hanc vocalem delatus sum, adde Jo. Al. 32, 15. Choer. Bekk. 1236. Nec Apoll. synt. 333, 19 iniuria attuleris.

Ο'ΙΣΑΓΑΝΟΊΣΒΕΛΈΕΣΣΙ — κατέπεφνεν, etiam sine interpunctione.

In illo *τὼ δὲ καλεσσαμένω ἀγορὴν ἐς πάντας Ἀχαιούς* quidam, qui cavere volebant, ne quis legendi impetu *ἐς πάντας Ἀχαιούς* coniungeret, vocem post *ἀγορὴν ἐς* inhiberi commodum putantes, suaserunt ut scriberetur *ἀγορὴν ἔς πάντας Ἀχαιούς*. —

Ad Il. *Ω*, 397 *Μυρμιδόνων δ' ἔξ εἰμι* schol. B: *οὐκ ἀναστρέφεται ἡ ἔξ ὡς μονοσύλλαβος· τὸ γὰρ ἐξῆς ἐξ Μυρμιδόνων εἰμί.* Quae ut nunc leguntur quod sibi velint vix dixeris. Fuit fortasse hoc: Ordo horum verborum est quidem *ἐξ Μυρμιδόνων εἰμί* (nam *ἔξ* cum *εἰμί* non componitur nisi in tertia persona, de qua re v. Epimerismos Cram. I. p. 148, ubi et hoc est: *ἐν δὲ τῷ Μυρμιδόνων ἔξ εἰμι καὶ τέων δ' ἔξ ἐσσι τοκήων οὐ τοῦ ῥήματος ἡ πρόθεσις, ἀλλὰ τῆς γενικῆς*): attamen *ἔξ* non ideo accentum habet quod transpositum est, monosyllaba enim praepositio anastrophen non patitur, sed quod sequitur enclitica. —

Quod scholiasta Dion. gr. p. 930 dicit „*ὅτι μόνη ἡ σὺν ἀναστροφὴν ἔν μονοσυλλάβοις πέπονθεν, ὡς ἐν τῷ ἐλθὼν ἀργυρότοξος Ἀπόλλων Ἀρτέμιδι ξύν*“ mihi nihil videtur quam error raptim haurientis ab antiquis *).

In *ὡς* (*ὥς*) sine dubio idem sequebantur quod in monosyllabis praepositionibus. Cf. locos de accentu huius vocis ap. Cram. II. p. 472. I. p. 448. Scribemus ex nostro more (quamqnam omnino gravem scri-

*) Ne ab Atticis quidem omnino alienum fuisse postponere monosyllabam praepositionem admonet me Guil. Dindorfius. Agnovit *τοῦ πρὸς δ' ἐφάνθη* Oed. Tyr. 525: docetque vir argutus in Aristoph. Equ. v. 32 certa coniectura scribendum esse *ποῖον βρέτας πρός;*

bendi consuetudo quem usum habeat non video, voces singulas spatio dirimendi habet) *θεὸς δ' ὣς τίετο δήμῳ*: quod tamen non significabit accentum nunc usumptum esse, sed id quod alibi, eum, qui voculae proprius est, acutum esse consopitum in tenore orationis. Item (nam non video quo iure ulla in posterum praepositio expers accentus censeri possit) *Φθίης ἔξ ἔκλυες*, eodem sensu, non secus ac *τοῦ πρὸς δ' ἐφάνθη*. Sed ante interpunctionem et in fine versus acutus erigetur et in praepositionibus et in *ὣς*.

C. III.

Veterum praecepta de enclisi.

§. 1.

Video mihi praemittendum esse aliquid de locis quibusdam, unde haec petenda doctrina est. Apud Bekkerum Anecd. p. 1157 caput quoddam *Αἰλίου*, h. e Herodiani *περὶ ἐγκλινομένων λέξεων* legimus, in quo paucis, quae de toto hoc loco valerent, praemissis atque illa maxime observatione, quam qui de enclisi traderent inter veteres statim ab initio ponere solent, ex octo partibus orationis quinque tantum enclisin pati, quae in nominibus, quae in verbis enclisin accipiant indicat. His continuo annectenda sunt ea, quae ibidem p. 1156. 7 edita sunt sub titulo *καὶ ἄλλως περὶ ἐγκλινομένων*: per haec enim iam pergit pronominum, adverbiorum coniunctionumque enclisin persequi: atque, quod summum est, conspirant haec non ad res tantum, sed ad singula fere verba cum Arcadio:

αἱ ἀντωνυμίαι — ἐπηκολούθησεν Arcad. p. 143, 6—20.

ἐν δὲ τοῖς ἐπιῤῥήμασιν — ἐγκλίνονται Arc. p. 144, 17—25.

ἐν δὲ συνδέσμοις — Σκῶλόν τε Arc. p. 144, 27. 28 (cf. 146, 3).

διὸ σημειοῦνται — ἄνθρωπός τις Arc. p. 145, 16—25.

κἂν παροξύνοιτο — ποτε Arc. p. 146. 4. 5.

ἔτι ὀξυνόμεναι — κἀκεῖνο Arc. p. 146, 6—21.

Verba *ἐὰν — ὀξεῖαι* sunt etiam in Etym. M, 638, 15 (cf. Epim. Cram. I, 323) cum indice *περὶ παθῶν.*

κἀκεῖνο δὲ παραφυλακτέον — πυῤῥιχιακή Arc. p. 147, 5. 6.

εἰ μὲν μή ad finem Arc. 147, 13—17.

Unde simul patebit comparanti, haec non ex Herodiani libris, sed ex ipsa Arcadii epitome excerpta esse.

Quae legimus *περὶ ἐγκλινομένων* p. 1155. 6 brevem praeceptorum de enclisi summam continent, item Herodianeorum diceres, nisi hoc gravissimum interesset quod in coniunctionibus encliticis *μέν, δέ, γάῤ* numerantur: *σύνδεσμοι δὲ ἐγκλίνονται μέν, δέ, τέ, γάῤ, οἷον ἐγώ μεν, σύ δε, αὐτός τε, ἄλλοί γαῤ, καὶ τὰ τοιαῦτα:* quod veteres illi non docuerunt: de *δέ* diserte contrarium testatur Herodianus ap. Jo. Al. p. 31, 25 *). Video ex Hermanni de em. rat. gr. p. 77 haec in hortis Adonidis (quo libro careo) sub Choerobosci nomine edita esse **). *δέ* in encliticis habuit (non *μέν*) qui scripsit

---

*) De *γάῤ* cf. Apollon. coni. 508, 1

**) *δε ἐγκλινόμενον* saepe inveniri in Trincavelli et Aldi ed. Hesiodi ostendit Mützell de Hes. p. 152. »In codicibus saepissime *δέ* pro enclitica a librariis est habita« scribit Boissonade An. III. p. 192. Idem complures locos versuum politicorum notavit, ubi *δέ* et *γάῤ* enclitice positi, v. An. IV. p. 368. 389. — De *γέ μεν* in codd. et editionibus v. Buttm. gr. II. p. 385. — De accentu qui illic fertur *ἄλλοί γαῤ* recte monuit Hermannus.

Epimer. Cram. I, p. 310 *οὐ μέν πως*, quae eadem leguntur in utroque Etymologico.

Apud Arcadium duplex est epitome, brevior una p. 139—141, altera amplior 141—148.

Praeterea alia est ex Herodianeis apud Bekkerum p. 1142 *Ἡρωδιανοῦ περὶ ἐγκλινομένων καὶ ἐγκλιτικῶν καὶ συνεγκλιτικῶν μορίων.* Brevis summa regularum de enclisi denique est ap. Cram. Ep. I. p. 186 (Et. Gud. 243) s. *ἥμιν.* Extrema Herodianea, quod in ceteris omissum est, differentiam docet inter *ἐγκλινόμενον* et *ἐγκλιτικόν*: *ἐγκλινόμενον* dici verbum, quod in tenore orationis acutum in gravem mutaverit; *ἐγκλιτικόν*, quod idem faciat, sed simul in verbo antecedente acutum excitet. Hanc differentiam item apud Apollonium invenimus, qui simul utriusque nominis rationem egregie illustrat, de pron. p. 43 C. *αἱ μὲν οὖν ὀρθοτονούμεναι καὶ προτάσσονται καὶ ὑποτάσσονται, ἐμοὶ ἔδωκεν, ἔδωκεν ἐμοί· αἱ δὲ ἐγκλινόμεναι μόνως εἰσὶν ὑποτακτικαί· διαφέρει δὲ ὑποτακτικὸν ὑποτασσομένου, ᾗ τὸ μὲν πάντοτε ἐν ὑποταγῇ, τὸν δὲ ἴδιον τόνον οὐκ ἔχει, τὸ δὲ ὑποτασσόμενον καὶ προτάσσεται καὶ τὸν τόνον τὸν ἑαυτοῦ ἔχει, ἐμοὶ γὰρ ἔδωκας, ἔδωκας ἐμοί, λέγω δὲ δισυλλάβως. τὸ δ' ἔδωκέ μοι καὶ βαρύτονον καὶ μονοσύλλαβον καὶ οὐδέποτε πάντως προτακτικόν. Ὃν τρόπον καὶ ἐγκλινόμενον ἐγκλιτικοῦ· τὸ μὲν γὰρ ἐγκλινόμενον αὐτὸ μόνον κοιμίζει τὴν ᾿ξεῖαν, ΑΥΤΑΡΕΓΩΚΑΙΤΥΔΕΙΔΗΣ· τὸ δ' ἐγκλιτικὸν μετὰ τοῦ τὸν τόνον ἀποσβεννύειν καὶ τὴν πρὸ ἑαυτοῦ βαρεῖαν ὀξύνει, ᾿Απολλώνιός μοι, ἐτίμησάς με*).* Haec extrema non accurate dixit, quippe res tum nota erat: nam cum dicit *τὴν πρὸ ἑαυτοῦ βαρεῖαν ὀξύνει* et ipse

---

*) cf. adv. 536, 21 *τὰ ἐγκλιτικά, ἵνα ἐγκλινόμενα γένηται* (h. e. h. l. *ἵνα ἐγκλίνηται*), *ὑποτακτικά ἐστιν.* V. similem differentiam inter *βραχύ* et *βραχυνόμενον* sch. Dion. gr. 826, 21.

intelligi vult „in vocabulo antecedente," ut apparet ex 116. A *τὰ ἐγκλιτικὰ λεγόμενα τὴν τῆς ὑπερκειμένης λέξεως ὀξεῖαν ἐγείρει.* Hinc *ἥμεων* (et similia) quamquam inclinata sunt non sunt *ἐγκλιτικά* (inclinativa) v. ibid. Et haec item excludit Herodianus p. 1142 cum docet: *πᾶν ἐγκλιτικὸν ὑπὲρ μίαν συλλαβὴν τρίχρονόν ἐστιν* (cf. Apoll. synt. 133, 26). Haec qui reputaverit facile perspiciet recte quidem *ἐγκλιτικά* etiam *ἐγκλινόμενα* dici, quod saepissime ab Herodiano et Apollonio factum ut ab aliis (v. e. g. Psellus de gramm. ap. Boisson. an. III. p. 202), non versa vice. Et hoc quidem recte inculcatum a Joanne Charace ap. Bekker. p. 1150 *ἰστέον δὲ ὅτι διαφέρει ἐγκλιτικὸν ἐγκλινομένου, οὐχ ὡς λέγει ὁ Φιλόπονος ἐν τῇ ἀντωνυμίᾳ, ὃν ἐλέγχομεν ἐκεῖ, ἀλλὰ τῷ καθόλου καὶ τῇ μερικῇ· πᾶν μὲν γὰρ ἐγκλιτικὸν καὶ ἐγκλινόμενόν ἐστιν, οὐ πᾶν δὲ ἐγκλινόμενον καὶ ἐγκλιτικόν ἐστιν· αἱ μὲν γὰρ λέξεις αἱ ὀξύτονοι ἐν τῇ συνεχείᾳ κοιμίζουσαι τοὺς τόνους ἐγκλινόμεναι καλοῦνται, οἷον εἰ μὴ μητρυιὴ περικαλλὴς Ἠερίβοια· ἰδοὺ αὗται κοιμίζουσαι ἐν τῇ συνεχείᾳ τὸν τόνον ἐγκλινόμεναι καλοῦνται καὶ οὐχὶ ἐγκλιτικαί· ἀλλὰ πᾶν ἐγκλιτικὸν ἐγκλινόμενον.*

Sed fuerunt etiam, qui subtili distinctione *ἐγκλιτικά* solas vel *κατ' ἐξοχήν* eas dici vellent voculas, quae praeter formam enclitĭcam aliam quoque haberent *ὀρθοτονουμένην*, quae utraque forma pro diversa significatione assumeretur, ut *ἐμοῖ* et *μου*, quae autem solam encliticam haberent formam unamque significationem (ergo e. g. *εἰμί*, *φημί*, *τε*, *κε*, opinor etiam *μιν* et similia), has dici volebant *ἐγερτικάς*. Jo. Char. p. 1149 *καὶ ἰστέον ὅτι τὰ ἕνεκα διαφόρου σημαινομένου ἐγκλινόμενα ἐγκλιτικὰ καλοῦσιν, οἷον ἐμοῦ ἥκουσας, ἀντιδιαστολή· ἠκουσάς μου· ἀπόλυτος σημασία· τὰ δὲ τὴν αὐτὴν σημασίαν φυλάττοντα ἐγερτικὰ οἱ πολλοὶ (?) καλοῦσι διὰ τὸ ἐγείρειν τὴν πρὸ αὐτῶν ὀξεῖαν καὶ μηδὲν*

ἄλλο δηλοῦν· (h. e. quamquam nil aliud significant: itaque accentum illum excitant quasi non iusta causa, sed impetu quodam naturae) ὅμως δὲ κοινῶς πάντα ἐγκλιτικὰ καλεῖται*).

Docet denique Herodianus p. 1143 enclitica in pronominibus dici ἐγκλιματικά. Ἔγκλιμα de forma inclinata pronominis est apud Apollon. pron. 115. C. Licet, ut illinc patet, etiam sic loqui e. g. ἦ μοί ἔγκλιμά ἐστι τῆς ἐμοί. — In Epimer. Cram. 1. p. 187 ἐγκλιματικά in universum dictum pro ἐγκλιτικά: sed hoc ipsum ἐγκλιτικά est in eodem loco Et. G. p. 244. — Praeterea adi. ἐγκλιματικός me invenire non memini.

§. 2.

In regulis de enclisi traditis unum est, quod a nostra consuetudine omnino discrepat: scilicet in paroxytonon quoque vocabulum encliticam reiicere accentum, si in hoc vocabulo ab accentu inde rhythmus trochaicus sit, Λάμπέ τε, φύλλά τε, ἔνθά μοι, ἔνθά ποτε, τυφθέντά τε, Herod. ap. Bekk. p. 1143. 1157. Arcad. 139, 29. 146. 5. Jo. Char. p. 1149. Epimer. Cram. I. 415, 25. ib. 187, 15. Hunc iam Aristarcheum morem fuisse, patet ex Aristonici nota *Z*, 289, qua mox utar. Excipiendum ἐστί, quod post illa accentum servat in ultima, ut φύλλα ἐστί, Her. Arc. 147, 21. Bekk. 1148**). — Huc

---

*) Herod. p. 1147, 7 Bekk. ἐγερτικά dixit pro ἐγκλιτικά.

**) Quae apud Bekkerum sunt p. 1148 περὶ τοῦ ἔστιν, ea si comparantur cum Arcadio p. 147, 23 facile cognoscitur Herodianea esse. Nec conturbet quemquam quod in exemplis est Θωμᾶς ἔστι, in quo qui illa excerpsit vel transcripsit pro alio nomine Christianum intulit. Accidit enim hoc, ut locis antiquioribus homo Christianus pro vetustis exemplis Christiana nomina inferret. Sic in capite περὶ προσῳδιῶν apud Bekkerum An. II p. 674 Θωμᾶς, Δουκᾶς illata pro Ἡρακλῆς, Σοφοκλῆς, et Ἰωάννης, Πέτρος pro φί-

pertinet schol. Od. η, 200 *ἐχρῆν δύο εἶναι τὰς ὀξείας ἐν τῷ ἄλλό τι.*

Admodum memorabilis dici deberet locus quidam Characis p. 1149, si quidem fidem mereretur. Postquam enim causam protulit, cur *ἄλλου τινός* et similia accentum; suum tenerent hanc, quod in duabus syllabis subsequentibus duos accentus haud posuissent veteres (*ἐν μιᾷ λέξει κατὰ συνέχειαν δύο ὀξείας οἱ παλαιοὶ οὐκ ἐτίθουν* *). *κακοφωνίαν γὰρ ποιοῦσι*) sic pergit: *ὅθεν μέμφονται οἱ ἀκριβεῖς τὸν θέσει προπαϊκὸν ἔχοντα δύο ὀξείας ἐφεξῆς, ἄλλός τις· καὶ εὐλόγως εἰς τὴν ἀρχὴν τῆς Ὀδυσσείας ὁ Ἀρίσταρχος οὐκ ἐβουλήθη δοῦναι εἰς τὸ ἄνδρα μοι δύο ὀξείας, ἀλλὰ μίαν εἰς τὸ αν, φάσκων „ἐν ἀρχῇ ποιήσεως παράλογον οὐ μὴ ποιήσω.“* Haec tamen causa ineptior videtur quam pro Aristarcho. Si quidem maluit hoc loco *ἄνδρα μοι* scribere praeter morem, quod tamen ipsum hoc solo auctore incertum manet, alia ratione ducebatur.

Mentionem facit Herodianus pros. Il. *H*, 199 duorum locorum Homericorum, quibus idem duplex accentus ante encliticam traditus erat in vocabulo spondiaco. „*ΓΕΝΕΣΘΑΙ ΤΕΤΡΑΦΕΜΕΝΤΕ*) *ἀλλεπάλληλοι ὀξεῖαι, καίτοι σπονδειακόν ἐστιν, ἀλλ᾽ ἴσως ἵνα ἐκφύγωμεν τὸν διπλασιασμὸν τοῦ ῥήματος, λέγω δὲ τοῦ ΤΕΤΡΑΦΕΜΕΝΤΕ, ὡς καὶ ἐν τῇ τ τῆς Ὀδυσσείας* (320) *παραλόγως ἐνεκλίναμεν ἐν τῷ ΗΩΘΕΝΔΕΜΑΗΓΡΙΛΟΕΣΣΑΙ ΤΕΧΡΙΣΑΙ ΤΕ, ἵνα μη πληθυντικὸν το ῥῆμα ὑπολάβωμεν.* Non minus hoc ab Aristarcho repeten-

---

λος, νέος, ut intelliges ex variis lectionibus Bekkeri et ex Arcadio p. 191. (Cf. Epicteti enchir. paraphr. Christ. VII. XIV. XXI. XXIII. LX. LXVII. LXIX).

*) Plerumque quidem: sed gravi causa commotus non veritus est praeferre Aristarchus *Πηλείδήθελ'*.

dum, quam *ἜΝΘΕΣΑΝ' ΟΙΠΕ ΠΛΟΙΠΑΜΠΟΙΚΊΛΟΙ* (*Z*, 289. *o*, 105), quo uno versu hoc modo scripserat in vocabulo pyrrhichiaco. Ariston. *Z*, 289 *ἡ διπλῆ ὅτι ἐγκεκλιμένως ἀναγνωστέον οὕτως δύο τόνοις, καίτοι πυῤῥιχιαχῆς οὔσης τῆς λέξεως, ἵνα μὴ ἄρθρον νοηθῇ τὸ οἱ, ἀλλ' ἀντωνυμία.* Cf. Herod. *B*, 255. Arc. 145, 16. Jo. Char. 1154.

Possit in illis Homericis quaeri, an oculis potius quam auribus illa ratione scribendi consuli voluerint.

Sola pronomina inclinata a *σφ* incipientia in unumquodque paroxytonon, quemcunque rhythmum habeat, accentum reiicere. Her. *B*, 255 *ὅτι οἱ μάλα πολλὰ διδοῦσιν ἥρωες Δαναοί*) *τὸ ὅτι οἱ ἐν μιᾷ ὀξείᾳ προενεκτέον· πᾶσα γὰρ δίβραχυς λέξις πρὸ ἐγκλιτικοῦ οὐκ ἐνδέχεται ἐπάλληλον ὀξεῖαν, εἰ μὴ ἐπιφέροιτο ἀντωνυμία διὰ τοῦ σφ. Z*, 367 *οὐ γάρ τ' οἶδ' εἰ ἔτι σφιν ὑπότροπος ἔξομαι αὖτις*) *οὕτως εἰ ἔτι σφιν εἷς τόνος. καίτοι ἐχρῆν δύο, διά τὸ ἐπιφέρεσθαι ἀντωνυμίαν ἀπὸ τοῦ σφ ἀρχομένην ὁμοίως τῷ ὅτί σφισι πέφραδ' Ἀχιλλεύς* (Ρ, 138), *ἦρχε δ' ἄρά σφιν ἄναξ ἀνδρῶν Ἀγαμέμνων* (Ξ, 134). *σεσημείωται οὖν αὕτη ἡ ἀνάγνωσις μόνη, ὡς ἐν ἄλλοις ὁ Ἡρωδιανὸς λέγει.* Atque ex his scholiis patet Herodianum, ut ceteros (v. Jo. Char. 1154), hoc statuisse de omnibus pronominibus a *σφ* incipientibus; consentiunt, ut decet, excerpta Arcadii, p. 140, 24 *δεῖ δὲ προσθεῖναι χωρὶς τῶν ἀπὸ σφ ἀρχομένων ἀντωνυμιῶν· αὗται γὰρ ἀναπέμπουσι τὸν τόνον τῇ προηγουμένῃ λέξει, οἷον Ἀτρείδης σφισι, πολλάκις σφεας.* 145, 19 *σημειοῦνται καὶ τὰς διὰ τοῦ σφ ἀντωνυμίας· καὶ αὗται γὰρ πυῤῥιχίου προ (ς) κειμένου ἐγκλίνονται, ἵνά σφ' ἀγορή τε θέμις τε* (*A*, 807), *ὅτίς σφεας εἰσαφίκηται* (*μ*, 40. *π*, 228. *υ*, 188). Quare quod in epitome Herodianea apud Bekker. p. 1143 hoc ad disyllaba a litteris *σφ* incipientia pertinere dicitur id vel casu vel culpa epitomatoris lectorisve bisyllaba forte exempla prolata

videntis factum est: *πλὴν εἰ μὴ τὸ ἐπιφερόμενον μόριον δισύλλαβον εἴη ἀπὸ τοῦ σφ ἀρχόμενον· ἀκολουθήσει γαρ καὶ τοῖς παροξυνομένοις οὐκ ἐν μόνῳ τροχαίῳ, ἀλλὰ καὶ ἐν ἄλλοις ποσίν, οἷον*

ἵνά σφιν (l. *σφισι*) *δῶκ' Ἐνοσίχθων,*
ἔνθά σφεας ἐκίχανεν υἱὸς Δολίοιο Μελανθεύς (o, 212),
τόξά σφεών τις ἄριστα Κυδωνίου (Callimachi, v. Charax 1154, fragm. CCLXXXIV).

Paucorum quorundam dissensum (*ἄλλοι δέ τινες συγχέουσιν, ὡς καὶ Ῥωμανός*), qui tenerent circumflexum in monosyllaba perispomenon subsequente (*καλοῦ μου*) notat Charax p. 1150.

§. 3.

Maxime veterum grammaticorum cura versata est in pronominibus, et ita quidem, ut singulis de locis cum haud raro dissentirent de summa fere iis conveniret. Pendet autem orthotonesis vel inclinatio pronominum partim a positione partim a significatione. Et in utroque genere binae maxime spectandae sunt regulae, illic quod recto tono proferuntur si aut post praepositionem aut ab orationis initio sunt positae, hic quod item accentum suum servant si aut ad subiectum referuntur aut etiamsi hoc non fit tamen inest oppositio (*ἀντιδιασταλτικῶς, ἐν διαστολῇ, ἐν ἀντιδιαστολῇ, ἐπιτεταμένως κεῖμεναι*, cui oppositum *ἀπολύτως, ἀπολελυμένως*, discretiva — absoluta, Priscian. XVII, 9, 55). Quod hi varii canones quibusdam locis concurrunt et ad quem potissimum te dirigas quaerendum est hinc difficultas orta et contentio.

I. „*Ἀδύνατον ἐγκλινόμενόν τι ἀρκτικὸν τίθεσθαι· πῶς γὰρ ἔτι ἐγκλινόμενον τὸ μὴ δυνάμενον τὸν ἴδιον τ[ό]νον ἐπί τι προκείμενον μεταθέσθαι;*“ Apoll. pron. cf. 107. C. Synt. 131, et alibi. Herod. pros. Il. *E*,

Hoc ita firmum est, ut si quando pronomen nulla significationis vi praeditum sede sua licentius mutata locum principalem occupat, in orthotonumenon transeat. Hinc compluribus Homeri locis, quibus per significationem formam inclinatam exspectes, discretiva forma explicata. Sic in illo, λ, 91, *ἦλθε δ' ἐπὶ ψυχὴ Θηβαίου Τειρεσίαο, χρύσεον σκῆπτρον ἔχων, ἐμὲ δ' ἔγνω καὶ προσέειπεν*, quod si ex significatione iudicandum est nihil distat ab illo, λ, 470 *ἔγνω δὲ ψυχή με ποδώκεος Αἰακίδαο*. Apoll. pron. 49. 54. A. synt. 129. 146. Eodem refert Λ, 695 *ταῦθ' ὑπερηφανέοντες Ἐπειοὶ χαλκοχίτωνες, ἧμέας ὑβρίζοντες, ἀτάσθαλα μηχανόωντο*. Alii loco Homerico id adhibet pron. 138, et praeter alias rationes hoc quoque illi, qui Aristarcho intolerabilis visus, Ε, 64 *νῆας ἀρχεκάκους, αἳ πᾶσι κακὸν Τρώεσσι γένοντο Οἵ τ' αὐτῷ*: quod item Herodianus facit h. l.*). Et loco Hesiodeo op. 56 *σφὶν δ' ἄὐτοῖς μέγα πῆμα*, p. 125 (cf. Epimerism. Cram. I, 388): ubi quod ita loquitur „*ὑπὸ γὰρ Ἡσιόδου ἐν ἀρχῇ τεθεῖσα εὐλόγως ὠρθοτονήθη ἐν τρίτῳ, σφὶν δ' αὐτοῖς μέγα πῆμα*," diserte addens *ἐν τρίτῳ*, non temere factum suspicor, sed fuisse qui hoc *σφίν* pro *ὑμῖν* accipiendum defenderent. — Hinc etiam *τις*, in interrogatione sedem principalem postulans, fit orthotonumenon synt. 135, 5. —

Il. Τ, 287 est *Πάτροκλέ μοι δειλῇ πλεῖστον κεχα-*

---

*) In Herodiani nota ante *ὅμοιον* tale quid excidit ›*ἔτι δὲ συνεπέπλεκτο*,‹ v. Apoll. pron. 54. A et Herod. *O*, 226. Apud Apollonium in hac disputatione de pron. 54. A *ὅτε βαρεῖά ἐστιν ἡ ὀξεῖα* leg. *ἐξ ὀξείας*, et p. 53. A videtur mihi scripsisse *ὡσεὶ νόμον θεμένους τὸ τοιοῦτον ὡς ἀπανάγνωσμα δεῖ* . . . . Operae pretium est et h. l. et in tota de enclisi doctrina Herodiani cum Apollonio consensum animadvertere, qui ad ipsa paene verba nonnunquam pertinet. Cf. praeter nostrum locum maxime Her. Δ, 2 cum Apollon. synt. 145, 15—20 et pron. 53. V. etiam Her. Κ, 243 cl. Ap. synt. 141, 2.

ρισμένε θυμῷ. De hoc sic Apollon. pron. 67 C ἡ κλητικὴ αὐτοτελὴς οὖσα στιγμὴν ἀπαιτεῖ· διὸ οὐδέποτε αἱ ἐγκλινόμεναι μετὰ κλητικῆς τίθενται, ὅτι μὴ μόνον ἡ μοι κατὰ πρῶτον πρόσωπον διὰ φιλοφρόνησιν, Πατροκλέ μοι δειλῇ. Item Char. 1153 (εἰ μή που φιλοφρονητικὴ εἴη ἡ φράσις). Utrum haec explicatio est an observatio? (v. quaedam similia ap. Fritzschium Quaest. Luc. p. 27: alia ibi allata ne ex nostro more diiudices, sed ex veterum, ut ἄγε adverbium est, v. Apollon. adv. 533, nec ille interpunxit in ἀλλ' ἄγε μοι τόδε εἰπέ).

II. Post praepositiones pronomina enclisin respuunt. Jo. Char. 1154. Herod. *A*, 368. *K*, 208. *Y*, 2. Arcad. 144. 4. Apollon. pron. p. 138. *B*. synt. p. 127 καὶ ἕνεκα τούτου τὸ παρὰ Θεοκρίτῳ

σὺν καὶ τρίτος ἅμιν Ἀμύντας

δεόντως ἠξίωσάν τινες ὀρθοτονεῖν, h. e. nolebant ἔμιν scribi, quae est forma enclitica, sed ἅμίν, orthotonumena Dorica *). —

Cur hoc fiat primus quaesivisse videtur Apollonius: nam ad hoc accingens sese magno hiatu utitur, synt. 127, 13. Excogitavit hoc: praepositum verbo pronomen requirit ὀρθὴν τάσιν (e. g. τύπτω σε, sed σὲ τύπτω): praepositio, ut praepositivum vocabulum, natura sua praecedit verbo, quae cum secum in appositione (ἐν παραθέσει) habeat pronomen facit ut prono-

*) Nonnus XLVI, 128 ἀμφὶ δέ μιν στεφανηδὸν ἐκυκλώσαντο γυναῖκες. Et 210 ἀμφὶ δέ μιν δαςπλῆτες ἐπεζώωντο γυναῖκες. XLVII, 267 ἀμφὶ δέ μιν πτερὰ πάλλεν ἔρως θρασύς. Hunc dicendum est post ἀμφὶ encliticum pronomen admisisse interiecta coniunctione (cf. Quint. *H*, 711 ἀμφὶ δ' ἄρα σφιν. *L*, 183 σὺν δέ σφιν. ib. 300 ἐν γάρ σφιν). Nec negari poterit de Homero, Od. λ, 605 ἀμφὶ δέ μιν κλαγγὴ νεκύων ἦν. Et an in hoc tmesis esse possit, ν, 27 μετὰ δέ σφιν ἐμέλπετο θεῖος ἀοιδός, magnas dubitationes habet. μετὰ δέ σφισι πότνια Ἥβη νέκταρ ἰφυοχόει Δ, 2. Et

men etiam verbo antecedat. Ordo naturalis est e. g. *κατα σοῦ ἐλάλησα*: si *ἐλάλησα κατὰ σοῦ* dicitur, dictum est per hyperbaton.

Notat Charax p. 1154, ut discrepans ab hac regula notatum esse *παρὰ Μενάνδρῳ τὸ πρός με ἐγκλιθέν* (fr. CDXXI). Sed cum *πρός με* apud antiquiores etiam inveniatur, et apud ipsum Sophoclem, item *εἴς με* et quaedam alia*) apud poetas antiquos et celebratos, videtur Charax quod pro exemplo similium erat tanquam exemplum unicum posuisse. —

Nos quidem putabimus ex hac regula factum esse quod *ἕνεκα* sibi adiunctum habet pronomen orthotonumenon. Apollon. synt. p. 125, 22 *ἀνάπαλιν οὖν ὁ ἕνεκα σύνδεσμος φερόμενος πάντοτε ἐπὶ γενικὴν μόνον ὀρθοτονεῖ τὴν ἀντωνυμίαν, ἡνίκα τὰς τούτων γενικὰς συνδεῖ, εἶνεκ' ἐμεῖο κυνός· τίς γὰρ ἂν θαῤῥήσειεν Ἑλλήνων ἐγκλίνειν τὰ ἕνεκά μου.* Jo. Char. p, 1154 *καὶ μετὰ τοῦ ἕνεκα καὶ οὕνεκα ὀρθοτονοῦνται, ἕνεκα σοῦ, οὕνεκα σοῖ· κακῶς γὰρ ἐγκλίνουσιν.* Cf. Arcad. p. 144, 4. Sed ex veterum doctrina, ut iam vides, hoc ad aliud prorsus genus pertinet. Nam *ἕνεκα* illis non praepositio est, sed coniunctio (*σύνδεσμος αἰτιολογικός*) et locum suum invenit in coniunctionibus (Apollon. de coni. 503 sqq. adv. 553, 20. Her. Jo. Al. 40, 15. Dion. gramm.

---

in Theocriteo loco *ἄμιν* vulgatam lectionem fuisse in Apollonii verbis inest. Hoc, neglectum adhuc, tangere h. l. volui. Accuratior inquisitio, quod et cum tmesi et cum veterum doctrina de tmesi coniuncta est, et difficilis et longa. — *Μιν ἀμφί ψ*, 46. *λ*, 570.

*) Sed *ἐπί σε* Platoni dari non debebat, quod fecit Schneiderus, rep. 473. Apud Sophoclem etiam Trachin. 990 *ἔπι μοι* scribendum videtur, i. e. *ἔπεστι*, quod quamquam *ἔπι* pro *ἔπεστι* praeterea non inveniri apud Sophoclem Ellendtius docuit tamen in hexametro nihil offendet.

643). Jam regula est, omnes coniunctiones, quae ad casum feruntur, quod in omnes ne cadit quidem (cadit exempli gratia in *καί, εἰπὲ καὶ ἡμῖν*, non cadit in *ὅτι*), rectam pronominis formam sibi postulare, Apollon. synt. p. 125. —

De *ἀλτ᾽ ἐπι οἱ μεμαώς* v. infra III. 2. e.

III. 1. „*Ἔστιν οὖν ὁ γενικώτατος τρόπος τῆς ἐν αὐτα῀ς (ταῖς ἀντωνυμίαις) ὀρθῆς τάσεως, ἐπὰν ἔμφασις ἑτέρου προσώπου παραλαμβάνηται· τὸ γὰρ*

παῖδα δ᾽ ἐμοὶ λύσαιτε

εἴρηται πρὸς τὸ

ὑμῖν μὲν θεοὶ δοῖεν,

καὶ σαφὲς ὅτι τὸ ὑμῖν μὲν θεοὶ δοῖεν διὰ τῆς συνούσης τάσεως προσυνίστησι τὸ ἀνθυπαχθησόμενον πρόσωπον“ Apoll. synt. 121, 13. „*Αἱ μέντοι ὑπολειπόμεναι τῶν ὀρθοτονουμένων ἔχουσι πρὸς τὸ σημαινόμενον τὸ αἴτιον. Καὶ γενικὸν μὲν τὸ πρός τι λαμβάνεσθαι, εἰδικὸν δὲ τὸ ἀντιδιασταλτικῶς,*

σοὶ μὲν ἐγώ, σὺ δ᾽ ἐμοί·
σεῦ δ᾽ ἐπεὶ ἐξέλετο ψυχήν, (Ω, 754)

πρὸς τὸ

ἄλλους μὲν γὰρ παῖδας.

ὅ τε προκατάρξας χάριτος καὶ παρὰ το δέον παθὼν ὀρθῇ τάσει προσχρῆται, ἐμὲ ἐτόλμησας λοιδορῆσαι, ἐμφαίνων ὡς ἄλλον ἐχρῆν ἢπερ αὐτόν. ὅ τε ἀμοιβὴν ὕβρεως αἰτῶν ὀρθῇ τάσει πολλάκις χρῆται, δεῖ ἐμοῦ ὁρῶντος αὐτὸν αἰκίζεσθαι, καὶ τούτῳ δὲ πάλιν ἐμφαίνων ὡς οὐκ ἄλλου μᾶλλον ἢ ἐμοῦ.“ de pron. 49. C. cf. Herod. Arcad. 143, 25. Bekk. 1145. Hinc coniunctiones eiusmodi quales sunt *τε, καί, τε — καί, καί — καί, ἤ, μέν — δέ* (*σύνδεσμοι συμπλεκτικοί, διαζευκτικοί, ἀθροιστικοί*) ubi ad casum feruntur non ad verbum formam rectam sibi postulant, e. g. *εἰπὲ καὶ ἡμῖν*, sed *καί μοι ὑποστήτω* synt. 121′ sqq. pron. 50 sqq. Idem respicit Herod. ad. *O*, 226 in verbis *ὥςε ἀπὸ κοινοῦ λαμβάνε-*

σθαι τὸ ἔπλετο ῥῆμα, cl. Apoll. synt. 144. et respexerat *E*, 64, ut antea dictum est. cf. Arcad. 144. Jo. Char. 1154.

Memorabile primum hoc, quod editores hodie non solent reminisci: *εἰ γοῦν ἐντὸς τοῦ συνδέσμου γένοιτο ἡ ἀντωνυμία, οὐ πάντως ὀρθοτονήσεται, ἐχαρίσατό σοι καὶ Διονυσίῳ, ἐτίμησέ σε καὶ Διονύσιον.* Nam in his prior casus *οὐ συμπέπλεκται* *).

Deinde Il. Ψ, 724

ἦ μ' ἀνάειρ' ἦ ἐγὼ σέ,

hic antiquitus, et ut videtur inde ab Aristarcho traditus accentus erat. Hoc contra regulam esse observaverat Habro, Apoll. synt. 126: Apollonius assentitur ei et *ἦμ' ἀνάειρε* per crasin scribendum esse defendit, ut *τωμῷ κεχαρισμένε, τημῇ κλισίῃ*, synt. 126. pron. 51. Quod ab hac aetate plurimis acceptum fuisse videbitur. Jo. Char. 1154 *αἱ μετὰ τῶν συμπλεκτικῶν καὶ διαζευκτικῶν ὀρθοτονοῦνται· τὸ γὰρ ἦμ' ἀνάειρε τὸ ε συνεκεράσθη μετὰ τοῦ η* (Cf. Mützell. Hes. p. 38). — In *συμπλοκῇ* casuum Apollonius eosdem casus requirit. cf. synt. 217.

2. a. Pronominibus personalibus pronomen epitagmaticon **), i. e. *αὐτός* adiectum postulat illorum for-

---

*) Cf. tamen Herod. *Γ*, 160. Animadverte Apollonium dicere *οὐ πάντως*.

**) Nomen iam ab Aristarcho inductum, Apollon. pron. p. 79. A »*προείρηται ὡς παντὶ προσώπῳ ὀρθοτονουμένῳ σύνεστι, διὸ καὶ ἐπιταγματικὴ ἐκαλεῖτο ὑπὸ Ἀριστάρχου.*« Cf. 41. C *ἡ αὐτὸς πάσῃ ἀντωνυμίᾳ ἐπιτάσσεται, ἐγὼ αὐτός, ἐκεῖνος αὐτός.*« Pron. p. 147 quaerit, cur cum illud *αὐτός* et praeponatur pronominibus, *αὐτῷ τοι μετόπισθεν*, et postponatur, nomen acceperit ab hoc, *ἐπιταγματικόν*, (*ἀπὸ τῆς ὑποτάξεως*). Item factum esse ait ut in *ἐπιῤῥήματι*. Fortasse, pergit, sic videri possit dictum, ut si praepositum sit *αὐτός*, significet illud *οἷονεὶ ἐφ' ᾗ τάσσεται ἄλλη ἀντωνυμία* (hoc verbum adde post *ἄλλη* p. 148. A). Attamen hoc improbavit in ea parte disputationis, quae nunc amissa est. Redit enim ad illud de adv. p. 535, 8:

mam rectam, *ἐμοί αὐτῷ.* Apollon. pron. 46. A *τούτῳ γάρ τῷ λόγῳ καὶ ἡ μετὰ τῆς ἐπιταγματικῆς μόνως ὀρθοτονοῦνται· πάλιν γὰρ πλείων ἡ διαστολὴ τοῦ προσώπου· ἐμοῦ γὰρ αὐτοῦ ὁρῶντος, ἐμὲ αὐτὸν ἔτυψε.* v. Apollon. synt. 137. Herod. Bekk. 1146. Arcad. 144. Jo. Char. 1143. cf. Herod. *I*, 680. *K*, 243. *O*, 226. (*T*, 384).

Sed primum non valet haec lex, ubi pronomen personale postponitur, e. g. *αὐτῷ τοι μετόπισθ' ἄχος ἔσσεται* (*I*, 249), *αὐτόν σε φράζεσθαι ἆμ' Ἀργείοισιν ἄνωγεν* (*I*, 680): non dico, inquit, in tali etiam positione prorsus locum habere non posse orthotonesin, tamen est quo nitatur inclinatio: *αὐτόν με πρώτιστα συνοικισσῆρα γαίας ἔρδεξαι τεμενοῦχον.* Apollon. synt. 138. Ptolemaeus Ascalonites illic *I*, 680 *αὐτὸν σὲ* scribebat „plerumque enim amant personalia cum appositivo coniuncta formam rectam.“ Cui Herodianus praeter alia hoc opponit: *ἄλλως τε αἱ πρὸ τῆς αὐτός εἰσιν αἱ ὀρθοτονούμεναι, οὐχ αἱ μετὰ τὴν αὐτός.*

---

quem corruptissimum locum sic licet restituere: *μηδὲ ἐκεῖνό γε παραλελείφθω, τί δή ποτε, ...* (scribe *εἰ* cum Bekkero) *καὶ ἐν ὑποτάξει ἐστὶ τὰ ἐπιρρήματα τοῦ ῥήματος καὶ ἐν προτάξει ἀπὸ* (l. *οὐκ ἀπὸ*) *τοῦ προτετάχθαι τὴν ὀνομασίαν ἔλαβε; Πρὸς ὃ ἐστιν ὑπαντῆσαι ὅτι ὅμοιόν ἐστι τῷ καὶ τὴν αὐτός ἀντωνυμίαν ἐπιταγματικὴν καλεῖν· ἐπιτάσσεται* (l. *προτάσσεται*) *μὲν* »*αὐτὸς ἐκών* (corrigit Bekker *ἐγών*, non recte, v. synt. 141. pron. 29. 101) *οἱ δῶκα*« *καὶ* »*αὐτῷ τοι μετόπισθ' ἄχος ἔσσεται.*« *ὑποτάσσεται δὲ οὕτως* »*σοὶ δ' αὐτῷ μελέτω*« *καὶ ὁμοίως, ἀπὸ τῆς* (l. *οὐκ ἀπὸ τῆς*) *κατ' ἀρχὴν συντάξεως, ἐπιταγματικὴ ὠνόμασται. οὐδὲν οὖν κωλύει καὶ τὸ ἐπίῤῥημα τῇδε ἐσχηματίσθαι.* — V. denique synt. 194. — »Additivum vel appositivum« vertit Priscian. XVII, 20. »*τὸ αὐτοῦ καὶ αὐτῶν κοινόν ἐστιν ἐπίταγμα τῶν τριῶν προσώπων*« Aristonicus ad *K*, 204. *Τὸ ἐπίταγμα* i. e. *ἡ ἐπιταγματικὴ* Herod. Bekk. 1146. — Ne Lascaris quidem illius nominis immemor est. »*ἀναφορικὴ δὲ μία, ἥτις καὶ ἐπιταγματικὴ καλεῖται,*« in libello de pronomine.

Deinde apud poetas, ut apud Homerum, illa lex non semper observata est. Sic scriptum est ab Aristarcho

εἰ μὲν δὴ ἕταρόν γε κελεύετέ μ᾽ αὐτὸν ἑλέσθαι (*K*, 242).

εἰ μή τίς σ᾽ αὐτὸν κτείνῃ δόλῳ (*ι*, 409)

Εὐρύαλος δέ ἑ αὐτὸν ἀρεσσάσθω ἐπέεσσιν (*ϑ*, 396)

ἀλλά οἱ αὐτῷ Ζεὺς ὀλέσειε βίην, πρὶν ἡμῖν πῆμα γενέσθαι (*δ*, 668)

Apollon. synt. 140. Herod. Pros. Il. *I*, 680. *K*, 242. Sch. *ϑ*, 396. Apoll. synt. 137. pron. 53. Herod. *O*, 226. Apollonius ideo fecisse ait, ne constructio laedi videatur et intelligi *ἐμ᾽ αὐτόν* i. e. *ἐμαυτόν*, et *σὲ αὐτόν*, *ἕ αὐτόν* pro *σεαυτόν*, *ἑαυτόν* (quae hic locum non habent, quippe quae ad subiectum referuntur): cf. pron. 57. 58. Quod idem et iisdem verbis dicit Herod. ad *K*, 242, (unde Ptolemaeum quoque haec cum Aristarcho scripsisse videmus): Alexionem ibi refutat scribentem *εἰ μὲν δὴ ἕταρόν γε κελεύετ᾽ ἐμ᾽ αὐτὸν ἑλέσθαι.*

b. Nam, (ut id hoc loco interponamus) in eo, ut observatum et statutum erat ab Aristarcho, sic consenserunt plerique, Homerum pronomina, quae *ἀντανάκλασιν* indicant, *ἐμαυτοῦ*, *σεαυτοῦ*, *ἑαυτοῦ* non novisse hoc modo coniuncta, sed disiuncta tantummodo. Apollon. pron. p. C *τὸν μὲν οὖν Ἀρίσταρχον ἐπιμέμφεσθαί φασι τὰ σχήματα* (sc. *ἑαυτῶν*, *ἑαυτούς*, sim.), *καθὸ ἀφ᾽ ἑνικῆς συντάξεως τῆς ἑαυτόν πληθυντικὴ ἐγένετο ἢ ἑαυτούς, μάρτυρά τε ἐπάγεσθαι τόν ποιητήν, παρ᾽ ᾧ τὰ τοῖ Ἑλληνισμοῦ ἠκρίβωται, ἐν οἷς πάντοτε ἐν διαλύσει ἐστὶ τὰ τρίτα, ὁμοίως τοῖς πρώτοις καὶ δευτέροις.* Cf. synt. p. 139. 181. pron. 100—103. Herod. *A*, 271. *P*, 551 (V). Eust. p. 103. 1388. Sch. *δ*, 66. (Ariston. *K*, 204). Pauci aliter senserunt, quos notat Apollonius (synt. p. 141). *διὸ καὶ μάτην τὰ τοιαῦτα ὑπ᾽ ἐνίων προσεπνεύσθη, τὴν αὐτοῦ φιλέει, αὐτόν μιν πλῆγῇσιν, μέγα μὲν κλέος αὐτῇ ποιεῖται, καὶ ἄλλα πλεῖστα.* In his Ptolemaeum

fuisse, qui haec omnia cum aspero scriberet, ἄλλῳ δ' αὐτὸν φωτὶ κατακρύπτων, τὴν αὑτοῦ φιλέει, atque etiam αὐτόν μιν πληγῇσιν, μέγα μὲν κλέος αὐτῇς ποιεῖται *), discimus ab Apollonio pron. 101. Item ab Herodiano *I*, 342 τὴν αὐτοῦ φιλέει· ὁ Ἀσκαλωνίτης δασύνει, σύνθετον ἐκδεχόμενος τὴν ἀντωνυμίαν (hic deest aliquid)· διὸ καὶ τὰς τοιαύτας κατὰ διάλυσιν ἀναγινώσκομεν. καὶ μαχόμην κατ' ἐμ' αὐτὸν ἐγὼ (*A*, 271), καὶ πυκάσασα ἓ αὐτήν (*P*, 551). Zenodotus *A*, 271 scripserat κατ' ἐμαυτόν, Diodorus Aristophaneus καθ' αὑτούς δ', 18 (v. Athen. p. 180. e), ut eo magis appareat hanc totam rem verissimam Aristarcho deberi. Quid quod quidam etiam illud vulgaris sermonis inferebant, αὑτῶν pro ἡμῶν αὐτῶν, αὑτῶν γὰρ ἀπωλόμεθ' ἀφραδίῃσιν, ὃς δέ μοι οἷος ἔην, εἵρυτο δὲ ἄστυ καὶ αὑτούς (Ω, 499), quos acerbe increpat Apollonius pron. p. 100. B. (cf. synt. 141, 29).

c. Reprehendunt Apollonius et Herodianus Aristarcheos, quod legem statuerint de pronominibus tertiae personae primitivis, ubi recto accentu proferantur, vim compositorum habere, i. e. οἷ esse ἑαυτῷ, σφίσι ἑαυτοῖς, et reliqua: (v. Aristonic. Σ, 376 **): nam non convenire lectionem Homericam: complures esse locos, in quibus illa, quamquam suum accentum servent, tamen significationem habeant simplicis αὐτοῦ, αὐτῷ: verum quidem esse dicit Herodianus, ubi enclitice illa prolata sint non nisi simplicis significationem habere, non contra .Apollon. synt. 137. pron. 53. Herod. *Δ*, 2. *X*, 474. *A*, 368. Et est profecto Aristarcheae lectionis inconstantia. Unde apparere videtur, ipsum

---

*) *β*, 126. Apollonii, i. e. Aristarchea lectio erat μέγα μὲν κλέος αὐτῇ ποιεῖτ', αὐτὰρ σοίγε ποθὴ (non ποθὴν) πολέος βιότοιο, ut apparet ex hoc loco pron. 101. C.

**) item praescriptum de σφίσι Apoll. lex. 147, 19.

legem posuisse generalem, quae in plurimis valeret, in constituenda autem lectione et aliarum regularum concursum caute devitantem et sensum suum observantem vel os bene loquentium (ut interpunctionem aliquam ex anagnostae sui ore excepisse audimus) in re levi sane momento huc illuc inclinata ex aequo et bono quam stricto iure iudicare maluisse; qualem egregium virum in aliis cognovimus. Lectio deinde firma manebat in plurimis et apud plurimos: rationes eius, partim discipulorum ore disseminatae, aliae in oblivionem abierunt aliae deflexae sunt. Aristarcho intolerabile fuerat illud *E*, 64

Μηριόνης δὲ Φέρεκλον ἐνήρατο, τέκτονος υἱόν,
Ἁρμονίδεω, ὃς χερσὶν ἐπίστατο δαίδαλα πάντα
τεύχειν· ἔξοχα γάρ μιν ἐφίλατο Παλλὰς Ἀθήνη,
ὃς καὶ Ἀλεξάνδρῳ τεκτήνατο νῆας ἐΐσας,
ἀρχεκάκους, αἳ πᾶσι κακὸν Τρώεσσι γένοντο,
οἵ τ' αὐτῷ· ἐπεὶ οὔτι θεῶν ἐκ θέσφατα ᾔδη,

ut eum versum spurium haberet. Putabat hoc loco *οἵ αὐτῷ* nihil aliud significare posse quam „sibi ipsi.“ Aristonicus: *ἀθετεῖται, ὅτι οὐχ ὑγιῶς ἐξενήνοχεν αἳ πᾶσι κακὸν Τρώεσσι γένοντο ἑαυτῷ τε· ἔδει δὲ αὐτῷ τε* *). Non dicemus de iis, qui *οἵ τ' αὐτῷ* ad Harmonidem referebant, ut Comanus (synt. 146), vel lectionem mutabant in *αἵς* vel *ᾗς ἔτευξεν* (synt. 146. pron. 63. B, ubi *ἔτευξεν* pro *ἔτευξαν* legendum **). Sed Apollonius (ll. ll.) et Herodianus (ad *E*, 64), quomodo cum eo disputant? Primum positum esse ab initio: deinde esse *συμπλοκήν* et *διαστολήν*, tertio loco additum pronomen

*) Caeterum atheteseos non puto hanc unam causam fuisse: sed oracula etiam illa, quae non novisset Alexander, offensioni fuisse: quod ipsum prae illa grammatica quaestione deinde fere neglectum est.

**) synt. 146, 15 dele *αὐτός*.

epitagmaticum. An quidquam horum Aristarchus nescivit? Ipse scripserat

ἀλλὰ τόδ' ἠμὲν ἐμοὶ πολὺ κάλλιον ἠδὲ οἱ αὐτῷ
ἔπλετο O, 226,

Μέντορ, μή σ' ἐπέεσσι παραιπεπίθῃσιν Ὀδυσσεὺς,
μνηστῆρεσσι μάχεσθαι, ἀμυνέμεναι δὲ οἱ αὐτῷ, χ, 214.

quibus contra ipsum utuntur. At nos quaeremus: an cogitari non potest, ipsam vim, qua ab initio versus illud *οἱ τ' αὐτῷ* incidit, efficere ut haud facile aliud quid sentiatur et intelligatur hoc loco quam *ἑαυτῷ*?

In eadem sede contra quam illic fecerat, O, 226, χ, 214, scripserat δ, 668, ubi proci de Telemacho iter ingresso:

ἄρξει καὶ προτέρω κακὸν ἔμμεναι· ἀλλά οἱ αὐτῷ
Ζεὺς ὀλέσειε βίην, πρὶν ἡμῖν πῆμα φυτεῦσαι.

Debebat, Apollonius inquit, scribi *οἱ αὐτῷ* duas ob causas, primum propter pronomen appositivum, deinde quod oppositio est: *αὐτῷ* — et *ἡμῖν πῆμα γενέσθαι*. Apparet, inquit, hoc ideo fecisse, ne *οἱ αὐτῷ* esset *ἑαυτῷ*. Synt. 137. pron. 53. Nos sentire videmur, hoc loco etiamsi sit aliqua oppositio, tamen non minus delitescere, quam illis duobus locis expressam esse nec hoc argumento recte uti Apollonium. Improbat hanc lectionem item Herodianus ad O, 226: partim iisdem rationibus, partim nova. „*καθόλου ἡ οἱ ὁπότε προηγεῖται τῆς αὐτός ἀντωνυμίας κατὰ δοτικὴν πτῶσιν ὀρθοτονεῖσθαι θέλει, εἴτε εἰς ἁπλῆν εἴη ἡ μετάληψις εἴτε καὶ εἰς σύνθετον· διὸ μεμπτέον ἐκείνην τὴν ἀνάγνωσιν „ἀλλά οἱ αὐτῷ Ζεὺς ὀλέσειε“* (δ, 667). *ἐχρῆν γὰρ διὰ τὴν ἐπιφερομένην ἀντιδιαζολὴν κατ' ὀρθὸν τόνον ἀναγινώσκεσθαι* *)." Tantum dari vult externae

*) Ergo nec hoc probaverit Ω, 292 *αἶτει δ' οἰωνὸν ταχὺν ἄγγελον ὅς τέ οἱ αὐτῷ φίλτατος οἰωνῶν καὶ εὐ φράτος ἐστὶ μεγίστη*, ubi ultima pars eius annotationis excidit.

cuidam consonantiae facile cognoscendae: in qua Aristarchus non acquieverat. Caeterum illum suum dissensum de Aristarchea lectione hic in Iliaca prosodia quasi in suo regno tuetur, sed in catholica, ut solet (v. Arist. p. 264 not.), ad Aristarcheum et ab Aristarcho inde traditum textum se applicans hoc modo posuit: *ἐὰν δὲ ἐκ περισσοῦ τὸ ἐπίταγμα λαμβάνηται, ἐγκλίνονται, ἀλλά οἱ αὐτῷ Ζεὺς ὀλέσειε βίην· ἔστι γὰρ ἀλλ' αὐτῷ ψιλῶς*: quod ad Aristarcheam rationem redit *).

Alia exempla ubi haec pronomina, sine *αὐτός* posita, recto accentu protulerat, non ad generalem regulam, h. e. pro simplici *αὐτοῦ* posita, sunt apud Apollon. synt. p. 145. pron. 54 Her. *A*, 368. *Δ*, 2. *τοὺς δ' ἄγαγον ζωοὺς σφίσιν ἐργάζεσθαι ἀνάγκῃ τ*, 441. *ὁ δ' Ἀχαιῶν ἄλλον ἐλέσθω, ὅς τις οἵ τ' ἐπέοικε καὶ ὃς βασιλεύτερός ἐστι I*, 392 **). *τίς κ' οἴοιτο μετ' ἀνδράσι δαιτυμόνεσσιν μοῦνον ἐνὶ πλεόνεσσι, καὶ εἰ μάλα καρτερὸς εἴη, οἱ τεύξειν θάνατὸν χ*, 14. Nam in his animadverte ex illorum doctrina (quod non observavit Hermannus de pronom. *αὐτός* p. 321) *ἑαυτῷ, ἑαυτοῖς* falsum esse, sed solum locum habere *αὐτῷ, αὐτοῖς*: item in hoc *πτωχὸν δ' οὐκ ἄν τις καλέοι τρύξαντα ἓ αὐτόν*, i. e. *αὐτόν*, *ρ*, 387 (synt. 144).

His omnibus locis, lectionem servantes, utuntur ad demonstrandum, Aristarcheorum regulam, quam supra dixi, *οὐκ εἶναι διηνεκῆ*, ut Herodiani verbis utar *A*, 368. In aliis praepositio in causa, v. Her. l. l. Et quod dicit *Φ*, 507 (in V.) *τὴν δὲ προτὶ οἵ) τὴν ἀντωνυμίαν*

---

*) *σφίσι δ' αὐτοῖς* i. e. *αὐτοῖς δ'*, 683. v. Apoll. synt. 145. pron. 54. Her. *A*, 368. *Δ*, 2.

**) In Her. nota ad h. l. post *ὅς τις αὐτῷ* insere *ὅμως δὲ ὀρθοτονεῖται.*

ὀρθοτονοῦσιν οὐ διὰ τὴν πρόθεσιν, ἀλλ' ὅτι εἰς σύνθετον μεταλαμβάνεται, item Aristarcheos notat, quod regulam suam tot exceptionibus vacillantem ubique inculcarent, etiamsi aliam rationem possent certiorem afferre, certe non deberent eam omittere, praepositionem (v. *A*, 368).

Attamen in *μετὰ σφίσι X*, 474 idem facit quod in illis hic notat. Item *Ψ*, 698: sed excidit in his, opinor, *καὶ διὰ τὴν σύνταξιν*, ut probabile est ex *K*, 209. *Λ*, 413. *A*, 368.

d. Propter illarum regularum concursum praecipue difficilis visus ad iudicandum locus *Φ*, 174

Πηλείδης δ' ἄορ ὀξὺ ἐρυσσάμενος παρὰ μηροῦ
ἆλτ' ἐπὶ οἱ μεμαώς.

Hoc primum tangit Herodianus *A*, 368, ubi dicit pronomen cum praepositione positum semper recto tono proferri, tum exempla ponit Homerica, addit denique *τοῦ ἆλτ' ἐπὶ οἱ μεμαώς ζήτησιν ἔχοντος*. Deinde ad hunc ipsum locum: *ἡ οἱ ἀντωνυμία ἀπόλυτός ἐστι· διὸ τῆς ἐπί προθέσεως τὸ τέλος ὀξύνουσιν*. Vix omiserat huius loci commemorationem ad *A*, 239 *ἕλκ' ἐπὶ οἱ μεμαώς*, ubi nunc nihil superest quam hoc: *οἱ) ὀρθοτονητέον· εἰς γαρ σύνθετον ἡ μετάληψις*. Certe hoc etiam loco videtur praepositionis mentionem facere debuisse, quam fecit in *προτὶ οἱ δ' ἔλαβ' ἔντερα* ad *A*, 368. Sed ad eum ipsum locum *προτὶ οἱ δ' ἔλαβ' ἔντερα Y*, 418 sic scriptum: *περισπαστέον τὴν οἱ· ἔστι γὰρ πρὸς ἑαυτόν*. Sic fluctuare videtur nec inconstantiae crimen posse defugere. Ut concedit praevalere illam generalem regulam (*A*, 368), sic in *οἱ* maxime (sine *αὐτῷ*) ita ei videtur in universum suffecisse, ut plerumque satis haberet ad eam recurrere: sed alio tempore non exceptione carere cogitans ad aliam causam potius se refert, ut ad praepositionem: quod diversis locis

vel in eodem exemplo fecit. — Quo minus dicere licet, quo in illo ἐπι οἱ inclinaverit *).

e. Quam vere de Aristarcho iudicaverim videre licet in ἔϑεν. Herod. *A*, 114 ἐπεὶ οὔ ἔϑεν) οὕτως ὀξυτονητέον τὴν οὔ ἀπόφασιν, ἵν' εἰς ἁπλῆν μεταληφϑῇ ἀντωνυμίαν· τοῦτο γὰρ καὶ Ἀρίσταρχος παρήγγελεν· ἐὰν γὰρ ὀρϑοτονήσωμεν, ἔσται τὸ ἑαυτῆς σύνϑετον. οὕτως ὡς τὸ οἷ ἔϑεν ὀτρύνοντος (*O*, 199), καὶ οὓς ἔϑεν εἵνεκ' ἔπασχον (*Γ*, 128) — sic enim accentus ponendi — v. Herod. *O*, 199 et quae statim ponemus. Nam ad *Γ*, 128 **) πολέας δ' ἐνέπασσεν ἀέϑλους Τρώων ϑ' ἱπποδάμων καὶ Ἀχαιῶν χαλκοχιτώνων, οὓς ἔϑεν εἵνεκ' ἔπασχον ὑπ' Ἄρηος παλαμάων ita scribit: ἐγκλιτικῶς ἀνεγνώσϑη διὰ τὸ μεταλαμβανόμενον, ἐπεὶ εἰς ἁπλῆν ἡ μετάληψις, οὓς αὐτῆς· τοῦτο δὲ ἐπὶ τῆς ἔϑεν φασίν, ὅτι εἰ μὲν εἰς ἁπλῆν μεταλαμβάνοιτο ἐγκλιτικῶς ἀναγινώσκειν δεῖ, εἰ δὲ εἰς σύνϑετον, ὀρϑοτονητέον. διὸ κἀκεῖνα οὕτως ἀνεγνώσϑη, ἐπεὶ οὔ ἔϑέν ἐστι χερείων (*A*, 114), οἷ ἔϑεν ὀτρύνοντος (*O*, 199)· ἐκεῖνο δὲ κατ' ὀρϑὴν τάσιν „ἀπὸ ἔϑεν ὤσατο χειρί" (*Z*, 62). ὅϑεν ὁ Σιδώνιος μέμφεται Ἀριστάρχῳ μὴ ἐγκλιτικῶς ἀναγνόντι τὸ πρόσϑεν ἔϑεν φεύγοντα (*E*, 80)· ἡ γὰρ διάνοια ἁπλῆν αἰτεῖ τὴν μετάληψιν (cf. Apoll. pron. 55). In hoc igitur genitivo ita valebat lex apud Homerum, ut Aristarchus eam poneret ipse. Neque tamen ideo verebatur discedere et scribere πρόσϑεν ἔϑεν φεύγοντα, sine dubio propter adverbium praepositioni simile. At quam illi analogetici, qui non modice sequebantur analogiam, (cf. Aristarch. p. 259) omnia disperdidissent (in Sidonio autem hanc haerere culpam etiamnunc fragmenta quamvis pauca docent),

---

*) νεῦσ' ἐπὶ οἷ καλέσας (*ρ*, 230) commemorat Herodianus *T*, 384. — Cf. locos Spitznero ad *Φ*, 174 allatos, Apollonianos maxime, in quibus scribitur ἐπί οἱ (i. e. ἐπ' αὐτῷ).

**) Transiit haec nota Herodiani in Et. M. 124, 8.

hic etiam videmus. Aristarchus si scripsit *πρόσθεν ἔσθεν*, quamquam idem non secutus est in coniunctione postposita *οὕς ἕθεν εἵνεκ'* (cf. *μιν ἀμφί*), habebat cur ita faceret: eam certe ei causam non fuisse videmus, ut crassa Minerva suae legi inhaereret.

Quid quod etiam fuerunt, qui quod *ἐμέθεν* *) et *σέθεν* apud Homerum tantum orthotonumena invenirentur, eam ob causam tertiam etiam personam solo cum recto accentu proferendum dicerent? Quos refutat Apollonius pron. 98. (Hoc an recte dicat, primam et secundam casu tantum apud Homerum non nisi orthotonumena inveniri quaeri potest). — Schol. BL ad *Γ*, 128 *ἕθεν ἐγκλιτικῶς· τὸ δὲ ἐμέθεν καὶ σέθεν μόνον ὀρθοτονοῦνται παρ' αὐτῷ.* Eust. p. 61, 28 *ἐπεὶ οὗ ἕθέν ἐστι χρειῶν· τὸ δὲ οὗ ἕθεν ἦγουν οὐκ αὐτῆς ἐστι χρειῶν τὰ τῶν ἀντιγράφων ἀκριβέστερα οὗ ἕθεν προπαροξυτόνως ἔχουσιν, ὡς τῆς ἕθεν ἀντωνυμίας ἐγκλινούσης τὴν οἰκείαν ὀξεῖαν τῇ ὄπισθεν συλλαβῇ.*

f. Caeterum in oppositione quaerenda vereor ne grammatici putidae se nonnunquam diligentiae dederint et usum multo liberiorem servili lege adstrinxerint. Schol. BL ad *B*, 190 *Δαμόνι', οὗ σε ἔοικε κακὸν ὣς δειδίσσεσθαι) οὗ σε ἡ μὲν ἀκρίβεια ὀρθοτονεῖ, ἐγκλίνει δὲ ἡ συνήθεια.*

Quae mihi *ἀκρίβεια* illam in memoriam revocare solet, qua quondam audivi pronuntiantem

die goldne Kette gieb mír nicht,
die Kette gieb den Rittern.

Refutantur illi per ipsum Homerum, *O*, 196 *χερσὶ δὲ μήτι με πάγχυ κακὸν ὣς δειδισσέσθω.* — Pertinet huc Herodiani nota ad *Z*, 355 *δᾶερ, ἐπεί σε μάλιστα πόνος*

*) *μεθέν* (sic certe scribitur) enclitice ex Sophrone affert Apollon. pron. 98.

φρένας ἀμφιβέβηκεν. Esse quidem hoc loco oppositionem: *ἡ μέντοι κοινὴ ἀνάγνωσις ἀνέγνω ἐγκλιτικῶς ἀεὶ τὴν τοιαύτην σύνταξιν.* Post *ἐπεί* ubique traditum esse encliticum *σε*: in exemplis quae profert est etiam nostri simillimum *ἐπεί σε πρῶτον ἱκάνω.* Mihi, inquit, videntur qui hoc modo scripserunt primam personam secuti esse, et recte quidem secuti esse: nam semper post *ἐπεί* apud Homerum invenitur *με* non *ἐμέ.* Haec observatio similis est illi eiusdem grammatici de dativo *οἵ αὐτῷ.* — Nos tenebimus usum *ἐπεί σε μάλιστα* et *ἐπεί σε πρῶτα* comprobatum habuisse. — Aristarchum, quem ubique sui similem invenimus, certe non inhiasse huic pronominum oppositioni, testimonium est *A*, 214 *σὺ δ' ἴσχεο, πείθεο δ' ἡμιν*: ubi schol. BL *τὸ δὲ ἡμῖν ὀρθοτονεῖται· ἀντιδιέσταλται γὰρ ἀντὶ τοῦ ἡμῖν πείθου καὶ μη τῇ σῇ ὀργῇ· κακῶς οὖν Ἀρίσταρχος συστέλλει τὴν μιν.*

§. 4.

Denique de singulis quibusdam pronominibus quaedam scitu digna huc conferam. Quasi summam qandam continent eorum quae omnino enclisin non ferunt haec in syntaxi p. 131 *μόνως ἐγκλιτικαὶ ἐπενοήθησαν ἡ σφίν καὶ ἡ σφέ καὶ ἡ μίν καὶ ἡ τοί διὰ τοῦ τ γραφομένη καὶ ἡ παρὰ Δωριεῦσι τύ*) *κατ' αἰτιατικὴν πτῶσιν καὶ αἱ δυϊκαὶ τοῦ τρίτου προσώπου.* (cf. Herod. Bekker. 1145).

Τοί. Forma enclitica: *ὀρθοτονεῖται δὲ καὶ παρὰ Ἀλκμᾶνι συνήθως Δωριεῦσιν·*

ἄδοι Διὸς δόμῳ ὁ χορὸς ἁμός, καὶ τοί, Φάναξ. p. 105. A. — Apollon. p. 105**) egregie illustratur ex

---

*) pron. 68. 106. C. Synt. 15. 120, 14.

**) scribe *ἀλλὰ ταῦτα μελήσει τῷ Ἀρι.*

Crameri Anecdotis p. 409. Zenodotus, ut hinc videmus, *E*, 428 scripserat *οὐ τοί, τέκνον ἐμόν* — falso diastolen inferens: quem recte refutant*) — Herod. *A*, 76. 294.: cl. *γ*, 50, ubi leg. *ἀγνοῶν* et *οὐ παρ.*

Αἱ δυικαὶ κατὰ πρῶτον καὶ δεύτερον πρόσωπον πάσης πτώσεως μόνον ὀρθοτονοῦνται. Cf. synt. p. 134, ubi contra et haec sunt: *αἱ γοῦν κατὰ τὸ τρίτον πρόσωπον μόνως ἐγκλιτικαί* pron. 47. B. 109. Quae confirmant Buttmanni observationem lexil. p. 62 not. — Herod. *Θ*, 402. Arc. 143.

Quae ab initio ε assumunt, ut *ἕοι*, *ἕε*, tantum orthotonumena. pron. 106. 107,

De pronominibus primae et secundae personae pluralibus Eust. p. 1407, 40 (α, 166) *ὅτι τὸ ἡμῖν καὶ ἡμῶν καὶ ἡμᾶς ἐγκλίνονται μὲν παρὰ τοῖς παλαιοῖς, οὐκ ἀναπέμπουσιν δὲ ἑτέρᾳ λέξει τὸν τόνον, ἀλλ' ἀναπέμπουσιν εἰς τὴν οἰκείαν παραλήγουσαν, οἷον ἥμιν, ἥμων, ἥμας· ὥσπερ καὶ ἐνταῦθα πολλὰ τῶν ἀντιγράφων ἔχουσιν· οὐδέ τις ἥμιν θαλπωρή· μονόχρονος μὲν οὖν ποτε λέξις ἐγκλιθήσεται, οἷον τὸ τίς, καὶ δίχρονος, οἷον τὸ τινές, καὶ τρίχρονος, οἷον τὸ φημί καὶ τινῶν· τετράχρονος δὲ λέξις οὐκ ἂν ἀπαλλαγείη παντελῶς τοῦ οἰκείου τόνου, ὡς διὰ τὸ βριθὺ τῆς τετραχρονίας κωλυομένης τῆς προπαροξυτονήσεως.* Quae tota sunt antiquae doctrinae: nisi quod praeteriit h. l., esse duplicem formam encliticam, ut *ἥμιν* et *ἧμιν*. Synt. 130. pron. 43. B. 79. A. 116. A. 122. 123. 124. Arcad. 143. Et. M. p. 432, 30 (schol. *A*, 147). p. 84, 14. Cram. An. I, 186 (Et. Gud. *ὑμῖν*). [Eust. 1112, 37].

Ad *Ὑμέων*, *ἡμέων* enclitice *ὕμεων*, *ἥμεων* pertinet Herodiani nota *O*, 494 (cf. etiam V h. l.). *Μηδ' ἧμας*

---

*) *νῦν δέ τοι οἴῳ πάμπαν ἀφείλετο νόσιμον ἦμαρ* τ, 369 est: negavit tibi, et quidem soli.

ὑπεκφύγοι (π, 372) Apollon. pron. 127. A. — Sed quando ἧμιν scripserint apud Homerum, quando ἦμιν de hoc vellem plura haberemus testimonia. In his paucis memorabile hoc Herodiani *A*, 147 ὅφρ᾽ ἧμιν Ἑκάεργον ἰλάσσεαι) οὕτως ὀξυτόνως τὴν ἄρχουσαν τοῦ ἧμιν· ἁπλῆ γάρ ἐστιν· ἐκτατέον δέ καὶ τὴν τελευταίαν· δεῖ γὰρ ῥωννύναι μᾶλλον τὸ μέτρον. Cf. eundem ad *A*, 579. Attamen Aristarchus in schol. BL ἦμιν dicitur scripsisse *A*, 214, in fine versus.

Σφᾶς. ἔσθ᾽ ὅτε συστέλλει τὸ α κατ᾽ ἔγκλισιν, συζύγως τῇ μηδ᾽ ἦμας ἐν τῷ

μέγα δέ σφας ἀποσφήλειε πόνοιο (*E*, 567).

Haec etiam tum lectio erat ϑ, 315. p. 128 σαφές ἐστιν ὡς ἐγκλιθεῖσα ἐν τῷ οὐ μέν σφας ἔτ᾽ ἔολπα περιεγράφετο τῆς περισπωμένης *). Obscurius est quid in his insit apud Arcad. 179 τὴν σφᾶς οἱ μὲν ὀξύνουσιν, οἱ δὲ περισπῶσι.

Αὐτόν, ut constat, inclinatum est M, 204. Schol. οὕτως ἐγκλιτέον τὴν ἀντωνυμίαν κατ᾽ αἰτιατικὴν πτῶσιν μέμνηται καὶ Ἀπολλώνιος. v. Jo. Char. p. 1153, Wolfio accitus praef. II. XLVI. Multo magis memorabiles loci Apollonii pron. p. 77: p. 33. 41. C. 45. C. 47. C. Videmus id etiam quam constanter antiquitus haec lectio tradita fuerit: et ipse Trypho, qui vituperator exstitit, modestius eam videtur impugnare. „Τρύφων δὲ παρῄνεσε καὶ ταύτην ὀρθοτονεῖν.“ Patet etiam (78. Λ) errasse Hermannum (de em. gr. 83) cum ex loco Characis fuisse concluderet qui genitivum atque dativum etiam pro encliticis haberent. Apud Joannem legendum est ἀλλ᾽ οὐδ᾽ ὡς pro ἀλλ᾽ ὡς (cf. Apoll. 78. C). Genitivus et dativus cur encliticam formam non in-

*) In epicis praeter Homerum non novi σφᾶς nisi ex Opp. *B*. 231. Cyn. *A*, 471.

duere possint, Apollonius exponit. Attamen dicit (79. A) hos casus, si sine ulla significationis vi dicantur, a loquentibus non deberi intentiore accentu proferri, sed remisso. „*ὅθεν οὐδὲ ἐπὶ τῆς ἀπολελυμένης σημασίας δεῖ τὸν τόνον τῆς περισπωμένης τρανότερον προφέρεσθαι, ἀλλὰ νοεῖν ὅπως τὸ τῆς ἐγκλίσεως σχῆμα φυλάσσηται.*“ Corrigo *ἀλλ᾽ ἀνιέναι*, cl. p. 45. C.

§. 5.

Restat ut de verbis particulisque dicam. Quod faciam quam fieri potest brevissime. Namque ea tangam potissimum, si qua sunt a nostra consuetudine abhorrentia vel inter ipsos veteres disceptata.

De verbo *ἔστι* duplex praescriptio apud Eustathium est, altera 1600, 13 (ϑ, 357) *ἰξέον ἐν τῷ οὐκ ἔστ᾽ οὐδὲ ἔοικεν ὅτι τὸ ἔστιν οὐχ ἁπλῶς ἐνταῦθα παροξύνεται, ἀλλὰ κατὰ παρατήρησιν ἀρχαίαν τοιαύτην. τὸ ἔστιν ἡνίκα ἄρχεται λόγου ἢ ὑποτάσσηται τῇ οὐ ἀποφάσει ἢ τῷ καὶ συνδέσμῳ ἢ τῷ ὡς ἐπιῤῥήματι παροξύνεται· οἷον ἔστι πόλις Ἔφυρη, οὐκ ἔστ᾽ οὐδὲ ἔοικεν, καὶ ἔστι, ὡς ἔστι δεινόν· εἰ δὲ ὑποτάσσεται ὀξυτόνῳ λέξει ἢ περισπωμένῃ ἢ τροχαίῳ προπερισπωμένῳ ἢ προπαροξυνομένῃ λέξει, ἐγκλίνεται κατὰ τοὺς κανόνας τοῦ Χάρακος οἷον ἀγαθός ἐστιν, Ἑρμῆς ἐστι, κῆπός ἐστιν, ἄδικός ἐστιν· εἰ δὲ πρόκειται τοῦ ἔστι πυῤῥίχιος παροξύτονος ἢ σπονδεῖος ἴαμβος ἢ ἴαμβος παροξυτονούμενος, τὸν τόνον ἐπὶ τοῦ ι ἔχει, φίλος ἐστίν, Ἀγαμέμνων ἐστίν, ἔρως ἐστίν.* Haec quae a Charace se petisse dicit in ipsis paene verbis conspirant cum iis, quae sub Herodiani nomine tradita habemus. Be. 1148. Arcad. 147 (cf. Arc. 142. Be. 1158). Omisit Eustathius, ut ex ipso apparet, regulam de trochaeo paroxytono *φύλλα ἐστί*. In iis vocabulis, post quae *ἔστι* scribendum sit, turbavere librarii: ubi plurima recensentur, apud Bekkerum p. 1148, habemus *οὐ*, *καί*, *εἰ*, *ἀλλά* (sic leg. pro *ἄλλῳ*), *ὡς*, *τοῦτο*.

Quibusdam locis tantummodo de ἔστι initiali et vocabulum οὐ sequente monetur, sch. A ad *Z*, 152. Cram. An. I, 148. Sch. BL ad *A*, 62. — Alterum apud Eustathium praeceptum est p. 880, 22 *ἰστέον δέ ὅτι περὶ τοῦ ἔστιν οὕτω φασὶν οἱ παλαιοί· τοῦ ἔστιν ἡ πρώτη ὀξύνεται, ἐπειδὰν ὑποφαινώμεθα περί του ὡς ὑπάρχει οἷον ἔστι πόλις Ἐφύρη· ὅταν δὲ, φασί, πρὸς ἐρώτησιν ἀποκρινώμεθα, τὴν ὑσέραν ὀξυτονητέον.* Hoc iisdem verbis legitur apud Photium in lexico *). Herodiani tempore ad significationem verbi non videntur respexisse.

De imperativo ἔστε non enclitico v. Apollon. synt. 263, 6. Herod. *Γ*, 280. (cf. Eust. 1457, 40. Et. M. 382, 1: item φάτε imper.).

Ab εἰμί secunda persona est εἶς (non εἶς: quod est ab εἶμι) Herod. *μον.* λ. 44, 21 (ubi εἶς bis scribendum pro ἦς). Cramer. An. I, 432, 30. II, 370, 9. cl. Apollon. adv. 557. Hoc encliticon (non εἶ): Herod. Bekk. 1144. Char. 1151.

Caeterum de verbis εἰμί atque φημί idem veteres sequebantur quod nos, ita ut vix unus vel alter aliud quid doceret.

A. *ἐγκλίνεται δὲ καὶ τὸ ἐστόν δυϊκόν, οἵ μοι φίλτατοί ἐστον· οὕτως ἔχει καὶ ἡ ἀνάγνωσις, μὴ πεισθεῖσα τοῖς ἐναντιουμένοις, φημὶ δὲ Τηλέφῳ Περγαμηνῷ.* Jo. Char. 1151.

B. *τινὲς δὲ ἔλεγον αὐτὸ (τὸ φημί) μὴ ἐγκλίνεσθαι, ὡς ὁ προειρημένος Τήλεφος, ᾧ οὐκ ἐπείσθη ἡ παράδοσις.* id. p. 1152 Tyrannio scripsit *φῆμι, Αἰολικώτερον*, sed opinor tantummodo ab initio, ut in *φῆμι γὰρ οὖν κατανεῦσαι*, Eust. 1613, 19.

---

*) Quid sibi vult schol. V ad Ψ, 549 *ἔστι τοι ἐν κλισίῃ χρυσος πολύς. ἐπαγγελματικῶς τὸ ἔστι. διὸ ὀξέως.*

C. τὰ δὲ πληθυντικὰ (τοῦφημί) οὐκ ἐξωμάλισαι, ἀλλὰ παρὰ μὲν τοῖς πολλοῖς καὶ μάλιστα τοῖς ἀκριβέσιν ἐγκλίνεται, ἄνθρωπόν φαμεν, ἄνθρωπόν φατε, ἄνθρωπόν φασι, παρά τισι δ' οὔ, οἷς ἡ ἀκριβὴς ἀνάγνωσις οὐκ ἐπείσθη. Char. 1152.

§. 6.

De particulis complures sunt apud Eustathium loci paulo obscuriores eam ob caussam, ut videtur, quod accentum eorum proprium non distinguebat ab eo, quem ab subsequente enclitica accipiunt. Ponam hos locos p. 147, 10 (*A*, 542) τὸ δὲ πώ μοι (οὐδέ τί πώ μοι) ὀξύνεται ὡς ἐγκλινόμενον, καθὰ δηλοῖ καὶ τὸ ἐσθλὸν δ' οὔτε τί πω εἶπας, καὶ τὸ οὐ γάρ πω τοίους ἴδον ἀνέρας· τὰ γὰρ ἐγκλινομενα, εἴ ποτε τόνον κληρονομήσουσιν, ὀξὺν αὐτὸν ἔχουσιν, οἷον φημί σοι, συί φημι, καὶ τὰ ὅμοια· διὸ καὶ πώποτε καλῶς δι' ὀξείας ἐκφέρεται τάσεως, ὡς καὶ τὸ πώμαλα· οἱ γὰρ περισπῶντες αὐτὸ δυσαπολογήτως εἰς ἀπόδοσιν αἰτίας ἔχουσι· τὸ γὰρ ἐν ἁπλότητι μὴ περισπώμενον πῶς ἂν ἐν συνθέσει περισπασθήσεται; 969, 50 ad Ξ, 104 ὦ Ὀδυσεῦ μάλα πώς με καθίκεο θυμὸν ἐνιπῇ. ἰστέον δὲ ὅτι ἐν τῷ μάλα πώς με οὐκ ἂν εὐλόγως περισπάσῃ τις τὸν πως παραπληρωματικόν. ἀλλ' ἐξ ὀξείας κοιμηθείσης εἰς βαρεῖαν αὖτις γενήσεται (insere ὀξεῖα) ἐγκλιτικῶς· ὁποῖόν τι καὶ ἐν τῷ πώποτε γίνεται καὶ ἐν τῷ πώμαλα. p. 930, 55 ad *N*, 272 τὸ δὲ ἄλλον πού τινα λήθω οὐκ ἂν ἔχοι ἀμφιβολίαν ὅτι διστακτικὸν καὶ διὰ τοῦτο ἀνόξυντον ἔχει τὸ που, ταὐτὸν δὲ εἰπεῖν βαρύτονον ἐν τῇ συνεπείᾳ· εἰ δὲ τοῦθ' οὕτως ἔχον ἐστί, καλῶς ἄρα ἡ ἐγκλιτικὴ ἀκολουθία ὀξύνει αὐτὸ πρὸς ὁμοιότητα τοῦ πώποτε· εἰ δέ τις αὐτὸ περισπᾷν ἐθέλει, μὴ φειδέσθω τοῦ γραφικοῦ μέλανος. Bilem movent pio episcopo grammatici, qui tam imprudenter vulgarem scribendi usum aspernarentur. p. 417, 17 ad *Γ*, 302 τὸ δὲ οὐδ' ἄρα πώ σφιν οὐκ ἂν ἀνευλόγως ὀξυνόμενον ἔχοι τὸν πω

σύνδεσμον· καθὰ δηλοῖ καὶ τὸ οὔπω· εἰ δέ τις φιλονεικοίη περισπᾶν αὐτὸ, ἀκολουθείτω τοῖς προπεριισπῶσι τὸ πῶποτε (cf. p. 70, 44 ad *A*, 154). Duos praeterea locos operae pretium fuerit comparasse. p. 1254, 33 ad *X*, 9 *τὸ δὲ πώ ὀξύνεται ἐν τῷ οὐδέ νύ πώ με ἔγνως, ἤγουν οὔπω με ἐνόησας· ὥστε καλῶς ἐξ αὐτοῦ γεγονὸς τὸ πώποτε προπαροξύνεται.* p. 60, 14 ad *A*, 108 *τὸ δὲ οὔτε τί πω καθὰ καὶ μετ' ὀλίγα τὸ οὐδέ τί πω* (124 nunc *οὐδ' ἔτι που*) *βαρύνοντα τὸν πω παραληρωματικὸν σύνδεσμον διὰ συνέπειαν πάντως ἀφυπνίζει τὴν αὐτοῦ κοιμωμένην ὀξυτόνησιν ἐν τῷ οὔ πώ ποτέ μοι, ὃ ταὐτόν ἐστι τῷ οὔπω ποτέ* (an *οὐ πώποτε*?), *ὡς καὶ ἀλλαχοῦ φανεῖται· οὕτω δὲ καὶ ἐν τῷ θεός που σοὶ τόγ' ἔδωκεν εἰ τονηθείη τὸ που ὀξύνοιτο ἂν εὐλόγως.*

Videtur igitur Eustathius putasse proprium horum accentum esse *πού, πώ* *). Eam ob causam et reiicere posse accentum in orationis tenore (quasi non perispomena quoque possent!) et si alia subsequatur enclitica acutum, non circumflexum, recipere.

Ad hoc quod attinet, lege mihi hanc notam Herodiani pros. Il. *Y*, 464 *εἴ πως εὖ πεφίδοιτο. ἡ εὖ ἀντωνυμία ἐν τῇ συντάξει ἐνέκλινε τὸν τόνον· ἔστι γὰρ ἀπόλυτος. οὐχ ὃν τρόπον δ' οἴεται ὁ Ἀσκαλωνίτης τὸ πῶς πάντως ὀξυτονηθήσεται, ἐπεὶ ἤδη ἐμελέτησε καὶ ἄλλων ἐγκλιτικῶν ἐπιφερομένων τὸ πῶ καὶ τὸ πῶς τοῦτο μὴ πάσχειν· οὔ πως ἔστ'* (l. *ἐστ'* v. infra) *Ἀγέλαε διοτρεφές"* (*X*, 136)· *„μή πως με προϊδών"* (*δ*, 396)· *„μή πω μ' ἐ ϛθρόνον ἷζε διοτρεφές"* (*Ω*, 553)· *οὔ πω μίν φασι φαγέμεν"* (*π* ,143)· *οὕτως οὖν καὶ τὸ „εἴ πως εὖ πεφίδοιτο" οὐκ ἀναγκαστικὴν ἕξει τὴν ἐπὶ τοῦ πως ὀξεῖαν.*

---

*) Sic is, cuius nota est in cod. Ven. *B*, 565. [Scholio ad Plut. 143 propter novitium colorem nusquam utor].

Ergo inter hos non id disputabatur, si talia subsequentis particulae accentum reciperent utrum circumflexus esset an acutus (nam constabat de acuto), sed an omnino reciperent. Neque hoc dubium erat proprium illorum accentum esse circumflexum: sunt enim interrogativa, quae ubi indefinita significatione ponuntur, enclitica fiunt; sic hoc illis locis, qui praecipue nobis in hac doctrina adeundi erant, Herodiani et Characis posita invenies. cf. Jo. Al. 31. Et illum morem, quem modo ex prosodia Iliaca cognovimus, tenet in catholica. Arcad. p. 146 *εἰ δὲ παραλλήλων ὄντων ἐγκλιτικῶν, ἐν τῷ μεταξὺ περισπωμένων, ὡς ἐπὶ τοῦ ποῦ, πῇ, πῶς, καὶ μετὰ τοῦτο ἐπιφέροιτο ἕτερον ἐγκλιτικόν, τοῦτο τὸ περισπώμενον ὅτε περισπᾶται διὰ τὸ ἐγκλῖναι τὸν ἴδιον τόνον* (lege, quod res ipsa suadet, *οὔτε περισπᾶται* et insere hic *οὔτε ὀξύνεται*)· *ἐπεὶ μὴ πέφυκεν ἡ περισπωμένη κατὰ τὸ κοινὸν ἔθος συστολῆς μὴ παρακολουθούσης* (cogitat, ni fallor, de quibusdam adverbiis quae tangit Arc. p. 182, 9, ubi pro *νῦν* l. *μῦ*) *εἰς ὀξεῖαν μετατίθεσθαι, οἷον οὔ πω ἔστ᾽* l. *ἐστ᾽ Ἀγέλαε, ἐν γὰρ τῇ οὐ διφθόγγῳ μόνῃ ἡ ὀξεῖα, ἤ που τίς σφιν εἶπεν ἐν τῷ ἦ καὶ ἐν τῷ τίς ἡ ὀξεῖα ἄνθρωπόν τινά που φησὶ* (l. *φησι*) *μελῳδεῖν. πάλιν ἐν τῇ που συλλαβῇ καὶ τῇ να ἡ ὀξεῖα τίθεται.*

Eustathii temporibus videmus fuisse qui scriberent *ἄλλον ποῦ τινα, ἆρα πῶ σφιν*, servato in his circumflexo proprio, hinc etiam scribentes *πῶποτε*: ipse nititur pro *πού τινα, πώ σφιν* (ut Ptolemaeus scripserat olim *οὔ πώς εὖ*), quae videtur tum plurimorum consuetudo fuisse (praescribitur item a nescio quo schol. A et V ad *A*, 542), nitentium in *πώποτε*: hic enim antiquitus traditus in eo vocabulo accentus erat. Antiquis haec vox (Atticam dicunt, nam apud Homerum scribebatur *πω ποτε* distractis vocibus) ideo notata, quod unicum erat exemplum encliticae compositae, v.

Apollon. pron. 45. 48. B. Unde compositum esse sciebant nec appositum? Ex eo ipso, quod certus et traditus accentus erat acutus. Hoc *πώποτε* paroxytonon esse Herod. ap. Jo. Al. p. 31. praecipit, et praecipitur in regulis pros. Herm. p. 460, quod non potest latere ex Herodiano esse sumptum: quo magis quod apud Arcad. p. 184, 11 nunc legitur *τὸ πώποτε προπαροξύνεται καὶ περισπᾶται* (Havn. *προπεριισπᾶται*) corruptum videbitur, nec haec ultima ad *πώποτε* pertinebunt, sed ad vocabulum amissum *).

§. 7.

De *νῦν* et *νυν* hoc praescribitur:

Herodian. *Γ*, 97 *κέκλυτε νῦν καὶ ἐμεῖο, τὸ νῦν περισπασέον κἂν παρέλκῃ παρὰ τῷ ποιητῇ* **). *Φ*, 428 *εἴρηται ὅτι τὸ νῦν ἀεὶ παρὰ τῷ ποιητῇ περισπᾶται, χωρὶς εἰ μὴ μέτρον κωλύοι, ὡς ἐπὶ τοῦ δεῦρό νυν ἢ τρίποδος, καὶ ἐκτελέσει ὅσα που νυν ἐέλπεται,* In schol. Palat. *ε*, 146 *τὸ νῦν ἔφαμεν ἐκτείνεσθαι παρὰ τῷ ποιητῇ εἰ μὴ μέτρον κωλύοι.* Eustath. p. 792, 14 ad *K*, 105 (cf. Blomfield gloss. Prom. 517) *ἐν δὲ τῷ ὅσα που νυν ἐέλπεται συστέλλεται τὸ νυν κατὰ τὸν Ἀπίωνα* (i. e. Herodianum) *διὰ τὸ μέτρον. ὡς καὶ ἐν τῷ Πατρόκλου ἐπιταφίῳ ἐπὶ τοῦ δεῦρό νυν ἢ τρίποδος περιδώμεθον. ὅθεν καὶ ἔστι νοῆσαι ὡς δίχα τόνου ὀφείλει κεῖσθαι ἡ λέξις καὶ οὐδὲ ὡς χρονικὸν ἐπίῤῥημα λαμβάνεσθαι, ἀλλὰ ἀντὶ παραπληρωματικοῦ συνδέσμου. ἀφ᾽ οὗ ἔοικε καὶ τὸ τοίνυν γενέσθαι, ὡς καὶ ἀλλαχοῦ ἐῤῥέθη, ἀπὸ τοῦ τοι συντεθειμένον καὶ νύν, ὅπερ ταὐτόν ἐστι τῷ νύ ἀντὶ τοῦ δή·*

---

*) Arc. 146, 9, 10 leg. *ποῖ* pro *πῶ*.

**) Hoc videtur significare: etiamsi coniunctis *παραπληρωματική* sit non adverbium temporis. Explicandae illorum doctrinae de utraque particula nunc me imparem video.

τοῦ δὲ τοιούτου νύν χρῆσις καὶ παρ' Εὐριπίδῃ ἐν τῷ σῶσόν νυν αὐτόν μηδ' ἔρα τοῦ πλησίον (Hec. 990) καὶ παρὰ Σοφοκλεῖ ἐν τῷ ἔρωτι μέν νυν ὅσις ἀντανίσαται (Trach. 441). Herod. *A*, 421 (v. Lob. Ai. v. 1332) ἔν τῷ σὺ μὲν νῦν μήνιε τὸ νῦν ἀντὶ τοῦ δή. διὸ καὶ Τυραννίων ὀξύνει αὐτό, οὐκ εὖ. Horum Herodianeorum si memores fuissent olim viri docti, minus fortasse cum auctore eius scholii, quod est apud interpretem Aristophanis Plut. 414 (add. Lysistr. 285, v. Lob. l. l.) Schol. Hec. 990. Aesch. Agam. 910 Blf. Apollon. Rhod. I, 664 (v. Hemterh. ad Plut. 965) multis locis formam encliticam desiderassent. Quod quidam etiam ubi vocalis longa sit accentum putant abiici posse, ut

μή νυν ὑπέρβαλλ', ἀλλ' ἐναισίμως φέρε,

id prorsus videtur ab antiquo more abhorrere *).

§. 8.

Noverant veteres particulam encliticam τάρ. v. Apollon. coni. 522. Haec Alexandrinorum lectio erat *A*, 8

τίς τάρ σφωε θεῶν —

Apollon. pron. 43. B. 113. B. Herod. Jo. Al. 23. Didymus ad Σ, 182 Ἶρι θεά, τίς γάρ σε θεῶν ἐμοὶ ἄγγελον ἧκεν; ἡ ἑτέρα τῶν Ἀριστάρχου διὰ τοῦ τ, τίς τάρ σε· μήποτε δὲ ἀμείνων ἡ προτέρα, παρόσον σύνηθες Ὁμήρῳ ἀπὸ τοῦ γὰρ ἄρχεσθαι. Herodian. ad *A*, 65, qui versus nunc est:

εἴτ' ἄρ' ὄγ' εὐχωλῆς ἐπιμέμφεται εἴθ' ἑκατόμβης·

εἴ ταρ, οὕτως ὀξεῖα εἰς τὸν εἴ, τὸ γὰρ τάρ ἐστιν ἐγκλι-

*) Fuerunt qui *νύνδη* scriberent, v. schol. λ, 160 recte correctum a Buttmanno. Cf. Eust. p. 175, 5. 143, 26. Et. M. 78, 30: quibus locis *νύνδη* scribendum erit pro *νῦν δή*.

τικὸς σύνδεσμος ἐπιφερόμενος. καὶ οὐ δεῖ ἀπόστροφον βάλλειν εἰς τὸ τ᾽ οὐ γάρ ἐστιν ὁ τέ σύνδεσμος· ἐπεφέρετο γὰρ ἂν ἕτερος τέ. Et ad *A*, 93 *οὔτ᾽ ἄρ᾽ ὅγ᾽ εὐχωλῆς ἐπιμέμφεται οὔθ᾽ ἑκατόμβης* (sic nunc)· *οὕτως ὀξεῖαν ἐπὶ τοῦ οὔ· ὁ γὰρ τάρ ἐστι σύνδεσμος ἐπιφερόμενος ἐγκλιτικῶς, ὡς ἐπὶ τοῦ εἴ ταρ ὅγ᾽ εὐχωλῆς. οὐ γάρ ἐστιν ὁ τέ συμπλεκτικός· εἰ γὰρ ἦν, ἐπεφέρετο ἂν πάλιν ὁ τέ μετὰ ἀποφάσεως, οὔθ᾽ ἑκατόμβης· οὕτως γάρ ἐστιν εὑρεῖν τὸν τέ σύνδεσμον μετὰ τῆς οὔ ἀποφάσεως· „ἔνθα μὲν οὔτε ἄναξ ἐπιδευὴς οὔθ᾽ ἑκατόμβης“* (δ, 87). Hinc apparet primum *οὔ ταρ* et *εἴ ταρ* eum voluisse: deinde eam lectionem, quae hodie est in extrema parte versus *εἴθ᾽* et *οὔθ᾽* ei prorsus ignotam fuisse: quod monueram in censura Iliadis Spitznerianae in Zimmermanni annal. 1834 p. 140. Quae fuerit vetus lectio in secundo versu, nunc discimus ex Crameri Anecd. I, 415. ubi eadem res tangitur et disceditur in sententiam Herodiani:

οὐ δ᾽ ἑκατόμβης.

Et haec lectio ut in textu Veneto servata est, sic quod idem tenuit altero versu *ἠδ᾽* antiqua est sine dubio lectio: eaque recentissimis demum, ut videtur, temporibus expulsa v. v. l. Heyn. et Eust. p. 49, 6. Eodem loco Anecdotorum traditur Ptolemaeum Ascalonitam verba sic diremisse: *οὔτ᾽ ἄρ᾽ ὅγ᾽*: hoc esse falsum: *διὰ τί; ἐπιφέρεται γὰρ ὁ δέ· οὐ δ᾽ ἑκατόμβης.*

§. 9.

In *ἔγωγε* et *ἔμοιγε* (quas Atticas formas dicunt, non tamen excludunt ab Homero, v. *A*, 173. 174) non inest enclitica *γε*: nam nec compositio esse potest, non componitur enim enclitica, nec appositio, debebat enim *ἐμοίγε* et *ἐγώγε*: sed est syllaba paragogica: Apoll. pron. 63. (synt. 101, 6) Herod. Jo. Al. 23. Il. *A*, 174. Cram. An. I, 126, 10. 284, 31. In *σύγε* (item *σοίγε*)

per accentum quale illud γε sit non efficitur: Apollon. pron. 68. Cram. An. I, 185, 3. Sed efficitur, Apollonius inquit, ex Dorico τύγα particulam inesse. cf. de coni. 517, 28. Sed de ἔγωγε et ἔμιογε hoc etiam afferendum Herodiani cum alia quaestione coniunctum, Ξ, 396 *οὔτε πυρὸς τόσσος γε πέλει βρόμος αἰθομένοιο. Ἀρίσταρχος φυλάσσει τὴν ὀξεῖαν ἐπὶ τῆς τοσ συλλαβῆς· ὁ δὲ Τυραννίων τοσσόσγε ἀνέγνω, τὴν σος συλλαβὴν ὀξύνων, οὐκ εὖ· ὁ γὰρ γέ οὐκ ἀλλάσσει τὸν τόνον τῶν πρὸ ἑαυτοῦ λέξεων· εἰ δέ τις λέγοι ἐπέκτασιν εἶναι, μὴ σύνδεσμον, ἴστω ὅτι τὸ ἐναντίον χωρήσει· ἡ γὰρ διὰ τοῦ γε ἐπέκτασις τρίτην ἀπὸ τέλους ἐποίει τὴν ὀξεῖαν, ἔγωγε, ἔμιογε**). Vix dubitandum, quin Tyrannio τοσσόσγε eiusmodi epectasin esse voluerit qualis est τοσόσδε, τοιόσδε (Apoll. adv. 590), ὅδε etiam (pron. 71), in quibus item ut in adverbiis τηνικάδε, τημόσδε particula nulla est sed paragoge: et scribebatur non tantum τοιῶδε (Her. *Γ*, 157), τοσσωῦνδε (ad *δ*, 665), sim., sed τοιῆδε, τοσσοῦσδε, τοῦσδε, οἵδε, Her. ad *Z*, 146. *Y*, 357. *B*, 346. Choer. Bekk. 1248 [cf. V ad *Ω*, 15]: excepto duali, τώδε, τοιώδε, τοσώδε.

Communis horum regula una cum exceptione est apud Herod. *Δ*, 432 *τοιωδ' ἄνδρε καταχτείνας· ἔφαμεν δὲ τὴν διὰ τοῦ δε ἐπέκτασιν προπερισπᾶσθαι, εἰ ἔχοι πρὸ τέλους φύσει μακράν* (item Apollon. adv. 591, 15)· *διὸ σημειούμεθα τὸ τώδε δ' ἐνόει παροξυνόμενον.* Lege τώδε δὲ νῶϊ, *Θ*, 109, ubi hoc modo scriptum in scholiis Venetis: *παροξύνεται τὸ τώδε παραλόγως· ἀληθὲς γὰρ ὡς ὅτι τὰ διὰ τοῦ δε ἐπεκτεταμένα, εἰ ἔχοι πρὸ τέλους φύσει μακράν, προπερισπᾶται. ὅπερ ὤφειλε καὶ τὶ*

---

*) Cf. quod Cram. An. I, 306 dicitur, quorum paragoge sit in δε, eorum non esse in γε, et contra. — Ὄγε est parathesis.

**) Breviter locutus est Herodianus *I*, 509.

τοῦ τώδε δὲ νῶϊ εἶναι. ἀλλ' ὅμως πάλιν ἐπεκράτει καὶ ἐπὶ τούτου πρὸ τέλους ἡ ὀξεῖα· ταῦτα ὁ Ἡρωδιανὸς ἐν τῇ ζ, ὅπου περὶ τοῖ ἰῷ διαλαμβάνει (Z, 422 *). Commemoratum illud τώδε δὲ νῶϊ etiam Cramer. An. I, 398, 29.

Causam inquirit Apollonius pron. 117, de hoc ipso τώδε δὲ νῶϊ **) fusius disserens: qui locus ***) egregie illustratur per Choeroboscum Bekk. p. 1236 et 1248. Choeroboscus hoc loco utitur duali τώδε, priore τοιώδε et τοσώδε: et cum haec omnia antiquum referant colorem, eo minus dubito, quod per se verisimillimum, Apollonium quoque et Herodianum ut τώδε sic scripsisse τοιώδε et τοσώδε: quamquam in Herodianeis notis, ut nunc traditas habemus, aliter videri possit.

Restat ut de uno, qui huc pertinet, loco commemorem, ne secus intelligatur. Ad illud νηῦς δέ μοι ἥδ' ἔστηκεν ἐπ' ἀγροῦ νόσφι πόληος α, 185 Eustathius sic scribit: ὅτι τὸ ἥδε ἀντὶ τοῦ αὕτη δεικτικὸν μὲν ὂν παροξύνεται, ἀναφορικὸν δὲ προπερισπᾶται, ὡς φασιν οἱ παλαιοί, ὥσπερ ἐνταῦθα. Quid veteres, quos affert, dixerint puto servatum esse in scholiis Q: περισπαστέον δὲ τὸ ἥδε· ἔστι γὰρ ἀντωνυμία ἀναφορική. Hinc Eustathius vel alius ante eum, cum iam vulgo ἥδε scriberetur, illam differentiam excuderunt. Sed quid ille scholiasta sibi voluerit opinor intelligi ex Apollo-

---

*) Eo loco de quibusdam discordantibus Aristarchi accentibus loquitur, ut ἵα ἰῇ, ἄγυιαν ἀγυιάς. Quod igitur eo loco dixerat etiam de hoc τώδε, apparet hoc ab Aristarcho repetendum esse.

**) Hoc exemplum est per manus traditum, ut saepius factum. Nam τώδε apud ipsum Homerum praeterea legitur δ, 26: poterant igitur hoc versu non minus uti.

***) 118, 6 l. ἐπεκφερομένην; v. 11 ὅτι non recte habere videtur.

nio pron. p. 73, ἦδε h. l. scribendum esse, non ἠδέ, quod quidam voluerunt arbitrati ὅδε nunquam dici ἀναφορικῶς, sed semper δεικτικῶς. Contrarium Apollonius exemplis docens τοιοῦτο, inquit, καὶ τὸ νηῦς δέ μοι ἥδ' (l. ἦδ') ἔστηκεν ἐπ' ἀγροῦ νόσφι πόληος· μεμπτέοι γὰρ οἱ ψιλῶς ἀναγνόντες, ἵνα ὁ καί νοῆται, ὑπολαμβάνοντες αὐτὴν δεικτικῶς μόνως τίθεσθαι.

C. IV.

Veterum doctrina de accentu adjectivorum compositorum in ης.

§. 1.

Suid. τριακονταετής ἐπὶ τῶν ἡλικιῶν ὀξύνεται, οἷον ἐνναετὴς ἄνθρωπος· ἐπὶ δὲ τῶν χρόνων βαρύνεται οἷον ἐνναέτης. οὕτω καὶ ἐπὶ τῶν ὁμοίων. Similia venerunt in Choeroboscі orthographiam Cram. II. p. 269, 15, inopportune illata.

Moschop. ad Hes. op. 441 p. 282 Gsf. ἐνναετὴρ ποιητικόν, ἐνναετὴς κοινόν, ὁ ἐννέα ἐτῶν ὤν, ἐνναέτης δὲ χρόνος παροξυτόνως. Et M. p. 195, 4 τοῦτο δὲ (τὸ ἐνναέτης) εἰ μὲν σημαίνει τὴν σωματικὴν ἡλικίαν, ἐνναέτης βαρύνεται, εἰ δὲ χρόνον, ἐνναετὴς ὀξύνεται: ubi vocabula βαρύνεται et ὀξύνεται locum commutare debent. Tzetz. ad Hes. op. v. 439 τεσσαρακονταετὴς καὶ τριακονταετὴς ἄνθρωπος καὶ τὰ ὅμοια· ὀξύνεται. τεσσαρακονταέτης δὲ καὶ τριακονταέτης χρόνος. Idem exeg. II. p. 154 δεκαέτης καὶ εἰκοσαέτης χρόνος καί τὰ ὅμοια, τὰ δὲ μετέχοντα . . . . (adde χρόνου) ὀξυτόνως, τριετὴς παῖς, δεκα . . . καὶ τὰ ὅμοια. Et M. 765, 42 τριέτης· ὁ μὲν χρόνος βαρύνεται· τὸ δὲ μετεσχηκὸς τοῦ χρόνου

ὀξύνεται, ὡς εἶναι τριέτης μὲν χρονος, τριετὴς δὲ παῖς. Schol. Od. β, 106 (ubi est τρίετες) ὁ μὲν χρόνος βαρέως, τὸ δὲ μετεσχηκὸς τοῦ χρόνου ὀξυτόνως. Et. Gud. p. 586 τριακονταέτης ἐπὶ μὲν τοῦ καιροῦ καὶ τοῦ χρόνου βαρύνεται, ἐπὶ δὲ τοῦ μετέχοντος τοῦ χρόνου ὀξύνεται. πενταετὲς παιδίον λέγομεν καὶ πενταετὴς ἄνθρωπος. Additur apud Zonaram, ubi eadem sunt, p. 1741 ἐπὶ δὲ τοῦ χρόνου οὐδ' εἰ πεντάετές γε καὶ ἑξάετες. Philem. lex. technol. p. 51 et eadem Planud. Bachm. An. p. 51 et Moschop. Titzii p. 42. τὸ δὲ διετὴς καὶ τριετής . . . . . ἀναβιβάζει τὸν τόνον, ὅταν μὴ ἐπὶ ζώου καὶ πράγματος, ἀλλ' ἐπὶ χρόνου λέγηται, οἷον διέτης χρόνος καὶ τριέτης. Haec miri praecepti testimonia, quamvis multa, omnia tamen recentissima sunt: mihique exploratum est totam regulam Byzantinorum socordia ortam esse, veteres suos auctores prave intelligentium et perverse exscribentium. Nam quid veteres praeceperint, unde ad illa inania ventum est, prospere evenit ut servatum habeamus apud Ammonium p. 131 ed. Lips. τρίετες βαρυτόνως καὶ τριετές ὀξυτόνως διαφέρει, φησὶ Πτολεμαῖος ὁ Ἀσκαλωνίτης (sine dubio in prosodia Odyssiaca). ἐὰν μὲν γὰρ βαρυτονήσωμεν, ἔσται ἐπὶ χρόνου· διὸ καὶ ὁ ποιητής φησιν· ὡς τρίετες μὲν ἔληθε δόλῳ (Od. β. 106. ω, 141)· ἐὰν δέ ὀξυτονήσωμεν τριετές ὡς εὐφυές ἔσται ἐπὶ ἡλικίας, οἷον τριετὲς τὸ παιδίον· ὅθεν τὸ ἑξέτε' ἀδμήτην. χρὴ οὖν ἀναγινώσκειν ὡς ἀξιοῖ ὁ Ἀσκαλωνίτης. Ultima ab ὅθεν manca sunt, ad quae infra redeundum erit: sed hanc annotationem, quae adverbium τρίετες distingueret ab adjectivo τριετές, illius praecepti, quod Byzantini inculcare volunt, fontem esse et vocabula et exempla ibi recurrentia persuadent: at isti nec ἐπὶ χρόνου recte acceperunt nec haec de neutro et adverbio dicta esse attenderunt. Ad quem errorem nullo suo iudicio utentibus quodammodo via proclivis erat, postquam illa annotatio ab

loco, cui adhaeserat, Homerico disjuncta erat *). De his adverbiis ab adjectivis neutrius generis accentu distinguendis item praeceperat Herod. Arcad. p. 117, 5 *τὰ εἰς ες οὐδέτερα τῶν εἰς ης ὀξυτόνων ὁμοτονοῦσιν αὐτοῖς, εὐσεβής εὐσεβές, ἀληθής ἀληθές, καὶ ἄληθες παρ' Ἀττικοῖς τὸ ἐπίῤῥημα, ἑξαετής, ἑξαετές, τριέτης, τριέτες.* Sic haec nunc scribuntur: at ubi memineris *τρίετες* (*β*, 106. *ν*, 377. *ω*, 141) et *ἑξάετες* (*γ*, 115) pro adverbiis inveniri apud Homerum et quo spectent haec statim intelliges et de adverbiis his ab adjectivis distinguendis non minus monitum fuisse quam in *ἄληθες* et *ἀληθές*. Eust. ad *β*, 106 p. 1437, 9 *τὸ δὲ τρίετες ὥσπερ καὶ τὸ τετράετες καὶ τὰ ὅμοια προπαροξύτονα χρόνου εἰσὶ δηλωτικὰ οἷα χρονικὰ ἐπιῤῥήματα· τὸ μέντοι τριετές οἷον παιδίον ἢ ἄλλο τι ὀξύνονται πρὸς διαφοράν.* De adverbio *αὐτόετες*, quod est Od. *γ*, 322, docet Herod. ap. Jo. Al. p. 30, 15. Sic scrib. Hes., Bekk. An. 465, cl. Suid. — Caeterum adverbia cum casibus consona distingui accentu abnorme est. Communis enim regula est non distingui, Apollon. synt. p. 561. 5 *ἡ δὲ ἀπὸ τῶν ὀνομάτων σύμπτωσις εἰς τὰ ἐπιῤῥήματα καθ' οὓς λόγους ἐδείξαμεν ἐν ἀρχαῖς* (530) *πάντως μετὰ τῶν παρεπομένων ἔχει καὶ τὰς γραφὰς συνυπαρχούσας, καθάπερ τὸ ἀτρεκές, συνεμπεσὸν ὀνόματι, καὶ γραφὴν καὶ τόνον ἀπηνέγκατο, τὸ καλόν, τὸ εὐρύ, τὸ κάλλιστα, τὸ πυκνά. σχεδὸν ἐπὶ πάντων ὁ λόγος συμφωνεῖ.* Qua regula saepius utitur, v. e. g. p. 565. 576, 25. 577, 12.

---

*) Thomas Mag. vel is qui apud eum p. 86, 16 scripsit verba *καὶ δεκαετὴς χρόνος, οὐ δεκετής*, ut reliqui Byzantini antiquos non intellexerunt, sic ipse Byzantinos non videtur intellexisse, quod de accentu dictum erat alio deflectens. Illinc certe fluxisse apertum videtur. His verbis sepositis praecipitur apud Thomam, adverbium esse *δεκάετες*, *πεντάετες*, *ἑξάετες*, adiectivum (Atticum) *δεκέτης*, item reliqua.

synt. 109. — Jo. Al. p. 30. Eadem regula excidit Arcad. 181, 20. — Cram. 139 (Etym. M. 358, 50) *κανών ἐστιν ὁ λέγων ὅτι τὰ ἀπὸ ὀνόματος εἰς ἐπιῤῥηματικὴν σύνταξιν μετενηνεγμένα ὁμοτονοῦσιν, οἷον ἐπιεικές, ὡς ἐπιεικές, συνεχές, διαμπερές, ἀτρεκές.* Cf. *νημερτές* Cram. I, 295.

§. 2.

Sed praeter haec, quae sunt ab *ἔτος*, de alio traditum est ex hoc compositorum genere adverbio, quod accentu retracto ab adiectivo differat. Hoc est *ἐπίτηδες*. Quod dum collectis testimoniis proponemus, simul explicabitur de lectione et interpretatione quorundam locorum Homericorum, hodie a doctis viris improbata, olim et plurimis et optimis grammaticorum communiter defensa. Scilicet his locis Homericis, qui leguntur *A*, 142

ἐς δ' ἑρέτας ἐπιτηδὲς ἐγείρομεν

o, 28

μνηστήρων δ' ἐπιτηδὲς ἀριστῆες λοχόωσι,

H, 100

ἀλλ' ὑμεῖς μὲν πάντες ὕδωρ καὶ γαῖα γένοισθε,
ἧμενοι αὖθι ἕκαστοι ἀκήριοι, ἀκλεὲς αὕτως,

Π, 395

Πάτροκλος δ' ἐπεὶ οὖν πρώτας ἐπέκερσε φάλαγγας,
ἄψ ἐπὶ νῆας ἔεργε παλιμπετές, οὐδὲ πόληος
εἴα ἰεμένους ἐπιβαινέμεν,

ε, 27

ὥς κε μάλ' ἀσκηθὴς ἣν πατρίδα γαῖαν ἵκηται,
μνησῆρες δ' ἐν νηΐ παλιμπετὲς ἀπονέωνται,

his igitur locis *ἐπιτηδές*, *ἀκλεές*, *παλιμπετές* legentes pro adiectivis acceperunt, ex *ἐπιτηδεῖς*, *ἀκλεεῖς*, *παλιμπετεῖς* per *πάθος* factis, quibus addunt Callimacheum

οἵ τε (vel οἷοί τε *) βιοπλανὲς ἀγρὸν ἀπ᾽ ἀγροῦ φοιτῶσιν.

Primum ponatur hoc ex Apollonii lex. p. 74, 29 B. *ἐπιτηδές ἐπιτηδεῖς, ἐπιτηδείους.* **De Apollonio Dyscolo mox dicetur, Herodianum referunt haec Choerobosci Bekk. p. 1253** *καὶ πάλιν ἔστιν ἐπιτηδέες καὶ κατὰ κρᾶσιν ἐπιτηδεῖς καὶ βιοπλανέες καὶ κατὰ κρᾶσιν βιοπλανεῖς, καὶ λοιπὸν κατὰ ἀποβολὴν τοῦ ι γίνεται ἐπιτηδὲς καὶ βιοπλανές, ὡς παρὰ Καλλιμάχῳ*

οἵ τε βιοπλανὲς ἀγρὸν ἀπ᾽ ἀγροῦ
φοιτῶσιν

καὶ παρὰ τῷ ποιητῇ

ἐς δ᾽ ἐρέτας ἐπιτηδὲς ἀγείρομεν.

ἔστι δὲ αὕτη ἡ χρῆσις αἰτιατικὴ ἀπὸ τοῦ ἐπιτηδεῖς καὶ κατὰ ἀποβολὴν τοῦ ι ἐπιτηδές. **Quae ex Herodianeo fonte fluxerunt, ut satis indicant haec Joannis Alex. p. 15** *αἱ μὲν οὖν εἰς ες λήγουσαι (πληθυντικαὶ) οὐδέποτε ὀξύνονται . . . . χωρὶς εἰ μὴ ἐκ πάθους εἶεν, διὰ τὸ βιοπλανές,*

οἵ οἵ τε βιοπλανὲς ἀγρὸν ἀπ᾽ ἀγροῦ

καὶ τὸ ἐπιτηδές,

ἐς δ᾽ ἐρέτας ἐπιτηδὲς ἀγείρομεν.

Herodiani notae ad locos Homericos interierunt. Pro his nunc Eustathii notae substituendae sunt, maximam certe partem ex illis repetitae. Ad *A*, 142 p. 67, 30 *ἰστέον δὲ ὅτι τὸ ἐπίτηδες μὲν προπαροξυτόνως φαμὲν τὸ ἐν ἔργῳ καὶ ἐπιτηδευτῶς καὶ ἐξ ἐπιτηδεύσεως οἷόν τινος· τὸ δέ ἐπιτήδες τὸ ἐνταῦθα ὀξυτονούμενον ὄνομα οἱ παλαιοί φασιν εἶναι πληθυντικόν, οὗπερ εὐθεῖά ἐστιν ὁ ἐπιτηδής· ὥσπερ δέ που τὸ ἀκλεεῖς πληθυντικὸν παρ᾽ Ὁμήρῳ ἀκλεές λέγεται, ἐκβληθέντος τοῦ ἰῶτα, οὕτω γέγονε καὶ τὸ ἐπιτηδές ἐκ τοῦ ἐπιτηδεῖς, ἐκδραμόντος τοῦ ἰῶτα διὰ*

---

*) v. Naeke de Hecale Mus. Rh. III, 4 p. 521.

χρείαν μετρικήν. Cf. ad *o*, 28. p. 1773, 30 *ὅτι δὲ οἱ ἐπιτηδεῖς ἐπιτηδές λέγονται ἀπελεύσει τοῦ ἰῶτα ἢ κατα συγκοπὴν ἐκ τοῦ ἐπιτηδέες καὶ ἀλλαχοῦ σαφῶς ἐλέχθη.* Ad *H*, 100 p. 669 *τὸ δὲ ἀκλεές εὐθεῖά ἐςι πληθυντικὴ ἀντὶ τοῦ ἀκλεεῖς, ἀπελθόντος τοῦ ι, ὡς καὶ ἐν τῷ ἐρέτας ἐπιτηδές· κεῖται δὲ καὶ ἐν Ὀδυσσείᾳ χρῆσις τοιαύτης λέξεως* (aut *ἀκλέα* dicit *∂*, 728, aut *ἐπιτηδές o*, 28)· *τινὲς μέντοι ἐπίῤῥημα τοῦτο φασὶν εἶναι· ἄλλοι δὲ παροξύνουσιν· ὡς γὰρ ἀγακλέες κατὰ ἔλλειψιν τοῦ ἑνὸς ε, οὕτω φασὶ καὶ ἀκλέες.*

Dissensus patescit. Sed quod apud Joannem Alexandrinum *ἀκλεές* non commemoratum est, hinc ne quis forte in animum inducat Herodianum non eodem retulisse *ἀκλεές*. Admodum profecto erraverit. Et in Eustathio tantum indicii est, quantum satis est, et Apollonius, quem statim producemus, hanc antiquitus lectionem et interpretationem etiam ad *ἀκλεές* pertinuisse atque valuisse apud plurimos et optimos testificatur. Apollonius de pron. p. 118, postquam mentionem iniecerat formae *ἅμές*, sic pergit: *οὐκ ἐπίληπτος δὲ ἡ τάσις, καθὸ τὰ πτωτικὰ ἀπέστραπται τὴν εἰς τὸ ες ὀξεῖαν, καὶ διὰ τοῦτο ἔνιοι τὸ βιόπλανες βαρύνουσιν ἀπὸ τοῦ βιοπλανής, καὶ ἐπίτηδες, καὶ ἄκλεες ὡσαύτως* (scripsit fortasse *ἄκλεες αὕτως*) *ἀπὸ τοῦ ἀκλεής.* Hinc primum patet (magis etiam ubi ad subsequentia perrexeris, quibus oxytonesin in *ἅμές* defendit) quorsus ipse inclinet Apollonius et quid maior pars secuta sit: deinde quantum abhorruerint veteres in illis locis ab admittendo adverbio: nam vel illi, quos aliquos fuisse dicit, qui ultimam in ες pluralem contra regulam accentu notare nollent, non (quo nobis certe in Homericis exemplis nihil proclivius videtur, quamquam in Callimacheo multae res dubitationis est), adverbia illa esse defenderunt, sed potius accentum aliorsus transferri voluerunt. Attamen non omnino defuisse qui

ἀκλεές adverbium admitterent*) ex Eustathio intellexi-
mus eo loco, ubi etiam de ἀγακλέες mentionem iniicit.
Quod Buttmannus suspicatus est (lex. I. p. 43) ἐπιτη-
δές et reliqua ad similitudinem Aeolismi (vel Dorismi)
in quibusdam declinationis et coniugationis formis ι
subtrahentis illis grammaticis factum visum esse ex
ἐπιτηδεῖς et similibus, non per syncopen ex ἐπιτηδέες
et ἐπιτηδέας, id ita verum est, ut antiquiores eo po-
tius inclinarent. Hoc ex Apollonio Dyscolo confirmatur
l. l. p. 119, et in Choerobosci loco sic praecipitur, et
duobus, quibus usi sumus, locis Eustathius eodem modo
loquitur, et tribus aliis locis adiecit quidem ἢ κατὰ
συγκοπὴν ἐκ τοῦ ἐπιτηδέες vel — έας, nunquam syncopen
solam dicit, ne praeponit quidem syncopen, sed alteri
rationi subiicit per ἤ vel, quod etiam modestius vi-
detur, per ἢ καί. Ex his tribus locis unum item iam
supra adscripsimus, alteri sunt, quibus de παλιμπετές
docemur. Ad ο, 27 p. 1520, 50 ὅτι ὥςπερ ἐρέτας που
ἔφη ἐπιτηδὲς ἀντὶ τοῦ ἐπιτηδεῖς ἀποβολῇ τοῦ ἰῶτα ἢ
καὶ συγκοπῇ ἀπὸ τοῦ ἐπιτηδέας, ὁμοίως δὲ καὶ ἀκλεές
ἀντὶ τοῦ ἀκλεεῖς, οὕτω καὶ νῦν τὸ μνηστῆρες ἐν νηῒ πα-
λιμπετὲς ἀπονέωνται ἀντὶ τοῦ παλιμπετεῖς . . . . . .
δύναται δὲ καὶ ἐπίῤῥημα τοῦτο εἶναι, καλῶς ὀξυνόμενον.
Ad Π, 395 p. 1066, 40 ἕτεροι δὲ παλιμπετὲς εἶπον ἐπιῤ-
ῥηματικῶς . . . . δύναται δὲ καὶ αἰτιατικὴ εἶναι θηλυκὴ
πληθυντικὴ κατὰ ἀποβολὴν τοῦ ι ἐκ τοῦ παλιμπετεῖς ἢ
συγκοπῇ τοῦ α ἀπὸ τοῦ παλιμπετέας ὁμοίως τῷ ἐρέτας

---

*) Aliis certe locis adverbium est ἀκλειῶς X, 304. α, 241. Item ἐϋκλειῶς X, 110. Quod, quidquid est momenti, antiquos illos in observando admirabiles non opinor praetermisisse. Similis exitus versus (illi ἀκήριοι, ἀκλεὲς αὕτως) est ἀτηλάφρονα νήπιον αὕτως, Z, 400. — Callim. Del. 295 εὔμοιροι δ' ἐγένοντο καὶ ἀκλέες οὔποτ' ἐκεῖνοι. Quint. X, 17 commemoravit Spitzner ad locum Homericum.

ἐπιτηδές, καὶ ἀκλεὲς αὖτως, ἤγουν ἀκλεεῖς. Pro adiectivo accipere *παλιμπετές* item antiquum esse, nisi ex reliquorum similitudine nobis satis persuaderemus, ex Apollonii lex. Homer. patefieret, ubi est *παλιμπετές εἰς τοὐπίσω πεπτωκότες*, p. 126 Bekk. Quod Hesychio restituendum p. 844, 4 *). (Quod Phot., Hes., Suid. habent *παλιμπετὴς ὀπισθόρμητος* puto ex poeta Attico esse). — In Et. M. bis haec, quae nunc tractamus, commemorantur. p. 198, 12, ubi sermo fit de orthographia vocabuli *βίος* et compositorum, *βιωφελής, βιοτελής, βιοπλανής*, haec interiiciuntur: *καὶ βιοπλανές, τὸ δὲ ἐντελὲς βιοπλανέες, ὡς ἀκλεέες ἀκλεές.* Hic igitur syncopen statuit. Alter locus, ubi de industria agitur de *ἐπιτηδής* (unde quaedam misere contracta in Gud. venerunt p. 203, 16) ex antiquioribus videtur auctoribus assumptus esse, iisdem, quos antea cognovimus, praeter ea, quae uncinis includam: p. 366, 20 *ἐκ δὲ τοῦ ἐπιτηδής γίνεται ἡ εὐθεῖα τῶν πληθυντικῶν ἐπιτηδέες ἐπιτηδεῖς· καὶ ἡ αἰτιατικὴ ὁμοίως· καὶ ἀποβολῇ τοῦ ι ἐπιτηδές· ἐς δ' ἐρέτας ἐπιτηδεῖς* (l. *ἐπιτηδές*), *ἀντὶ τοῦ ἐπιτηδείους* [*πρέποντας καὶ ἐπισταμένους· οἱ μὲν ἐκ τοῦ ἐπιτηδέας, οἱ δὲ ἐκ τοῦ ἐπιστηδεῖς· ἐπιστηδής οἶμαι*: l. opinor *ἐπιστηδεῖς, ἐπιστήμονας*]. *δεῖ γινώσκειν, ὅτε μὲν λέγεται ἐπιτηδές καὶ ἀληθές ὀξυτόνως, ὀνόματά εἰσιν· ὅτε δὲ βαρυτόνως ἐπίτηδες καὶ ἄληθες, ἐπιῤῥήματά εἰσιν, ἀντὶ τοῦ ἐπιτηδείως καὶ ἀληθῶς.* Ad haec extrema cf. Herod. ap. Jo. Al. p. 15, ubi, postquam dictum est de *ἄληθες*, haec subiiciuntur: *τοιοῦτόν ἐστι καὶ τὸ ἐπιτηδὲς ὀνοματικῶς ὀξυνόμενον, ἐπιῤῥηματικῶς προπαροξυνόμενον.* Et *περὶ μον. λ.* 47, 4. Theo-

*) Callimach. pro adv. usus est, hymn. Di. 256 *οὐ γὰρ ἔμελλεν οὔτ' αὐτὸς Σκυθίηνδε παλιμπετὲς οὔτε τις ἄλλος — νοστήσειν.* — Idem h. Del. 294 *οὐδ' οἵγε παλιμπετὲς οἶκαδ' ἴκοντο.* v. Spitzner. XVI, 393; qui locos Apollonii citavit.

gnost. Canon. Cram. II. p. 163, 1 de adverbiis: τὸ δὲ ἄληθες (■ 62, 51) ἐπίτηδες ὀνοματικὰ (Herod. π. μ. λ. l. l. ἀπὸ ὀνομάτων μετατετειθέμα) καὶ βαρύτονα. — Sed in Epimerismis Crameri I, 140 (Et. M. 358. 53) tertium additur: consonare adverbia a nominibus ducta cum nominibus, ἐπιεικές, συνεχές, ἀμπερές, διατρεκές· τὸ δὲ ἄληθες ἀντὶ τοῦ ἀληθῶς παρὰ Ἀττικοῖς οὐχ ὁμοτόνως· ὁμοίως καὶ τὸ ἐπάναγκες καὶ τὸ χάριεν . . . ἀντὶ τοῦ χαριέντως*). Iis locis, quos Meierus attulit de gentil. Attica p. 24 et p. 56 ἐπάναγκες partim adverbium est partim adiectivum: nec distinguitur accentu. Locos Platonicos attulit Rueckertus ad Sympos. 176. E. Amat vocabulum Procopius, v. bell. Pers. I, 10 p. 48 Dind, I, 18 p. 94. 23 p. 117. II, 26 p. 272. 30 p. 297 Vandal. I, 12 p. 365. 13 p. 366. 368. 15 p. 374. In his adiectivum (ἐστί apud Procopium ut apud antiquiores solet omitti, apponitur, ut decet, ἦν, εἶναι) constanter scriptum ἐπάναγκες. Εἰνάνγκες II. I, 470, quod videam, illis nominativus pl. adiectivi erat.

§. 3.

Quod supra instituerамus, ut de adiectivis cum ἔτος compositis veterum doctrinam expediremns, quod ad adverbia delati paulisper intermisimus, eo nunc redeundum est. Et. M. p. 765, 22 haec leguntur: τριακοντούτης παροξυτονεῖται· κοινὸν δέ ἐστιν ἀμφοτέρων τῶν γενῶν· καὶ τὰ πληθυντικὰ τριακοντούτεις παρὰ Θουκυδίδῃ· ἰστέον δὲ ὅτι τὰ παρὰ τὸ ἔτος παρ' ἡμῖν ὀξύτονα οἱ Ἀθηναῖοι βαρύνουσιν· οὐ μόνον γὰρ περὶ τὸν τὸιον

*) Hoc ab antiquissimis doceri de χάριεν nuper intellectum est, v. Schneider. ad Plat. rep. I. p. 356. Animadverte, si quis acclamat χάριεν, hoc ex illorum doctrina adverbium esse, ut patet ex Apollonio adv. 531.

πταίουσιν, ἀλλὰ καὶ περὶ τὴν κλίσιν· δωδεκαέτης γαρ δωδεκαέτου κλίνεται, ὥσπερ οἰκέτης οἰκέτου· καὶ τὸ πληθυντικὸν δωδεκαέται, ὥσπερ οἰκέται· δωδεκαέτεις ὤφειλε κλίνεσθαι. ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τοῦ θηλυκοῦ ὡς ἀπὸ τοῦ ἰσοσυλλάβου κλινόμενον ποιοῦσι τριακονταέτις τριακονταέτιδος, ὡς κυνηγέτις κυνηγέτιδος, καὶ κατὰ κρᾶσιν τριακοντούτιδος, ὡς παρὰ τῷ συγγραφεῖ Τῶν τριακοντουτίδων νεῶν (l. σπονδῶν). Quod nunc hoc loco (quo etiamtum solo uti poterat Lobeckius ad Phryn. p. 408) traditur de genitivo δωδεκαέτου, hoc quemquam veterum scientem docuisse demonstrari non potest, sed sive iam is, qui haec primus in Etymologicum transtulit, auctorem suum male intellexit, sive quis deinde corrupit librariorum, negligentia detorta videntur. Etenim Choeroboscus (Bekk. An. 1375), unde haec transsumpta sunt, de solo docet plurali: τὰ παρὰ τὸ ἔτος παρ' ἡμῖν μὲν ὀξύνονται, παρὰ δὲ τοῖς Ἀθηναίοις βαρύνονται· οἱ γὰρ Ἀθηναῖοι διέτης, τριέτης, ἑξαέτης λέγουσι βαρυτόνως, ὁμοίως τῷ εὐνέτης, οἰκέτης (ὃ σημαίνει τὸν δοῦλον), καὶ ἱκέτης (ὃ σημαίνει τὸν παρακλήτορα), εἰ καὶ ταῦτα εἰς τὴν ου δίφθογγον ἔχουσι τὴν γενικήν, τῶν παρὰ τὸ ἔτος εἰς ους αὐτὴν ἐχόντων· οὐ μόνον δὲ περὶ τὸν τόνον πταίουσιν οἱ Ἀττικοὶ τοῖς περὶ τὸ ἔτος βαρυτόνως αὐτὰ (ndde προφέροντες), ἀλλὰ καὶ περὶ τὴν κλίσιν. οἷον δωδεκαέται γὰρ λέγουσι τὴν εὐθεῖαν τῶν πληθυντικῶν, ἀπὸ ἰσοσυλλάβου κλίσεως ποιούμενοι αὐτὴν ὥσπερ ὁ οἰκέτης τοῦ οἰκέτου οἱ οἰκέται, ὀφείλοντες εἰπεῖν οἱ δωδεκαετεῖς (l. — αέτεις) ὥσπερ οἱ Δημοσθένεις. ὡσαύτως δὲ καὶ τὰ θηλυκὰ τούτων ὡς ἀπὸ περιττοσυλ-λάβου (aut οὐχ ins. ante ὡς, aut, quod melius videtur, cum Etym. ἰσοσυλλάβου scrib. pro περιττοσυλλάβου) κλίσεως ποιοῦνται· ὥσπερ γὰρ ὁ πολίτης τοῦ πολίτου καὶ ἡ πολῖτις τῆς πολίτιδος καὶ ὁ κυνηγέτης του κυνηγέτου καὶ ἡ κυνηγέτις τῆς κυνηγέτιδος, οὕτως καὶ ἀπὸ τοῦ τριακονταέτης τριακονταέτου (fort. l. — τους) ποιοῦσι

τὸ θηλυκὸν ἡ τριακονταέτις τριακονταέτιδος, ὡς παρὰ τῷ συγγραφεῖ τῶν τριακονταετίδων σπονδῶν *), (hic inserendum ex Etym. καὶ κατὰ κρᾶσιν τριακοντουτίδων) ὀφείλοντος εἰπεῖν ἡ τριακονταετὴς τῆς τριακονταετοῦς. Et eodem modo idem Choerobosc. p. 1191 δεῖ δὲ καὶ τοῦτο γινώσκειν ὅτι οἱ Ἀττικοὶ ἐπὶ τῶν εἰς ης εἰς ους ἐχόντων τὴν γενικήν, καὶ ἐπὶ τῶν παρὰ τὸ ἔτος διὰ τοῦ α ποιοῦσι τὴν αἰτιατικὴν τῶν πληθυντικῶν, οἷον ὁ Δημοσθένης τοῦ Δημοσθένους τοὺς Δημοσθένας, ὁ Ἀριστοφάνης τοῦ Ἀριστοφάνους τοὺς Ἀριστοφάνας, ὁ δωδεκαέτης τοῦ δωδεκαέτους τοὺς δωδεκαέτας, ὁ ἑπταέτης τοῦ ἑπταέτους τοὺς ἑπταέτας· τὴν δὲ εὐθεῖαν τῶν πληθυντικῶν διὰ τῆς αι διφθόγγου ποιοῦσιν ἐπὶ τούτων, οἷον οἱ Δημοσθέναι, οἱ Ἀριστοφάναι, οἱ δωδεκαέται, οἱ ἑπταέται. Haec omnia comparanti certissimum esse debet, de plurali tantum docere Choeroboscum, id quod recte suspicatus erat Buttmannus add. ad gramm. §. 56 p. 403, non recte propter illud, quod legebatur, ἀπὸ τοῦ τριακονταέτης τριακονταέτου dubitavit Schneiderus ad Platon. rep. p. 539. A. Nam etiamsi obnitaris, a Choerobosco scriptum esse τριακονταέτους, tamen illo τριακονταέτης τριακονταέτου hoc tantum dicere volebat, cum femininum τριακονταέτις fingerent, animo quasi praeformatam habuisse isosyllabam declinationem τριακονταέτης τριακονταέτου. Quo genitivo si re vera Atticos usos esse scivisset, nec illa poterat scribere illo sententiarum nexu „εἰ καὶ ταῦτα εἰς τὴν ου δίφθογγον ἔχουσι τὴν γενικήν, τῶν παρὰ τὸ ἔτος εἰς ους αὐτὴν ἐχόντων,“ nec altero loco dicere Atticos declinare ὁ δωδεκαέτης, τοῦ δωδεκαέτους, τοὺς δωδεκαέτας, ut Ἀριστοφάνης, ους, ας **).

---

*) Hoc ex Xenophonte, Hellen. II, 3, 9, affert Lobeck p. 407.

**) Neque adhuc ex Atticis scriptoribus eius formae singularis

Jam vero illis, quos apposuimus, Choeroboscī locis multo difficilior excitatur quaestio. Is enim ἑξαέτης, ἑπταέτης, δωδεκαέτης Atticis assignat, qualia Attica esse alii negant, formas illo α carentes Atticis propria esse docentes. Sed ille, soli declinationi et accentui intentus, hoc neglexit. — Quod item fecit p. 1244 δεῖ δὲ καὶ τοῦτο γινώσκειν ὅτι τὰ παρὰ τὸ ἔτος παρ' ἡμῖν μὲν ὀξυνόμενα κατὰ τὴν εὐθεῖαν καὶ κατὰ τὴν κλητικὴν ὀξύνονται, οἷον ὁ τριετής ὦ τριετές, ὁ πενταετής ὦ πενταετές, ὁ ἑξαετής ὦ ἑξαετές, παρὰ δὲ τοῖς Ἀθηναίοις παροξυνόμενα κατὰ τὴν εὐθεῖαν ἐν τῇ κλητικῇ προπαροξύνονται, οἷον ὁ πενταέτης ὦ πεντάετες ὁ ἑξαέτης ὦ ἑξάετες. Eust. ad Il. *B*, 765. p. 341, in. Ἄιλιος δὲ Διονύσιος ἐν ᾧ συνέθετο λεξικῷ φησι· διέτης, τριέτης, πεντέτης καὶ πάντα τὰ ὅμοια βαρύνουσιν Ἀττικοί, προφέροντες τῷ τόνῳ ὡς εὐεργέτης. Philem. lex. techn. p. 51 et Planud. An. Bachm. p. 37, 21 ἑξαετὴς ἵππος, ἑξέτης ἵππος· δεκαετὴς δεκέτης· ἀφαιρουμένου γὰρ τοῦ α ἀναβιβάζει τὸν τόνον. Suidas: ἑξέτει. ἑξαέτει (l. ἑξαετεῖ) βαρυτόνως ἀττικῶς. Ἀριστοφάνης Νεφέλαις· οἶδ' ἑξέτει σοι τραυλίσαντι πειθόμενος (v. 861). Duabus rationibus haec Attica distinguit, et omisso α et accentu.

---

prolatus est: sed etiamsi proferrentur, tamen Choeroboscus non doceret. Tantum autem constat, in his non plus sumi posse, quam demonstrari potest, ne ex unius quidem casus usu de alio posse certam coniecturam fieri. Sic quod Attici dixerunt δωδεκαέται et δωδεκαέτας, quod et Choeroboscus diserte docet et fidem nuper invenit, quod eiusmodi accusativi antea desiderati in Platonis codicibus inventi sunt (sc. τριακοντούτας et πεντηκοντούτας), hinc si quis vellet de Attico dativo δωδεκαέταις, qualem dativum Lobeckius ex Philostrato profert, concludere non probaretur. Caeterum non de plebis Atheniensis sermone loqui Choeroboscum nec eam ob causam Athenienses dici, quo olim Buttmannus inclinaverat (gramm. p. 210), et alter Choerobosci locus nunc planum facit, ubi Atticos dicit, et exempla apud Platonem reperta.

§. 4.

1. Quae sunt in *οὐτης* paroxytona sunt. Phot. (Suid.) *τριακοντούτης· παροξυτονεῖται· κοινὸν δέ ἐστιν ἀμφοτέρων τῶν γενῶν· καὶ τὰ πλήθη τριακοντούτεις· καὶ παρὰ Θουκυδίδῃ αἱ τριακοντούτεις σπονδαί εἴρηται· καὶ Ἀριστοφάνης*

2. *διετής* et *τριετής*, ut omnino composita ab *ἔτος*, quae exeunt in *ετης*, oxytona sunt*) .Soli Attici accentum retrahentes dicunt *διέτης*, *τριέτης*, et quae his similiter fingere amant sine *α* interiecto *πεντέτης*, *ἑξέτης*, *δεκέτης*, reliqua. Quare cum ex hoc genere, quod proprie Atticum dici debet, apud Homerum Ψ, 266, 655 inveniretur *ἵππον ἕξετε᾽ ἀδμήτην* aliquid contentionis ortum est. Et Ptolemaeus quidem Ascalonites hoc loco accentum retrahi iussit, *ἕξέτε᾽*; quod cur fecerit, non traditum; opinor tamen eum ita dixisse, formam Atticam debere etiam Attico accentu notari**). Attamen in hoc nec paradosin consentientem habuit nec, ut videtur, grammaticos optimos. Herodianus ad illum locum (et hinc Eust. p. 1299, 40) *ἕξετε᾽ ὁ Ἀσκαλωνίτης ἐνθάδε προπαροξύνει ὁμοίως τῷ „ὄτριχας, οἰέτεας“ (B, 765)· εἰσὶ δὲ οἳ παροξύνουσιν ὁμοίως τῷ εὐγενέα, καὶ οὕτως ἔπείσθη ἡ παράδοσις· προείρηται δὲ περὶ τῆς προσῳδίας.* Scilicet dixerat ad *B*, 765, hoc modo (habet etiam Eust. h. l. p. 341 sub Apionis et

---

*) Herod. Arcad. p. 27, 22 *τὰ μὲν εἰς της παρὰ τὸ ἔτος καὶ ἔργον ὀξύνεται, διετής, τριετής, κλεπτουργής, ναξιουργής* (cf. 26, 19). Idem ap. Eust. p. 341 (quo loco non *οἰετής* scribendum pro *διετής*, ut primum inspicienti videri possit) alios ait *διετής* dicere ex regula, alios (puta Atticos) *διέτης*.

**) Hoc si recte coniicimus, Ammonii locum p. 131, qui in exitu mancus est, sic fere supplebimus: *ὅθεν τὸ ἕξετε᾽ ἀδμήτην ἔδει παροξυτονεῖσθαι, πλὴν ὅτι Ἀττικόν· χρὴ οὖν ἀναγινώσκειν ὡς ἀξιοῖ ὁ Ἀσκαλωνίτης.*

Herodori nomine; p. 340, 40 aliquem grammaticum exscripsit, qui ἐξέτε admitteret): *οἰέτεας ὡς Διομήδεας· ἔστι δὲ καὶ ἐπὶ τούτου τοῦ σχηματισμοῦ παράλογος ὁ τόνος· τὰ γὰρ παρὰ τὰ εἰς ος λήγοντα, οὐ δισύλλαβα, συντιθέμενα* (l. *παρὰ τὰ εἰς ος λήγοντα δισύλλαβα συντιθέμενα*, v. ad *Π*, 57), *εἰς ης λήγοντα ἐπιθετικά, μὴ ἔχοντα τὸ η* (sic recte, non *o*, quod est in Et. M. 617, quo haec Herodiani translata sunt), *πάντα ὀξύνεται, εὐγενής, εὐκλεής, εὐειδής· οὕτως δὲ καὶ εὐτειχής· ἐχρῆν μὲν οὖν καὶ τὰ παρὰ τὸ ἔτος τὸ αὐτὸ ἀναδέχεσθαι· νυνὶ δὲ κατὰ βαρεῖαν τάσιν ἀναγινώσκουσιν, ἀλλ' οὐδὲ τοῦτο πάλιν καθολικῶς σώζοντες· ἑξετέα γὰρ ἀδμητὴν ἀναγινώσκουσιν ὡς εὐσεβέα.*

Atque Herodianus, ut sine dubio in ἑξετέα Homerico cum paradosi fecit, sic item in *οἰέτεας* contraria paradosis ita videtur firma fuisse, ut quamquam de causa haerebat, tamen discedere non auderet, tantummodo contra rationem et analogiam factum esse persequens. Hoc et ipsa, quae adscripsimus, verba eius satis declarant, et in *οἰέτεας* substitisse haec indicant, quae scripsit ad *Π*, 57 . . . . . *τῶν παρὰ τὸ ἔτος ὑπεξαιρουμένων· „ὄτριχας γὰρ οἰέτεας ἀνέγνωμεν.“* Caeterum fuisse videntur, qui *οἰέτης* paroxytonon explicarent per synecdromen. Id enim haec Eustathii (340, 40) indicant: *ἐξηκολούθησε γὰρ κατὰ τοὺς παλαιοὺς τὸ οἰέτης τῷ εὐνέτης, γαμέτης καὶ τοῖς τοιούτοις, ἐν οἷς μόνον τὸ εὑρετὴς σεσημείωται.*

§. 5.

Caeterum quae sunt ab ἔτος ea generali regula continentur adiectivorum huius generis cum substantivis neutrius generis in *ος* compositorum. De his Herodiani regula est, omnia esse oxytona, quae sunt a bisyllabis, exceptis quae in paenultima habent *η*. v.

Arcad. p. 27, 19: sed fusius explicata habemus ad *B*, 765, quem locum modo adscripsimus. Ad *N*, 63 (habet ib. Eust.) sic loquitur: *περιμήχεος ὡς Διομήδεος· τὰ γὰρ εἰς ης σύνθετα παρ' οὐδέτερα γενόμενα εἰς ος τῷ η παραληγόμενα βαρύνεσθαι θέλει, ὥσπερ ἔχει παρὰ τὸ κῆτος μεγακήτης, ἦθος κακοήθης.* Ad *Π*, 57 sic: quae melius etiam servata sunt in Cram. An. I. p. 158, curta in Etymlogicis: quae ex Cramero accesserunt asteriscis notavi. *ἡ τετριμμένη ἀνάγνωσις προπαροξύνει τὸ εὐτείχεα, τοῦ λόγου ἀξιοῦντος παροξύνειν, εἴ γε τὸ εὐτειχής ὀφείλει ὀξύνεσθαι· τὰ γὰρ παρ' οὐδέτερα δισύλλαβα εἰς ος λήγοντα μὴ τῷ η παραληγόμενα συντιθέμενα εἰς ης λήγοντα ἀρσενικὰ ὀνόματα ὀξύνεται ἐπιθετικὰ ὄντα, εἶδος εὐειδής, βάθος ἀγχιβαθὴς δὲ θάλασσα* (ε, 413), * *λέχος ἀγχιλεχής, Ἀντίμαχος „τὸ ῥά οἱ ἀγχιλεχὲς κρέματο περὶ πάσσαλον αἰεί·“ πυρσεχής* (?), *εὐρυσθενής, εὐγενής, ἐγκρατής* * *τὸ η παρητησάμην διὰ τὸ εὐμήκης,* * *εὐήθης* *, *τὴν δισυλλαβίαν διὰ τὸ εὐμεγέθης,* * *εὐστελέχης* *, *τῶν παρὰ τὸ ἔτος ὑπεξαιρουμένων, „ὄτριχας γὰρ οἰέτεας“ ἀνέγνωμεν* *)· *μόνως οὖν εὐτειχής καὶ εὐτειχέα.* Scilicet ex ratione, quam alio etiam modo confirmat. Quo statim redibo. Sed primum de illo *η* in paenultima Apollonii consensum notabo, synt. p. 187, 11 *ἰδοὺ γὰρ καὶ ἐπ' ἄλλων συνθέσεων διάφοροι τόνοι ἐγένοντο· ὀξύνεται τὸ ἐντελής, εὐειδής, ἀλλ' οὐκέτι τὸ εὐμήκης, μεγακήτης, καθὸ τοῦ η ἔχει παρεδρευόμενον.*

Sed ad Herodianeam notam *Π*, 57 redeo. His positis, quae adscripsimus, ex regula *εὐτειχέα* scribendum esse alia ratione sic confirmare pergit:

---

*) Hoc vult: ea quae sunt ab *ἔτος* non omnia sub hunc canonem cadunt: legimus enim *οἰέτεας*. — Caeterum post *ἀνέγνωμεν* apud Cramerum est imperiti hominis additamentum hoc: *καὶ εἰνάετες γάρ σφιν κακὰ ῥάπτομεν* (sic leg., Od. *γ*, 118)· *ὄτριχα δὲ σημαίνει ὁμοιοτρίχους, οἰέτεας δὲ ὁμήλικας.*

δευτέρῳ λόγῳ, ὅσοις κυρίοις εἰς ης λήγουσι βαρυτόνοις συνθέτοις παράκειται ἐπιθετικὰ ὀξυνόμενα, Διογένης — αὐτὰρ ὁ διογενής, Πολυνείκης — ἀλλὰ πολυνεικὴς διελέναι (emendat Lobeckius *δυσελέναι*), *Παγκράτης — παγκρατὴς ἀλήθεια, Εὐρυσθένης — ὁ πλοῦτος εὐρυσθενὴς* (Pind. Pyth. V, 1)· *οὐ μάχεται τὸ Εὐμενής**)· *οὐ γὰρ πάντως τὰ μὲν κύρια ἀεὶ βαρύνεται, τὰ δὲ ἐπιθετικὰ ὀξύνεται, ἀλλ' εἴ που βαρύνεται τὸ κύριον, τὸ ἐπιθετικὸν ὀξύνεται. εἰ δὴ Εὐτείχης ὄνομα κύριον παρὰ Ἀλκμᾶνι, ὀξύνεται τὸ ἐπιθετικόν.*

Caeterum hic videtur immemor fuisse vocis *ποδάρκης*, quod proprium est e. g. *B*, 704, Priami item nomen erat.

Firmae traditioni ut solet fulcrum quaerens excogitavit quo modo illud *εὐτείχεα* defenderet. *πόθεν οὖν*, inquit, *ἡ τετριμμένη τάσις; δώσομεν ἀφορμήν. τὰ εἰς ος λήγοντα οὐδέτερα συντιθέμενα ἀπ' εὐθείας συντίθεται, ξίφος ἄξιφος· μόνον τὸ τεῖχος καὶ ἀπὸ γενικῆς, τείχεος εὐτείχεος, ἀφ' οὗ τὸ „δῶσι πόλιν Τροίην εὐτείχεον ἐξαλαπάξαι“ (A, 129). μεταπλασμὸς εὐτείχεα ὡς πυργοκέρατον πυργοκέρατα· πάθος παρέλαβον, ἵνα βοηθήσω τῇ τετριμμένῃ τάσει***).

De *δολιχεγχεας* fuit quorundam dubitatio. Herodianus id quod ex regula est, *δολιχεγχέας*, defendit, quae sine dubio item fuit *ἡ τετριμμένη ἀνάγνωσις*. Dolendum est ex eius annotatione nihil superesse quam

---

*) Recte me duxit sensus meus scribentem Arist. p. 288 not. 3.

**) Hine Eust. h. l. *τὸ δὲ εὐτείχεα προπαροξύνεται, οὐκ ἐκ τοῦ εὐτείχης ὄν, ἀλλὰ κατὰ τοὺς παλαιοὺς ἀπὸ τοῦ τεῖχος εὔτειχος, οὗ γενικὴ εὐτείχεος.* — Phot. 101, 25 *ἰσοευρὴς αὐλὸς ἴσον εὖρος κεκτημένος. ὥσπερ τεῖχος εὐτειχής καὶ σθένος ἰσοσθενής, οὕτως εὖρος ἰσοευρής.* Nam ille abnormis accentus ad solum illum accusativum pertinet.

hoc: *δολιχεγχέας ὡς εὐσιδέας· παραιτητέον γὰρ τοὺς ἄλλως ἀναγινώσκοντας*, Ω, 155 (cf. Eust. ib. p. 1228, 20).

Antequam ab ea regula Herodiani, quam hac § tractamus, discedamus, commemorandus est memorabilis locus Et. M. p. 393, 6 *εὐληνής, παρὰ τὸ λῆνος οὐδετέρως· τὰ δὲ ἀπὸ τῶν εἰς ος οὐδετέρων εἰς ης γενόμενα σύνθετα ὀνόματα τῷ η παραληγόμενα, εἰ μὴ ἔχει τὸ ν, βαρύνεται· ὅθεν τὸ εὐληνής ὀξύνεται.* Vides eandem regulam, sed cum additamento *εἰ μὴ ἔχει τὸ ν*. Quod num Herodiani sit iure dubitamus. Eius enim regulam ex ipsius ore non semel, sed saepius audivimus, et satis quidem explicate loquentem audivimus de ista autem exceptione tacebat. Quo tamen ipse illud *εὐληνής*, cuius auctorem non novimus, de accentu non licet dubitare, rettulerit incompertum est. Hes. *εὐληνής εὐέριος*. Componenda cum hoc regula MS prolata a Goettlingio doctr. acc. p. 323, quae Choerobosci dicitur (ubi *εἰ δέ* leg. pro *ἐπὶ δέ*): quae regula talis est: Quae sunt composita a neutris in *ος* paroxytona sunt a) si sunt propria, b) si sunt a plurisyllabis (*εὐμεγέθης*), c) a bisyllabo, cui in penultima *η* subsequente muta: „hinc *δῆνος δυσδηνής. δήνεα δ' εἰσὶ τὰ βουλεύματα*: hoc habet quidem *η* sed non subsequentem mutam.“ Hes. *δυσδηνέας* (nam sic recte pro *δυσδηνίας* emendavit Valckenarius) *δύσνους, κακὰ βουλευομένους* *).

---

*) Lascaris de his: *ἔτι . . τὰ ἀπὸ δισυλλάβου ἔχοντος ἐν τῇ παραληγούσῃ η, μεθ' ὃ σύμφωνον ἕπεται.* —

Cur Ellendtius I. p. 153 contendat quod apud Suidam est ex Sophocle *ἀνηκές ἀνῆκον* scribendum esse *ἀνῆκες* non video: nam undecunque est non est hoc a substantivo in *ος* quod in penultima habet *η*, et synecdrome, quam statuit, non constans lex est. Immemor fuit vir amicissimus eo loco Piersoni notae ad illud Moeridis

ἀνακές ὀξυτόνως Ἀττικοί (h. e. Attici utuntur hoc vocabulo, quod oxytonos scribendum est), *ὡς καὶ Εὔπολις Αἰξίν, ἀθεράπευ-*

Apud Photium p. 101, 4 de μῆκος brevibus sic commemoratum: *ἰσομήκης· τὰ γὰρ παρὰ τὸ μῆκος σύνθετα βαρύνεται· εὐμήκης, ὀλιγομήκης, ἰσομήκης.*

Quem accentum in *ἀμφωες* Theocr. I, 28 habuerint non constat ex Etym. 93. 638. Herod. *μον. λ.* p. 14 (v. Mein. l. l. cl. Mus. Cant. I, 649).

§ 6.

Quae non sunt a neutris in *ος*, sed a femininis in *η* ea docet Herodianus oxytona esse, praeter *νεήκης* et *ταναήκης* (sed omnia dicit in *ηκης* ab *ἀκή*, v. Choer. Bekk. 1244) quae per synecdromen se applicuere ad *εὐμήκης*. Ad *N*, 391 (AB) sic scribit: *νεήκεσι ὡς εὐμήκεσι ἀνεγνώσθη· οὕτως δὲ καὶ Ἀλεξίων· ὁ δὲ Ἀσκαλωνίτης ὡς εὐγενέσιν, ὅπερ ἐχρῆν· παρὰ γὰρ τὴν ἀκὴν ἡ σύνθεσις· τὰ δὲ παρὰ τὰ εἰς η λήγοντα θηλυκὰ συντιθέμενα καὶ εἰς ης περατούμενα ἐπιθετικὰ τότε ὀξύνεσθαι θέλει ὅταν ἔχῃ οὐδετέρου παραγωγιατισμιόν καὶ τὴν γενικὴν εἰς ους περατουμένην, εὐτυχοῦς εὐτυχές, εὐρυπυλοῦς εὐρυπυλές εὐρυπυλεῖς. οὕτως οὖν ἐχρῆν καὶ τὸ προκείμενον. ὅμως μέντοι, ἡ παράδοσις τὸ νεήκης καὶ ταναήκης βαρύνει κατὰ συνεκδρομὴν τοῦ εὐμήκης, μεγακήτης* (hoc del.) [*δηλοῖ δὲ τὸ νεακονήτοις**.] Sunt eadem apud

---

τον Ἕλληνες Attulit Piersonus eandem medicinam Hesychio, in quam Ellendtius incidit, ut *ἀνηκές* explicetur *ἀνήκεστον*: admonetque de *ληθηκές εἰς λήθην ἄγον τὸ* (ὡς?) *φάρμακον* apud eundem Hesychium. Sed Lobeckius, omnium memor, dixit de his ad Aiacem p. 210: ei videntur mera paragoga facta. Quid est *λήθην κυνῶν* ap. Phot. et Suid? An *ληθηκῶν*?

*) Haec verba non sunt Herodiani, sed aliunde assuta, profecta ab iis, qui *νεήκης* non a subst. *ἀκή*, sed a verbo *ἄκω* derivari mallent. Hoc ita esse facile sentiet qui his scholiis exercitatas aures habet; patescit clarius ex Eustathio, qui notam ad h. l. sic incipit: *τὸ δὲ νεήκεσιν οἱ μὲν ἀντὶ τοῦ νεωξὶ ἠχονημένοις, οἱ δὲ*

Eust. ad h. l. p. 939, qui in fine addit de suis: *βαρύνεται δὲ ὁμοίως καὶ ξυρήκης ὁ ξυρήσιμος καὶ κουριῶν, ὡς φησιν Αἴλιος Διονύσιος.* Herod. *Π*, 768 *ταυνήκεας ὡς εὐμήκεας. οὕτως ἀνεγνώσθη· εἴπομεν δὲ ἐν ἑτέροις καὶ τὴν ἀφορμήν.* — Eust. (et schol.) *ι*, 387 p. 1635, 64 *πυριηκής δὲ μόχλος ὁ οἷον ἠκονημένος πυρί· εἰ δὲ καὶ βαρυτόνως γράφεται πυριήκης, συνηγορεῖται ὑπὸ τοῦ ταυήκες ξίφος καὶ τῶν ὁμοίων.* —

Quod Eustathius *πυριηκέα* etiam invenit h. l. aut ad Ptolemaeum pertinet, qui tamen hoc modo temere refutatur, aut negligenter scriptos codices habuit, aut tertio modo explicandum est ex annotatione schol. Phoen. 375, quam a Lobeckio peto ad Ai. p. 210, a quo in diiudicanda illa paululum discedo. Is scholiasta sic scribit: *κάρα ξυρηκές) τὸ ξυρηκὲς ὡς ἀπηνὲς τῷ τόνῳ· παραλόγως γὰρ ἐξηνέχθη καὶ οὐκ ἔχει τὴν ἀκὴν ἐγκειμένην, ὡς τὸ ἄμφηκες.* Pro *παραλόγως* vix dubito quin scripserit *παραγώγως*, quo fortasse non paragogen esse indicat, sed illud *ἀκή* hic non significare et quiescere. Certum est enim iam et exploratum hoc etiam sensu grammaticos *παράγειν* dicere, pro *παρέλκειν*. Sch. *Π*, 635 *εὐρυοδείης*) *παραγωγὸν ἡγοῦνται, τουτέστι παρολκὴν τῆς ἐπὶ τέλους λέξεως.* v. Lob. Ai. p. 200. 405. — Fuerunt igitur qui delitescente secundae partis significatione haec acuto tenore scribi voluerunt: qualem differentiam veteres non statuisse, patet ex Aelio Dionysio ap. Eust. et ex Aristonici Herodianique notis ad Il. *Π*, 768. Recentioribus ad omne genus distinctionum propensissimis hoc quoque adscribi posse vix mihi dubitabile videtur. Fortasse tamen ille scholiasta veram paragogen intelligi voluit.

τοῖς ἔχουσι νέαν ἀκὴν, ὅ ἐστιν ἀκωκὴν καὶ ὀξύτητα. — *Εὐήκης* et *προήκης* quosdam ab *ἥκω* duxisse ostendit Lob. ad Ai. p. 209.

Quod autem superest, fuisse qui in illo *πυριηκεα μοχλόν* altera parte aciem non significari putarent, intelligimus ex Hesychio, cuius una vocabuli explicatio est: *πῦρ ἔχοντα πεπυρωμένον.*

§. 7. a.

Porro docet Herodianus, quae sunt a verbis, eorum regulam esse ut oxytona sint. De exceptionibus infra videbimus. Arcad, 27, 11 *τὰ εἰς ης ἐπίθετα παρὰ ῥῆμα σύνθετα εἰς ους ποιοῦντα τὴν γενικὴν ὀξύνεται, εὐσεβής, ἐὐλαβής, θεοφιλής, αὐτοσφαγής, πολυδευκής. Πολυδεύκης δὲ τὸ κύριον βαρύνεται· τὸ μέντοι φιλαλήθης καὶ μισαλήθης καὶ εὐήθης καὶ κακοήθης παρώνυμά εἰσιν, οὐ παρὰ ῥῆμα.* Huic generali regulae subiecta sunt quae sunt ab *ἄρω*, ut *θυμαρής*, sed quae sunt in *ήρης*, ut *θυμήρης*, *χαλκήρης* paragoga et simplicia sunt: de quo mox ponam testimonia. Subiecta illi regulae porro quae sunt ab *ἄω*. Ad *Λ*, 297 sic scribit. *ὑπεραΐϊ ὡς εὐσεβΐϊ κατὰ διάστασιν· ἔφαμεν γὰρ τὰ παρὰ τὸ ἄω συντιθέμενα καὶ ης λήγοντα ὀξύνεσθαι, ἀκραής, δυσαής· οὕτως ὑπεραής. M*, 157 *ζαής ὡς ὑγιής. οὕτως καὶ ὁ Ἀσκαλωνίτης. παραιτητέον δὲ τοὺς βουλομένους βαρύνειν, ἴσως πλανηθέντας ἐκ τῆς αἰτιατικῆς τῆς εἰς ν περατωθείσης* (*μ*, 313)· *ζηθήσεται δὲ ἐν τῇ μ τῆς Ὀδυσσείας περὶ τῆς προσῳδίας.* Arcad. 23, 12 *καὶ τὸ ζαής ὡς σύνθετον ὀξύνεται* *).

---

*) Altero loco Arcadii, ubi est *ζαής*, p. 25, 3 fortasse non verum est: attamen cum non exploratum videatur ibi simplicia tantum afferri teneri poterit: nam idem vocabulum ut non uni tantum canoni subiiciat sed pluribus id saepius fieri videmus. Pro *ἀλής* scrib. ibidem *ἀλής*. — Quod Eustath. habet ad M, 157 *ὀξύνεται δὲ ὁ ζαής καὶ ὁ δυσαής ᾧ λόγῳ καὶ ὁ φιλοψευδής* in eo notandum est rationem Herodianeam non esse, cui *ζαής* ab *ἄω*, *φιλοψευδής* ab adiectivo *ψευδής* compositum videtur, ut infra apparebit. — Idem Eustathius ad *μ*, 313 tradidit *ζαῆν ἄνεμον* Aristar-

Porro huc pertinet ζαχρηής, de quo haec paucula supersunt, ad *M*, 360 *ζαχρηεῖς περισπαστέον ὡς εὐγενεῖς*. Quae *η* habent in penultima et oxytona sunt subiicit huic canoni, non a substantivis in *ος*, sed a verbis ducens. Ad *N*, 63 (quae Eustathius mutuatus est h. l. p. 920, 40) *περιμήκεος ὡς Διομήδεος· τὰ γὰρ*

---

chum cum circumflexo scripsisse: »καὶ τοῦτο μέν οἱ παλαιοὶ φασι.« Sed quod deinceps addit hinc verisimile esse ab Aristarcho nominativum item scriptum cum circumflexo ζαῆς, hoc falso suspicatus est. Primum hoc item illi veteres annotassent, deinde eodem modo scripsisset Herodianus, quod non fecit. ζαῆν et ζαής praebent lexicographi. Quosdam ζάης ζάην maluisse indicavit Herodianus; fuisse etiam qui ζαῆν' ἄνεμον tuerentur discere licet ex Et. M. p. 407 in., Zonar. p. 949, Herod. π. μ. λ. 17, 15. In Etym. scrib. πετήν, ἀήν et ζαήν, deinde ζαῆνα πετῆνα, verba denique εἰ μὴ κατ' ἔκθλιψιν γέγονε transferenda erunt ad priorem commentationis partem misere corruptam, quam non expedio, post haec »καὶ ἐν συναλοιφῇ ζαής« delendumque ῥ̓ ante ὡς. Herodianus περὶ μ. λ. l. l. nulla docet esse in ἣν καθαρεύοντα κατὰ χρῆσιν Ἑλλήνων praeter δοθιήν· »εἰ δέ τις λέγοι ὅτι καὶ τὸ ζάην καθαρεύει, καὶ αἰτιατικὴ παρὰ τῷ ποιητῇ κατ' ἔκθλιψιν τοῦ α, ὥρσε δ' ἐπὶ ζάην ἄνεμον, πρῶτον μὲν ἕπεται, ὡς οὐχ ὑγιῶς τὸ τοιοῦτο παραλήψεται πίστιν, ὀφείλει ἐξ ἄλλων πτώσεων παραθέσθαι.« Quae sic fere corrigenda videntur: εἰ δέ τις λέγοι, ὅτι καὶ τὸ ζαὴν καθαρεύει, οὗ καὶ (vel καθότι pro καὶ) αἰτιατικὴ παρὰ τῷ ποιητῇ κατ' ἔκθλιψιν τοῦ α, ὥρσε δ' ἐπὶ ζαῆν' ἄνεμον, πρῶτον μὲν εἴσεται, ὡς οὐχ ὑγιῶς τὸ τοιοῦτο παραλήψεται, οὗ πίστιν ὀφείλει ἐξ ἄλλων πτώσιων παραθέσθαι. Deinde alterum argumentum excidit, ne certum quidem esse apud Homerum ζαῆν' sic cum apostropho esse scribendum. — Nominativus ζαής fulcrum habebat a neutro ζαές quod inventum est: Hes., Suid., Phot. ζαές μέγα, πολύ, λαμπρὸν ἢ ἰσχυρόν; illud λαμπρόν ostendit de vento dictum fuisse. — Ζαής ζαῆν fere receptum fuit: ζαΐς et ζαῆν Hesych., ζαής Apollon. lex., ζαῆν etiam Suid., apud. Phot. falso ζαήν. ζαής Quint. III, 619. — Fuisse etiam qui tenacem traditionem aspernati ζαῆ scriberent ex iis quae Porso annotavit ad *μ*, 313 non intelligitur, quamquam ipse sic putat. — Haec mihi ad rem meam pertinentia non praetermittenda fuere: longe graviora una cum veterum testimoniis de hac voce dedit Lobeckius progr. in memor. conditi Prussiarum regni 1836.

εἰς ης σύνθετα παρ' οὐδέτερα γενόμενα τὰ εἰς ος τῷ η παραληγόμενα βαρύνεσθαι θέλει, ὥσπερ ἔχει παρὰ τὸ κῆτος τὸ μεγακήτης, ἦθος κακοήθης· διὸ τὰ λαθικηδής, οἰνοπλῆθής ὀξυνόμενα παρὰ ῥήματά φαμεν συντεθεῖσθαι τὸ κήδω καὶ τὸ πλήθω. Cf. Et. M. 555, 3 λαθικηδής παρὰ τὸ κήδω μετὰ τοῦ λήθω γίνεται, ὁ ἄλυπος· ὀξύνεται δὲ ὅτι παρὰ ῥῆμά ἐστι βαρύτονον τὸ λήθω (del.) κήδω· εἰ γὰρ ἦν παρὰ τὸ κῆδος ἐβαρύνετο ἂν ὡς παρὰ τὸ μῆκος εὐμήκης. λαθικηδέα μαζόν (X, 83). — Ἀκηδέες ὡς εὐσεβέες ad Il. Φ, 123. — Huc πρηνής referendum erat iis, qui illud ab νεύω compositum putabant: Herodiano simplex est, si Arcad. 25 in. de simplicibus tantum sermo. — De δυσμενής dubitatur in Et. M. 292, 11 (cf. Cram. I, 121) utrum a μένω sit, unde μέμονα, an a μένος: utrum sit, oxytonon esse. Quod est ex iis regulis, quas iam novimus.

§. 7. b.

Sed quae sunt in ηρης non ab ἄρω ducit compositaque habet Herodianus, sed haec sunt paragoga: et paragoga in ηρης sunt paroxytona. Ad Γ, 316 (ABL) sic scribit: χαλκήρεϊ προπαροξυτόνως· ἔστι γὰρ παραγωγὴ ἡ διὰ τοῦ ηρης, ἥτις βαρύνεται, ξιφήρης, ὀλιγήρης, θυμήρης, ἔνθεν τὸ „θυμῆρες κεράσασα“ (K, 362)· εἰ μέντοι γε τὸ ἄρω ἔγκειται ἐπὶ τούτου καὶ διὰ τοῦ α ἡ σύνθεσις γένοιτο καὶ ὀξεῖα τάσις ἐστίν „ἔχει δ' ἄλοχον θυμαρέα“ (I, 336). Et I, 336 (unde pars venit in Et. M. 458, 26) σύνθετόν ἐστι παρὰ τὸ ἄρω θυμαρής· καὶ οὕτως ἀνέγνωμεν „Εὔμαιος δ' ἄρα οἱ σκῆπτρον θυμαρές“ (ρ, 199) διὰ τοῦ α· οὐ γάρ ἐστι παρώνυμον διὰ τοῦ ηρης· τὰ γὰρ διὰ τοῦ ηρης καὶ ωδης παρώνυμα βαρύνεται, ξιφήρης, ὀλιγήρης, τοξήρης, ὀνώδης, βοώδης. In his eadem paragoge est quae est in πλήρης, quod factum per syncopen πλεῖος, πλειήρης, πλήρης. Arcad. 25, 3 τὸ δὲ πλήρης βαρύνεται· πληήρης (l. πλειήρης, v. Et. M. Zonar. s. v.) γὰρ

ὡς ξιφήρης, λιγήρης (l. ὀλιγήρης). Secundum alios est ex πολυήρης, v. ibid. et Theogn. Cram. II. pag. 44, 19.

Ut Herodianus sic Apollonius de his, quae sunt in ηρης, statuit: τὸ χαλκήρης οὐ τὸ ἀρηρέναι ἔχει, ὅμοιον δέ ἐστι τῷ Φανίας καὶ Ἀρχίας καὶ Γοργίας, h. e. mera paragoge. synt. 189, 21.

Hac doctrina nititur incerti auctoris commentatio de ἀχηρής Et. M. p. 181, 18: ἀχηρής ὁ λυπηρός· ἐκ τοῦ ἀχαρής ἐκτάσει τοῦ α εἰς η ἀχηρής· διατί ὀξύνεται; οὐ γάρ ἐστι τοῦ τίπου τῶν διὰ τοῦ ηρης· ὁ τόνος οὖν λέγει τὸ σχῆμα ὅτι οὐκ ἀπὸ τοῦ ἄχος ἀχήρης ὡς ξίφος ξιφήρης. Cf. Suid. ἀχηρής ὁ λυπηρός ἐκτάσει τοῦ α εἰς η. —

Et. M. p. 122 (cf. Cram. 1, 84) ἀπηρής παρὰ τὴν ἀράν τὴν βλάβην, ἀποηρής ὁ ἀβλαβής· οὐ γάρ ἐστι τῶν διὰ τοῦ ηρης· ἐπεὶ ἐβάρυνεν ἂν ὡς τὸ κωπήρης, ξιφήρης· καὶ ἀπηρεῖς ὑγιεῖς ἄνοσοι· καὶ ἀπηρῶς τὸ ἀβλαβῶς, ὡς ἀπηχῶς τὸ σκληρῶς. Ἀπολλώνιος καί σε θεοὶ σὺν ἀπηρέσιν αὖθις ἑταίροις, Argon. I, 888, ubi nunc codd. ἀπήμοσιν. Παναπηρέας est Callim. Cer. 125. Hes. ἀπηρεῖς ἀπήρωτοι, μὴ πεπηρωμένοι. Hic igitur a verbo πηρόω ducit. —

Contra quidquid fuit vocabuli illud δυσβίρης, δυσβῆρες, quod lexicographi servarunt, derivatio δύσβατος δυσβατήρης καὶ ἐν συγκοπῇ δυσβήρης prodit quo accentu notatum fuerit.

Attamen non omnes grammatici haec in ηρης simplicia iudicabant. Is quidem, a quo Photius et Suidas acceperunt θυμῆρες καταθύμιος, simplex esse significabat: sed in Apollonii lex. Hom. explicatur χαλκήρεας χαλκῷ ἠρμοσμένους et θυμῆρες τὸ ἀρέσκον τῇ ψυχῇ. Quae in Et. M. similiter leguntur de χαλκήρης, hinc

fortasse manarunt. In Epimer. Cram. II. p. 421 *φρενήρης παρὰ τὸ τὰς φρένας ἔχειν ἀραρυίας.* Item *ἀντήρης, εὐήρης* multos fuisse qui ab *ἐρέσσω* vel *ἄρω* ducerent patet ex lexicographis*). — Apud Eustath. *χαλκῆρες δόρυ τὸ χαλκῷ ἀρηρός*, p. 882. Sed his Eustathii carere non possumus: *τὸ δὲ θυμῷ ἦρα φέροντες* (Ξ, 132. p. 972, 10) *ἀντὶ τοῦ χαριζόμενοι ἑαυτοῖς*, deinde *ἦρα* derivat ab *ἐρᾶν*, denique addit: *ἐκ δε τοῦ θυμός καὶ τοῦ ἦρα ἔοικε συγκεῖσθαι τὸ θυμῆρες, ὡς καὶ ἀλλαχοῦ φαίνεται.* Idem ad Ψ, 232 p. 1946, 30 *καὶ ὅρα τὸ θυμαρέα ἤγουν θυμήρη ὡς ἀπὸ εὐθείας τῆς ἡ θυμαρής· καὶ σημείωσαι ὅτι μετὰ τοῦ η μὲν βαρύνεται ἡ τοιαύτη λέξις, ὡς δῆλον ἐκ τοῦ θυμῆρες κεράσασα κατὰ κρατός τε καὶ ὤμων, διὰ δὲ τοῦ α ὀξύνεται κανόνι ὁποίῳ καὶ ἡ εὐμαρής.* Ad I, 336 p. 754, 60 *ἄλοχον θυμήρη* (aut *θυμαρέα* scripsit aut satis habuit hic sententiam reddere, verbi formam non curans), *ὅπερ ἐφεξῆς ἑρμηνεύων λέγει· ἤν ἐκ θυμοῦ φίλεον, ὡς ταὐτὸν ὂν εἰπεῖν θυμαρέα, ἤγουν ἀρέσκουσαν τῷ θυμῷ, καὶ ἦν ἐκ θυμοῦ φίλεον· καὶ γὰρ φιλιώσεως σημαντικὴ λέξις καὶ τὸ ἀρέσαι, ὃ καὶ ἀρέσασθαι λέγεται, ὅθεν καὶ ὁ θυμηρὴς* (sic) *σύγκειται καὶ ὁ θυμαρής· ζητητέον δὲ περὶ τοῦ τόνου, μήποτε ὀφείλῃ προπαροξύνεσθαι τὸ θυμαρέα· ἐπεὶ γὰρ εὕρηται τὸ θυμῆρες βαρύτονον, ὡς τὸ θυμῆρες κεράσασα, βαρύνοιτο ἂν ἴσως καὶ ὁ θυμήρης ἀναλόγως καὶ ἡ θυμήρης, ἀκολούθως δὲ καὶ ἡ θυμάρης.* Horum locorum nullo Herodianum ante oculos habuisse videmus. Ultimo loco, ubi de ipso accentu vocis *θυμαρής* quamvis modesta movetur dubitatio, ubi ne in *θυμήρης* quidem firmiter insistit, paene crediderim suo Marte digladiari conatum esse.

---

*) In his diiudicandis memores erimus, quae nuper Lobeckius de longioribus paragogis tam gravia quam nova protulit.

§. 7. c.

Jam videamus horum quae sunt cum verbis composita quae regula exemta dicat.

1. Quae sunt ab ὄλω. Arcad. 27, 9 *βαρύνονται τὰ παρὰ τὸ ὄλλω, πανώλης, ἐξώλης, προώλης.* cf. 117, 19.

2. Quae sunt ab *ἀρκῶ, ἀντῶ, ἄδω.* v. Choerob. Bekk. p. 1244. — Et. M. p. 678, 2 (Gud., Cram. I. p, 348) *ποδάρκης σημαίνει τὸν ταχὺν περὶ τὸν δρόμον ὁ τοῖς ποσὶ τοῖς ἑαυτοῦ ἐπαρκεῖν δυνάμενος πρὸς τὸ ὑπεκφυγεῖν ἢ διώκειν τοὺς πολεμίους. Ὅμηρος ποδάρκης δῖος Ἀχιλλεύς — ἔστι δὲ καὶ ὄνομα κύριον· ὤφειλε δὲ εἶναι ποδαρκὴς ὀξυτόνως ὡς ἐπίθετον, ἀλλὰ σεσημείωται τὰ παρὰ τὸ ἀντῶ καὶ ἀρκῶ καὶ αὐθάδης· γίνεται δὲ ἡ κλητικὴ πόδαρκες ὡς αὔταρκες· καὶ τὸ οὐδέτερον ποδαρκές ὀξυτόνως, τῶν ἄλλων ὁμοφωνούντων τῇ κλητικῇ τοῦ ἀρσενικοῦ* *). Haec Herodianea esse facile cognoscitur. Cf. Arcad. p. 117, 24: retrahunt in neutro accentum in antepaenultimam *καὶ τὰ παρὰ τὸ ηκη* (l. *ηκης*), *τανυήκης τανύηκες. καὶ τὰ παρὰ τὸ αδης καὶ αρκης, αὐθάδης αὔθαδες, αὐτάρκης αὔταρκες· τὸ μέντοι ποδάρκης βαρύτονον ἔχει τὸ ποδαρκές οὐδέτερον ὀξυνόμενον. Τὰ παρὰ τὸ αντης οὐδέτερα προπαροξύνονται, κατάντης κάταντες, προσάντης πρόσαντες, ἀνάντης ἄναντες καὶ τὰ ὅμοια.* Hoc loco Arcadii sermo est de barytonis: haec omnia igitur Herodiano barytona fuisse non potest dubium esse: quod unum fortasse possit, quae sunt in *αντης* an a verbo duxerit, hoc ex Etymol. conficitur **).

---

*) De vocativis et neutris v. Choerob. Bekk. 1243. 1244. Theodos. can. 1004. Arcad. 117 (de *ποδαρκές* v. 25). — Vocativus olim falso scriptus apud Wolfium *ἀγακλέες* Ph, 379, correctus in novissima editione. — Vocativum *ἀχηδεές* ex *ἀχηδές* nonnulli maluerant Ph, 123.

**) Moeris. *κάταντες τὴν πρώτην ὀξυτόνως Ἀττικῶς, τὴν τελευταίαν*

De *ἐπαρχής*, *ἐξαρχής*, *διαρχής* et similibus a praepositione incipientibus disertum veterum testimonium non habeo: sed ut in textibus horum accentus in ultima constantissimus est*), sic nec a grammaticis hoc, in quo nunc versamur, canone comprehensa arbitror: is erat de synthetis, non de parasynthetis, in quibus haec relata esse opinor.

De iis quae sunt a *πέτομαι* et *πίπτω* sic scribit Eust. p. 899, 53 (*M*, 201) *τὸ δὲ ὑψιπέτης βαρύνεται κατὰ Ἀρίσταρχον πρὸς διαστολὴν τοῦ ὑψιπετής, ὃ δηλοῖ τὸν ἐξ ὕψους πεσόντα .... ἐπικρατεῖ δὲ ἡ τοῦ Ἀριστάρχου γραφή· ὥσπερ δὲ ὑψιπέτης βαρυτόνως οὕτως καὶ εὐπέτης ὁ εὖ πετόμενος· οὕτω δὲ ἴσως καὶ προπέτης ὁ προπετόμενος καὶ περιπεζίως εἰπεῖν ὁ προαλής· εὐπετής μέντοι ὁ εὖ πίπτων ἤγουν συμβαίνων· ὅθεν καὶ εὐπετὲς πρᾶγμα τὸ εὔκολον· καὶ προπετὴς δὲ ὁ θρασὺς καὶ τῶν ἄλλων ἔμπροσθεν πίπτειν ἐθέλων τῇ τάξει.* Quae eadem sunt ap. Philem. p. 178. — Suid. *ὑψιπέτης ὁ εἰς ὕψος πετόμενος, ὑψιπετὴς δὲ ὁ ἀπὸ ὕψους πεσών.* Item Zonar. Thom. M. Schol. D ad *M*, 201.

Aristarchus nullam aliam ob causam *ὑψιπέτης* scripsit apud Homerum, quam quod ex vocativo *ὠκυπέτα* Θ, 42 intellexerat primae declinationis esse. Sic tradit Herodianus eo loco, additque „*πρόδηλον δὲ καὶ*

ὀξέως Ἑλληνικῶς. Quod quid sibi velit (si recte sic scriptum est) quave fide dictum sit nescio. An de adverbiali significatione intelligi voluit?

*) v. exempla in Steph. thes.: frequentissimum est *διαρχής* multaque apud Steph. allata exempla. Adverbium *διαρχῶς* in Procopii delicüs est, v. e. g. T. I. 78, 14. 108, 8. 180, 9. 194, 19. 259, 2. 263, 4. 288, 10: quamquam ex accentu adverbii de adiectivi accentu non prorsus certa conclusio. Adiectivo non aeque saepe usus, e. g. 228, 23. 278, 22. Scribitur oxytonos.

τῶν διαλέκτων· ὑψιπέτας γὰρ εὑρέθη.“ Et tenuit hoc sine dubio in nominativo apud poetas antiquos, ut in illo Hesiodeo ὣς ἔφατ' ὠκυπέτης ἵρηξ, Op. 210. — Si quando tertiae declinationis fuerunt an eundem accentum tenuerint hoc vix effici poterit*). Vereor tamen ne non ita sit. Nam quod Eustathius de προπέτης dicit, hoc admonet memorabilis loci apud Tzetz. Chil. VII, hist. 128, ubi illam significationem vocabuli προπετης, quam Eustathius indicat, ab avibus ducit praemature volantibus. Hos alites

τούτους προπέτας λέγουσι καὶ προπετεῖς ὁμοίως

v. 268, declinationem simul accentu distinguens, nec est cur v. 269 et 271 ubi de hominibus προγλώσσοις dicit προπέτης (nam προπετής Kiesslingii errore scriptum versus respuit, ut notavit Struvius p. 105) et προπέτην de alia declinatione quam de prima cogitasse putemus. Alii, et opinor antiquiores, προπετής ἀνήρ a προπίπτειν ducentes (v. Hesych., Zon.), non poterant admittere nisi προπετής; hinc Eustathius dicit „ἴσως.“ Significat autem deinceps, distinguere voluisse quosdam inter προπέτης ἀνήρ et προπετής: de qua re conferendi Tzetzes l. l. et Phavorin. Unde hoc fere eos voluisse colligo: προπέτης ἀνήρ importune loquax, προπετής audax, protervus: de lingua enim metaphoram a πέτομαι aptius ducebant, fortasse de alatis verbis Homeri cogitantes: audax homo commodius visus dici ὁ προπίπτων sc. τῆς τάξεως, ex acie prorumpens. Haec omnia nimium quantum Byzantinos redolent, et ne apud hos quidem firmum fuisse ex Eustathio, Tzetze (qui omnino id vocabuli de audacibus et protervis adhiberi vetat) et Phavorino collatis patet.

---

*) ὑψιπετῆ Antip. Sid. CV. Apollonid. XIV. Sed τηλοπέτευς ap. eundem Apollonid. VI. ὀξυπετεῖ loco ut videtur ex poeta petito Schol. Od. γ, 372.

Thomas M. sic scribit p. 371 Ritschl. *ὑψιπέτης ὁ εἰς ὕψος πετόμενος· ὑψιπετὴς δὲ ὁ ἐξ ὕψους πεσών. ὡς- αύτως καὶ δρυπέτης καὶ δρυπετὴς καὶ ὅσα τοιαῦτα.* Vides quam hoc ineptum sit: sed nullo in vocabulo tam mala conditione utimur: sic confusionis inter *δρυ- πετης* et *δρυπεπης* constantia, accentus inconstantia omnem, quae in hoc vocabulo poni possit opera, videtur evertere. Apud Eustath. p. 664, 39, si haec cum p. 1726, 6 (ubi *περισπῶνται* leg. pro *προπαροξύνονται*, quod immigravit ex versu sequente) et 211, 19 et Ath. p. 56 conferuntur, apparebit *δρυπέπεις* et *δρυπε- πεῖς* scribendum esse pro *τ*; et docet ille, *δρυπεπεις* utroque accentu scribi, sed secundum antiquiores scribendum esse paroxytonos.

Doctorum virorum de his vocabulis diversaque significatione commentationes notae sunt. Ex quibus ipsis in utroque vocabulo utrumque accentum reperiri apparet et voces ipsas permultis locis a librariis confusas esse. *δρυπεπής* (quod est a verbo) ex regula est: hinc etiam dici potuisse *δρυπέπεις*, ut saepe boni codd. exhibent, cum vel omisso *ἐλαῖαι* vel *ἰσχάδες* recte et proprie proferretur, facile credi potest. *δρυπετής* videtur minus in olivis fixum fuisse (apud Aelian. XVI, 18 mihi *τῷ φοίνικι τῷ δρυπετεῖ* aptius videtur), et videtur etiam in libris *δρυπετής* inveniri saepius. — *Εἰ δὲ μὴ καλῶς λεγω σὺ νίκα.*

§. 8.

Quae sunt ab adiectivis in *ύς*, oxytona. Unum *ποδώκης* exceptum est, quod quam firmum fuerit, etsi quidam *B*, 764 *ποδωκέας* poscere ausi sunt, ex Herodiani commentatione ad eum locum intelliges (quae mutuatus est Eustathius ib. p. 340, 20): *ποδωκεας (ἵπ- πους)· τινὲς ὡς εὐσεβέας· καὶ οὕτως αἱρεῖ ὁ λόγος, εἴγε*

καὶ τὸ ποδάκης ὀφείλει (sc. ex analogia) *ὀξύνεσθαι, καθὸ τὰ εἰς υς ὀξύτονα, φυλάσσοντα ἐν τῇ συνθέσει τὴν κατάληξιν, ἀναδίδωσι τὸν τόνον, δριμύς ἄδριμυς, οὐχ οὕτως δὲ ἔχοντα, ἀλλὰ τρέποντα τὸ τέλος, ἵσταται ἐπὶ τῆς ὀξείας, ἡδύς ἀηδής, βαρύς ἀβαρής, ἡύς ἐνηής· οὕτως οὖν ὤφειλε καὶ τὸ ποδώκης ὀξυτονεῖσθαι, γενόμενον ἀπὸ τοῦ ὠκύς. ἀλλά φασιν εἰς ἰδιότητα τοῦ Ἀχιλλέως βεβαρυτονῆσθαι τὸ ποδώκης· παρὰ γοῦν τῷ Ἡσιόδῳ ἀνεγνώκασι „ποδωκὴς δῖ' Ἀταλάντη.“ τί οὖν ἐπὶ τοῦ Δόλωνος; κατὰ βαρεῖαν τάσιν ἀνεγνώκασι καὶ ἐπὶ τούτου* [item ut in Achille] *„ὃς δή τοι εἶδος μὲν ἔην κακός, ἀλλὰ ποδάκης“* (*K*, 316).

Nec poterit exemplum proferri, accentus mutati in adiectivis Deo vel heroi alicui praecipue adiungi solitis. — Vides et hoc loco ne causam quidem excogitare potuisse Herodianum, sed consuetudinem temere migrare conatos repulisse. Caeterum regula, in quam peccat *ποδώκης*, est etiam apud Arcadium servata p. 27, 24: *τὰ εἰς ης ἀπὸ τῶν υς ὀξυτόνων μὲν ὀξύνονται, βριθύς ἐμβριθής, βαρύς ἀβαρής.* —

Quae sunt a barytonis in *υς*, barytona: *πῆχυς, τριπήχης, τετραπήχης*, Arc. 27, 27.

§. 9.

Quae sunt composita ab adiectivis simplicibus in *ής* docet oxytona esse; iis exceptis quae composita sunt cum *ἀληθής*. Ad *M*, 164 (et ap. Eust. ib. p. 897, 38: coll. cod. BLV): *φιλοψευδής ὀξυτονητέον ὁμοίως τῷ ἁπλῷ· τὰ γὰρ εἰς ης λήγοντα ὑπὲρ μίαν συλλαβὴν ὀξυνόμενα συντιθέμενα πάντα θέλει φυλάσσειν τὸν αὐτὸν τόνον, ὑπεσταλμένου τοῦ ἀληθής. σαφὴς ἀσαφής, ἀντεραστής, φιλαθλητής. οὕτως καὶ φιλοψευδής.* Similiter Arcad. 28, 1: cum quo utique conferendus idem canon Et. M. 435, 26 (et Gud. 281, 43). Hoc Etym. M.

loco plurima Herodianea sunt: haec quoque est altera regula, v. 53, v. Arcad. 27, 14, *τὸ δὲ ἀληθής ἀνεβίβασε τὸν τόνον ἐν τῇ συνθέσει, ἐπειδὴ τὰ διὰ τοῦ ηθης σύνθετα ὀνόματα* (pro *ὀνόματα* recte scriptum est *παρώνυμα* in cod. Barocc., unde haec eadem nuper vulgata sunt in Mus. phil. Cantabr. 1833. V p. 427, v. Arc. l. l.) *βαρύνεται. οἷον ἦθος εὐήθης, συνήθης, κακοήθης. τούτοις ξυνεξηκολούθησε καὶ τὸ φιλάληθες, πανάληθες* (l. *φιλαλήθης, παναλήθης*).

§. 10.

Quae sunt in *ω̄δης*, item in *ω̄ρης* paroxytona sunt. Ad *I*, 336 *τὰ διὰ τοῦ ηρης καὶ ωδης παρώνυμα βαρύνεται, ξιφήρης, ὀλιγήρης, τοξήρης, ὀνώδης, βοώδης.* Arcad. p. 25, 23 *ἔτι τὰ διὰ τοῦ ωδης, εὐώδης, πετρώδης, δυσώδης.* 117, 15 *τὰ διὰ τοῦ ωδης εἰ ἔχει οὐδέτερα προπερισπώμενα αὐτὰ ἔχει, εὐώδης εὐῶδες, γεώδης γεῶδες.* Utrum igitur in *εὐώδης, δυσώδης* hunc tenorem ex paragogorum synecdrome explicuit an pro parasynthetis habuit ab *εὐαής, δυσαής*, ut expediuntur apud Choerobosc. Bekk. p. 1243, Etym., Zonar.?

Quae sunt in *ωρης* vix dubium esse potest quin Herodiano item ut illa in *ήρης*, post quae apud Arcadium ponuntur, paragoga fuerint: quamquam alii composita crediderunt: v. Et. s. *Διώρης*, Schol. Electr. (Suid.) 903 de *νεώρης*, ubi verba *ἢ ἐκ νέου τινός* eorum sunt qui nihil praeter *νέος* inesse significant. — Quae hodie apud Arcadium sunt, haec sunt: p. 117 *Ἔτι τὰ διὰ τοῦ ωρης* (in neutro properispomena sunt), *νεώρης νεῶρες, αὐτώρης αὐτῶρες καὶ τὰ παρὰ τὰ ὅλω συντεθειμένα, ἐξώλης — ῶλες, πανώλης — ῶλες.* p. 26, 13 *Ἔτι τὰ διὰ τοῦ ωρης, Διώρης, Λυκώρης. ὅπερ Καλλίμαχος ὀξύνει.* Quod quid sibi velit apparebit fortasse ex Theognosto Cram. II. p. 32, qui locus, quamquam proprie non est

de accentu, non incommode comparabitur: τὰ διὰ τοῦ ωρης διὰ τοῦ ω μεγάλου γράφει τὴν παραλήγουσαν· οἷον κατώρης, Διώρης ὄνομα κύριον, αὐτώρης, νεσσώρης (?), ὑληώρης, νεώρης (quod vulgo falso tenore scribitur, v. Ellendt. lex. Soph.) ἡ Λυκωρέος γενικὴ ἀπὸ τῆς Λυκωρεύς εὐθείας ἐκφερομένη οὖσα τετήρηται. An igitur hoc volebat Herodianus: est proprium paroxytonon Λυκώρης ut Διώρης: nam quod apud Callimachum est Λυκωρέος, hymn. Apoll. 94, est ab Λυκωρεύς.

§. 11.

Tria restant testimonia recentioris doctrinae: quae mirum est cognatione quadam teneri. Et. M. p. 776 . . . ἆρα καὶ τὰ λοιπὰ τὸν αὐτὸν λόγον φυλάσσει; λέγεται πάλιν ὡς ἐπίπαν. ἰδοὺ ἀτερπής μῦθος ὁ μὴ τέρπων ὀξύνεται ἐνεργητικός. καὶ ἀνηλεής ὁ μὴ ἐλεῶν. καὶ φιλομειδής ἡ φιλοῦσα τὸν γέλωτα· καὶ ἀνεμοσκεπής χλαῖνα ἡ ἐκ τοῦ ἀνέμου σκέπουσα· καὶ δυσαής ὁ δεινῶς πνέων. τοὐναντίον δὲ τριήρης ναῦς ἡ ὑπὸ τριῶν ἐρεσσομένη· ἐν γὰρ τοῖς παροξυτόνοις ἐστὶ παθητικόν. ὁμοίως καὶ ἁλιήρης, καὶ πανώλης καὶ ἐξώλης, τὸ ἀπόλλυσθαι παθητικῶς ἐγκείμενον (l. τοῦ — μένου).

Schol. Pind. Ol. I, 38 κατὰ ταὐτὰ καὶ Ἀριστοφάνης καὶ Μητροφάνης παροξύνεται κύρια ὄντα· ἀφανὴς δὲ καὶ προφανὴς καὶ διαφανὴς ὀξύνεται ἐπιθετικῶς λεγόμενα· ὧν τὰ μὲν κύρια ἀπὸ τοῦ φαίνειν γίνεται, τὰ δὲ ἐπίθετα ἀπὸ τοῦ φαίνεσθαι.

Suid. Θεομισὴς ὑπὸ θεοῦ μισούμενος, Θεομίσης δὲ ὁ μισῶν τὸν θεόν. Cf. Schol. Ar. Avv. 1547 Θεομισὴς ἔφυς. ὁ μέν φησι τῷ Προμηθεῖ ἴσόν τι τῷ ὑπὸ θεῶν μισούμενος, διὸ καὶ ὀξυτόνως ἀναγνωσέον, ὁ δὲ τὸ ἕτερον δέχεται μισῶν θεούς, ὡς ὁ Τίμων ἀνθρώπους *).

*) Mirum est in uno tantum codice Θεοστύγεις inventum esse

Hi igitur, ut in quibusdam fit generibus adiectivorum compositorum, sic in his accentum ex activa et passiva significatione diistingui volebant: quamquam in diversa abiisse in causa profecto desperata vel haec pauca testimonia declarant.

C. V.

Θάλεια. Λίγεια. Ἐλάχεια.

§. I.

Eust. 1474, 54 *ὅτι δαῖτα θάλειαν προπαροξυτόνως φησὶ κατὰ ἐπίθετον· αὐτὴ μέντοι καταμόνας προπαροξύνεται καὶ διὰ τοῦ ι γράφεται.* p. 742, 36 *θαλία δὲ ὡς καρδία παροξυτόνως αὐτὴ ἡ εὐωχία δι' ἧς θάλλει τις . . . θάλεια μέντοι προπαροξυτόνως εὐωχίας ἐπίθετον· καὶ μούσης δὲ καὶ νηρηίδος ὄνομα.* V. etiam Theognost. Cram. II. p. 98. 99. Et. 442 in. 447 in. Cram. II. p. 219, 26. Herodiani quidem et aequalium diserta testimonia deficiunt; sed omnino tam constans hic accentus est, ut de usus antiquitate dubitatio oriri non possit.

Deducitur quibusdam locis (v. Et. 442. Cram. II. p. 219) hoc femininum a verbo *θάλλω*. Et quamquam

---

apud Paulum apost. ep. ad Rom. I, 30, nec veteres, qui hoc loco *οἱ θεὸν μισοῦντες* intelligi volebant, de accentu videri mentionem facere: v. Fritzche com. I. p. 85 Item, ut statim appareat quam tota res nihili sit, *θεοσυλὴς ὁ τὰ ἱερὰ συλῶν* non aliter scribitur (v. Suid.). Fortasse non iniuria dicetur in ipso Aristophanis loco magnam partem loci in amphibolia positi (nam hoc non recte sic accepisse scholiastam non assentior Fritzschio p. 84) perire, si talia accentu distinguebantur.

quae similia afferuntur a verbo ducta feminina (cf. praeter locos citatos Et. s. *λάχεια*, *λίγεια*. Cram. II. p. 237. 180. 178) paroxytona partim alio modo explicari possunt, ut *θέρεια*, partim propria sunt, tamen paene crediderim re vera *θάλεια* sic factum esse. Buttmannus quidem, qui hunc traditum accentum in suspicionem vocavit in gramm. p. 253, femininum adiectivi *θαλύς* esse voluit. Nam tale adiectivum fuisse, primum apparere ex genitivo *θαλέων* Il. *X*, 504, deinde ex verbo *θαλύνω*. At illud *θαλέων* unde sit dubitabile. Ne dicam, fortasse tamen esse a *θαλής*, quamquam hoc rarissimum genus formationis est *), commodissimum videtur ducere illud a *θάλεα*, quod Buttmannus propter abhorrentem significationem singularis *θάλος* recte fieri negat. Veteres certe *θαλέεσσι* nescio quos apud poetas invenerunt ea significatione, ut et substantivum agnoscerent et significationem a communi vi vocis *θάλος* discrepantem. Suid. *θαλέεσσι τροφαῖς θάλλειν ποιούσαις· τὸν μὲν ἐγὼ θαλέεσσιν ἀνέτρεφον.* Hesych. *θαλέεσσι πιότησι λιπαρίαις. Θάλος*, quod meminerim, vulgari sua significatione indeclinabile est: quo minus mihi mirum si pluralis aliam significationem induit, illam dico pinguedinis et opulentiae (*θαλίαι*). Verbum *θαλύνω* necessario ad *θαλύς* ducere vix puto: plus fortasse momenti est in *θαλύσια*, quod Buttmannus praeteriit, Lobeckius commemorat. Sed his omnibus, si plurimum des, nihil tamen efficitur, quam ex feminino *θάλεια*, quod firmas radices egit, incertam quandam speciem nonnunquam masculini se Graecorum animo offerre potuisse. Sed radices hoc non egit, nec eo perventum est, ut quisquam expressis formis, quales

*) v. Lob. dissert. de vocabulis graecis singulari forma signatis: unde in sequentibus etiam quaedam hausimus.

essent θαλύς, θαλύν, θαλύ, uteretur. Jure igitur illud pro feminino solitario valebit. Jam tale femininum fictum esse mirum videri deberet si per varias significationes vagaretur: sed non mirum videtur, cum antiquitus insignite certae cuidam notioni inhaesisse et certo cuidam substantivo adhaesisse inveniatur: quod est δαίς. Hom. *H*, 475. γ, 420. ϑ, 76. 99. hymn. Merc. 480. Hes. Op. 740 *). Et quamquam deinde deflexum est, quod vix factum dicas ab Anacreonte, fr. LIII, θάλειαν ἑορτὴν ἀγάγωμεν, sed a Pindaro Nem. X, 99 ἀγώνων μοῖραν θάλειαν **), tamen quod sibi proprie vindicaverit substantivum posteriores quoque bene tenuisse, unus versus Sophoclis demonstrat, servatus ab Hesychio s. δαίς

ἦλθεν δὲ Δαὶς θάλεια, πρέσβίστη θεῶν.

Ipso omisso substantivo θάλεια dictum esse pro δαίς vel εὐωχία, quod Schneiderus ostendere conatus est ad Platon. rep. 573, quo ipso loco ἑορταὶ καὶ κῶμοι καὶ θάλειαι probis se tueri videtur auctoritatibus, non habeo cur recusem ***).

---

*) Praeterea est nomen proprium, Σ, 39. Hes. Theog. 245.

*b) θαλεῖα τ' ἀλωή in schol. Od. ζ, 293 mero errore ortum pro τεθαλυῖα, v. Buttm. Sed longissime discessit in usu adi. θάλεια Nicand. Ther. 640, si hic locus corruptelae expers est. — Quod θάλεια dictum est in cultu arborum (talea) id aliam originem habet, denominatum a θάλος.

***) Quamquam in ea re a doctissimi viri iudicio mihi discedendum video, Ellendtii in lex. Soph. — Locis a Schneidero allatis adde Suid. (Phot.) θάλεια εὐωχία ἀπὸ τοῦ θάλλειν, καὶ θάλεια ἡ θάλλουσα. — Apud Hesych. θαλείας πότους . . . . θαλείῃ εὐδαιμονίᾳ, εὐθηνίᾳ cett. certum videtur ex ordine litterarum. Illud discrimen quod Eustathius posuit de θάλεια et θαλία (cl. Proculo ad Hes. Op. 115, unde Theognostus vel Theognosti interpolator hausit, Cram. p. 99) nisi quorundam error est, non plus significare arbitror, quam quod natura sua adiectivum est esse θάλεια, substantivum θαλία.

Denique hoc etiam verbo monere non absonum fuerit, in *θάλεια* significationem verbalem esse, nam *δαίς θάλεια* est *θάλλουσα* vel *τεθαλυῖα* (*εἰλαπίνη τεθαλυῖα*), quod eorum quae sunt in *ύς* in pleraque certe non cadere videtur.

§. 2.

De *λίγεια* Herod. Arcad. p. 95, 20 *τὰ ἀπὸ τῶν εἰς υς βαρυτόνων προπαροξύνεται, ἧμισυς ἡμίσεια, θῆλυς θήλεια· τὰ μέντοι ἀπὸ ὀξυτόνων προπεριισπῶνται, ταχύς ταχεῖα, βραδύς βραδεῖα, πλὴν τοῦ λίγεια ἀπὸ τοῦ λίγυς καὶ ἔλαχυς.* Scr. *λιγύς καὶ ἐλαχύς*, docente et connexu sententiarum et eodem auctore p. 91, 20 *τὰ εἰς υς ἀρσενικὰ ὑπερδισύλλαβα βαρύνεται, ἧμισυς, πέλεκυς, βραδάμανθυς. σεσημείωται τὸ ἐλαχύς ὁ ἐλάχιστος βαρυνόμενον* (l. *ὀξ.*) — Theogn. Cram. II. p. 99 *τὰ ἀπὸ τῶν εἰς υς διὰ τοῦ εια καὶ διὰ τῆς ει διφθόγγου γράφεται, διὸ καὶ πάντα προπεριισπᾶται· οἷον ταχύς ταχεῖα, ὀξύς ὀξεῖα, βαρύς βαρεῖα· τὸ λιγύς καὶ ἐλαχύς ὀξύτονα καὶ ἧμισυς καὶ θῆλυς βαρύτονα σεσημείωνται ποιοῦντα τὸ λίγεια, ἐλάχεια, θήλεια, ἡμίσεια, διὰ τῆς ει διφθόγγου παράγοντα τὰ θηλυκὰ καὶ προπαροξύτονα.* Eust. p. 96, 6 *ὀξυνομένου δὲ τοῦ λιγύς ἐπὶ τοῦ ὀξέος τὸ Λίγυς κύριον καὶ τὸ ἀπ' αὐτοῦ ἐθνικὸν βαρύνεται πρὸς διαστολὴν τούτου.* p. 1594, 50 (ϑ, 254) *ὅτι κἀνταῦθα καὶ ἐν τοῖς ἑξῆς δὲ λίγειαν προπαροξυτόνως, ὡς καὶ πρὸ τούτων τὴν τοῦ Δημοδόκου φόρμιγγα λέγει:* de qua ipse p. 1586, 12 *καὶ μετὰ τὴν ἀοιδὴν δὲ ἐκ πασσαλόφιν κατακρεμᾷ τὴν αὐτὴν φόρμιγγα ὁ Δημόδοκος· ἣν ὁ ποιητὴς οἰκείῳ ἔθει λίγειαν προπαροξυτόνως λέγει, κατά τινα Σειρηνιακὴν κλῆσιν· μιᾶς γὰρ τῶν Σειρήνων ὄνομα Λίγεια* (cf. Eust. p. 1709, 45. Lycophr. v. 726. Welcker. ad fragm. Alcm. VI. Schol. Od. *μ*, 39 cl. ϑ, 254). p. 1619, 32 (*ι*, 116) *εἰ δὲ γράφεται τετρασυλλάβως ἐλάχεια, εἴη ἂν ὥσπερ λιγύς λίγεια, οὕτω καὶ ἐλαχύς ἐλάχεια ἡ ἐλα-*

χίστη: eadem schol. Pal. h. l. — Philem. lex. techn. p. 9: barytonorum in *υς* feminina sunt proparoxytona, *τὰ δὲ ὀξύτονα προπεριισπῶσιν αὐτά, οἷον αἰπύς αἰπεῖα· χωρὶς τοῦ ἐλαχύς ἐλάχεια ἡ μικρά· καὶ λιγύς λίγεια ἡ ἡδεῖα.*

Epimerism. Cram. I, 256 (eadem in Et. Gud. 369, 57 et in Et. M. p. 565, 5) *τὸ θηλυκὸν λίγεια, καὶ σεσημείωται τὸ λάχεια* (l. *ἐλάχεια*), *λίγεια· κανὼν γάρ ἐστιν ὁ λέγων, ὅτι τὰ εἰς α θηλυκὰ ἀπὸ τῶν εἰς υς ἀρσενικῶν γινόμενα, εἰ μὲν βαρύνονται τὰ εις υς ἀρσενικά, προπαροξύνονται* (l. *προπεριισπῶνται* cum Cramero) *τὰ θηλυκά· οἷον ταχύς ταχεῖα, ὀξύς ὀξεῖα· σεσημείωται τὸ ἐλαχύς ἐλάχεια, σημαίνει τὴν μικράν· καὶ παρὰ τὸ* (l. *περὶ τοῦ*) *λίγεια ἐστὶν εἰπεῖν ὅτι παράκειται αὐτῷ τὸ λιγῶ* (rectius in Et. M. *λίγω*) *τὸ ὑμνῶ· ἐξ οὗ καὶ λιγαίνω.* [*γίνεται παρὰ τὸ λίαν ἰαίνειν, ὅ ἐστιν εὐφραίνειν*, haec eiicienda] *καὶ διὰ τί βαρύνεται τὸ λίγεια; διότι ἔχει δῆμα ἀντιπαρακείμενον· τὰ ἀπὸ ἐνεστώτων παρηγμένα διὰ τοῦ εια θηλυκὰ προπαροξύνονται ἅπαντα· οἷον μήδω Μήδεια, θέρω θέρεια· οὕτως καὶ λιγῶ λίγεια· καὶ ἄλλως· τὰ εἰς υς ὑπὲρ δύο συλλαβὰς συστέλλοντα τὸ υ προπαροξύνονται· οἷον λεύκοφρυς, ἥμισυς, ἀτράφαξυς· σημαίνει δὲ εἶδος βοτάνης χρυσολαχάνου· πέλεκυς· οὕτως οὖν καὶ ἔλαχυς ὤφειλεν εἶναι·· ἀλλ' ἐπεὶ τὰ εἰς υς ἔχοντα οὐδετέρου παρασχηματισμὸν παραληγόμενα τῷ α ὀξύνονται, οἷον βραδύς, ταχύς, πραΰς, τούτου χάριν καὶ τὸ ἐλαχύς ὀξύνεται· τὴν οὖν κεχρεωστημένην παροξύτονον τάσιν ἐν τῷ θηλυκῷ ἀνεδέξατο.*

Optima est Eustathii observatio, solere citharam apud Homerum epitheton *λίγεια* accipere; sic invenitur *λίγεια φόρμιγξ I*, 186. *Σ*, 569. *ϑ*, 67. 105. 254. 261. 537 *χ*, 332. *ψ*, 133. — In sola ultima Odysseae rhapsodia Musis tribuitur, *ω*, 62.: qui usus deinde obtinuit. Plat. Phaedr. g. 237. a *ἄγετε δή, ὦ Μοῦσαι, εἴτε δι'*

ᾠδῆς εἶδος λίγειαι, εἴτε διὰ γένος μουσικὸν τὸ Λιγύων ταύτην ἔσχετ' ἐπωνυμίαν. Terpand. ap. Plutarch. Lyc. XXI.

ἔνθ' αἰχμά τε νέων θάλλει καὶ μοῦσα λίγεια
καὶ δίκα εὐρυάγυια.

Alcman fr. I. (quod ex schol. ad Hermog. Rhet. et. Et. M. notavit Welckerus, exstat etiam Apollon. syntax. p. 4. 17) *Μῶσ' ἄγε, Μῶσα λίγεια.* fr. CXXXI (ex Priscian. l. I. p. 546 P.) *ἄμμες δ' Ϝειράναν τὸ δέ τ' ἄρ θέτο Μῶσα λίγεια.* Stesichor. ap. Strab. T. III. p. 95 Tz. *ἄγε Μοῦσα λίγεια, ἄρξομ' ἀοιδᾶς* *), et apud Eustath. p. 10, 1 *δεῦρ' ἄγε Καλλιόπεια λίγεια.* Item *Μοῦσα λίγεῖα* hymn. Hom. XIV., 2. XVII., 1. XX, 1. Auct. Cyneg. III, 461. *Μουσῶν* Theocr. XXII, 221.

Evagatum est quidem paululum vocabulum, sed his tamen finibus se continebat, ut non diceretur nisi de cantu tibiisque et fidibus. Ipse Alcman dixerat (fr. VI ex Aristide T. II. p. 508 Dind.) *λίγεια Σειρήν*, et Sirenum uni *Λίγεια* nomen inditum: Apollonius Rh. IV, 892 *λίγειαι Σειρῆνες* **). — Phanocl. eleg. v. 17

ἔνθα λίγειαν
ἀνέρες Ὀρφνείην ἐκτέρισαν κεφαλήν,

h. e. caput canorum, quod inter natandum ediderat *θρῆνόν τινα*, ut Lucianus narrat eo loco, quem Jacobsius citavit (T. VII. p. 226). Apoll. II, 704 *σὺν δέ σφιν*

---

*) Hoc loco editur *λιγεῖα*: et apud Apollon. l. l. *λιγεῖα*: *λίγεια* margo Sylb. Apud Priscianum totum verbum videtur ex correctione esse, quae per se sine dubio vera est, sed forma *λίγαια* vel ut scribunt *λιγαία* nulla est.

**) Ortum hoc fortasse obversante versu Homerico *ἀλλά τε Σειρῆνες λιγυρῇ θέλγουσιν ἀοιδῇ μ*, 44 cf. 183. — *Σειρήνων λιγύφωνος θρόος* Jo. Gaz. *ἔκφρ. κοσμ.* I, 27.

ἑῦς πάϊς Οἰάγροιο Βιστονίῃ φόρμιγγι λιγείης ἦρχεν ἀοιδῆς. — Callim hymn. Dian. 242 ὑπήεισαν δὲ λίγειαι λεπταλέον σύριγγες. Apollon. I, 577 σύριγγι λιγείῃ Καλὰ μελιζόμενος νόμιον μέλος. — Aeschyl. Agam. 1147 Sch. (1115 Blf.) Soph. Oed. Col. 671 λίγεια ἀηδών. Eurip. Heracl. 893 λίγεια λωτοῦ χάρις. — Ἄγε μοι λίγεια φόρμιγξ, redit Synes. hymn. 1, 1 *). Et ipsi eo redimus.

---

*) In Simmiae ovo et apud Meleagr. LXXXVII, 2 verbum incertum est. — Ex orationis prosae scriptoribus usus est Heliodor. III, 131 ἀνέμων λιγεῖα ῥιπή· μειλιχον γὰρ ἐπέπνει, ubi de leniter susurrante vento dictum vides: de quo paulo mox monebo. — Ille usus verbi λίγεια eam videtur in vocabula cognata, λιγυρός, λιγύς λιγύφθογγος, λιγαίνω, λίγα, vim habuisse, ut in poesi epica post Homerum fere ipsa de cantu, de tibiis fidibusque adhiberentur: quod apud Homerum aliter habet, qui λιγυρὴ πνοιή E, 526. N, 590. Ψ, 215. λ. μάστιξ A, 532. ὄρνις Ξ, 290. λιγὺς ἄνεμος, ἀγορητής (v. B, 246), λιγὺς οὖρος, κήρυκες ἐλίγαινον, λιγύφθογγοι κήρυκες atque similia usurpat. Hesiod. Sc. 205 θεαὶ δ' ἐξῆρχον ἀοιδῆς Μοῦσαι Πιερίδες, λιγὺ μελπομέναις εἰκυῖαι. Op. 580 ἡχέτα τέττιξ δενδρέῳ ἐφεζόμενος λιγυρὴν κατεχεύετ' ἀοιδήν. Theog. 275. 518. Ἑσπερίδες λιγύφωνοι. Quod in usum suum convertit auctor fragm. Orph. XVII, diffinxit Apollonius IV, 1407 Ἑσπερίδες – λίγ' ἔξενον. — λιγυραὶ σύριγγες Hes. Scut. 278. αὐλίσκοι λιγύφθογγοι Theogn. 241. αὐλοῦ Μυγδονίου λιγὺς ἦχος Mosch. Europ. 97. χαίρει καὶ σύριγγι νομεὺς ἐν ὄρεσσι λιγαίνων Meleag. CX, 7. ὃς λιγὺν ἦχον σαλπίζει Hedyl. VIII, 3. λιγύφθογγος Γλάφυρος, nobilis tibicen, Antip. Th. XXIX. αὐλοὶ λιγυροῖσιν ἀρηράμενοι καλάμοισιν Quint. VI, 171. — λιγυρὴ λύρη Phanocl. el. 16. χέλυς 19. Ὀρφῆος ὑπὸ λίγα φορμίζοντος Apollon. Rh. IV. 1159. κιθάρη λιγυαχής Bian. VIII. — οὐ δύναμαι φωνῇ λιγύρ' ἀδέμεν ὥσπερ ἀηδών Theogn. 933. λιγυρὰ ἀοιδά Theocr. XV, 155. XVII, 113 λιγυρῶς ἀνεβάλλετ' ἀείδειν VIII, 71. ἀηδὼν λιγύφωνος XII, 7. πάντη δ' ὀρνίθων γενεὴ λιγύφωνον ἀείδει Meleag. CX, 16. Cf. Arat. Dios. 275. λιγύφθογγοι ἀοιδαί Theocr. epigr. IV, 9. λιγυφθόγγου μέλος αὐδῆς Hal. E, 620. λιγύφωνος ἀοιδή Orph. Argon. 5. Σικελικὸν μέλος ἀδὺ λιγαίνειν Bion. XV, 1. Σικελικόν τι λίγαινε Mosch. III, 127. — Μοῦσαι λιγύφωνοι hymn. Orph. LXXVII, 2. λιγυραὶ Νύμφαι L, 9. Στησίχορος, Ἴριννα λιγύθροος Christod. ecphr. 125. 108. ποταμῶν λιγυ-

Si ut *θάλεια* certo substantivo adhaesisse et strictiore significatione contentum fuisse inveniebatur simile ali-

---

ρώτατε Moschus appellat Meletem fluvium, cuius ad ripas egregii poetae, Homerus atque Bion, cecinerunt, III, 71. Christodor. ecphr. 385 de Pindaro *τιχτομένου γὰρ ἐζόμεναι λιγυροῖσιν ἐπὶ γομάτεσσι μέλισσαι | κηρὸν ἀκεπλάσσαντο σοιρῆς ἐπιμάρτυρα μολπῆς* Cf. Iacobs ad epigr. Platon. XXIX T. VI. p. 357. Corinna ap. Apollon. Dysc. pron. p. 65. A

μέμφομαι δὲ καὶ λιγουρὰν Μυρτίδ' ἰώνγα,
ὅτι βανὰ φοῦδ' ἔβα Πινδαρίοιο ποτ' ἔριν.

Epigr. in Anacreontem *Παρθενίοιο πατρὸς λιγυρὸς πάϊς Ἱετίης τε ἦν ἄρα μελπόμενος Τήϊος Ἀνακρέων* (v. p. LXX. ed. Fisch.). Qui primus poëta aliud Achilli nomen quaerens *Λιγύρωνα* appellavit (Apollodor. III, 13, 6. Tzetz. ad Lycophr. v. 178), vel fidibus canentem apud Homerum Il. IX. vel a Chirone artem musicam edoctum (v. e. g. Millin. gall. myth. 553 ex Gorii M. Fl.) in mente habuit. De Mimnermo *Λιγυστιάδῃ* vid. Bach. Mimn. 7. 8. — A poetis libenter transfertur ad *θηρίον μουσικώτατον*, cicadam. Locum Hesiodi Op. 580 supra apposui. Apud Demetr. de eloc. c. CXLII. p. 61 *πτερύγων δ' ἀπὸ καταχέει λιγυρὰν ἀοιδάν, ὅτε ποτ' ἂν φλόγιον καῦμ' ἀγέταν ὑπὸ πετάλοις καταναίνῃ*, ex emendatione Iacobsii ad ep. Mel. CXI, 3 T. VI. p. 122. *ἀκρὶς, ἀρουραίη Μοῦσα, λιγυπτέρυγε* Meleag. CXII, 2. *οὐκέτι δὴ πτερύγεσσι λιγυφθόγγοισιν ἀείσεις, ἀκρί* epigr. Mnasalc. X. *λιγυρὰ μοῦσα* de cantu cicadae Phaenn II. *λιγάναρ εἶδος τεττίγων, Λάκωνες* Hesych. T. II. p. 474. Nonnum ne totum praeteream, affero I, 388. 502. 522. II, 15 (de Sirenibus). V, 115 et sic plurimis locis. — Raro contra, si Homerum exceperis, haec vocabula de vagitu vel clamore vel alio genere strepitus apud epicos usurpata invenies. Hesiod. Scut. 233 *ἰάχεσκε σάκος μεγάλῳ ὁρυμαγδῷ ὀξέα καὶ λιγέως.* Apollon. Rhod. IV, 1299 *λιγέα κλάζουσι νεοσσοί.* Mosch. IV, 24 *ἡ δὲ (ὄρνις) κατ' αὐτοὺς πωτᾶται κλάζουσα μάλα λιγὺ πότνια μήτηρ.* Orph. Argon. 597 *λίγ' ἐκώκυεν*, atque idem de ventis aliquoties, ex Homero utrumque. *πτέρυγες λιγήϊα συρίζουσι* (in quo videtur illud *λιγέα κλάζουσι* Apollonii ante oculos habuisse) Oppian. Cyn. IV, 411, de plagis vento concitis. Nonn. XII, 499 *λίγα κροτέοντας ὑπ' εὐρύθμῳ χθόνα ταρσῷ.* Ut adverbium saepius offendamus. *πνοιαί τε λιγέων ἀνέμων ἀμέγαρτον ἄεντων.* Quint. III, 640. Cum igitur ad cantum et musicen praecipue transferretur, factum est ut praeter acutae

quid in λίγεια occurrit, putaverim equidem item λίγεια ab initio ad citharae proprietatem significandam, cui praecipue aptum videretur, a verbo fictum esse (cuius primus aor. de nervo stridente est Δ, 125 λίγξε βιός). Deinde demum masculinum, et latiore quidem significatione (v. not.), accessisse, non utrumque eodem nisu editum esse. — Ut quidam re-

---

vocalitatis notionem lenius vel certe iucundius adstrepantis vocalitatis notio se insinuaret. Quae ambiguitas in ventis maxime comparet. Nam si Plato, sophistam agens, dixit Phaedr. 230. C. τὸ εὔπνουν τοῦ τόπου ὡς ἀγαπητόν τε καὶ σφόδρα ἡδύ, θερινόν τε καὶ λιγυρὸν ὑπηχεῖ τῷ τῶν τεττίγων χορῷ, quantum hoc distat et ab Homericis locis, ubi de ventis dicitur, et ab hoc Quintio III, 640 πνοιαί τε λιγέων ἀνέμων ἀμέγαρτον ἀέντων! Ad Platonicum usum propius accedunt λιγυροὶ ἀῆται Nonn. X, 183. XI, 285. Eo pertinent multi rhetorum sophistarumque loci, v. Wernsd. Him. p. 274 (Aristid. T. I. p. 376 Dind. ib. 404). Eo illud Heliodori, ἀνέμων λίγεια ῥιπή, μείλιχον γὰρ ἐπέπνει. Sed in eo curriculo longius etiam perventum est. Nam de ipsis dulce et leniter loquentibus vel legentibus dicebatur. Cuius generis in iis, quae ex epicis collecta habeo, unum exemplum video, Col. 269, ubi postquam Helena blandis verbis Paridem allocuta erat, adiicitur: τοῖα πόθῳ ποθέουσα λιγύθροος ἔννεπε νύμφη. Sed in Dion. gramm. p. 629 praescribitur ἵνα τὴν μὲν τραγῳδίαν ἡρωϊκῶς ἀναγνῶμεν, τὴν δὲ κωμῳδίαν βιωτικῶς, τὰ δὲ ἐλεγεῖα λιγυρῶς, τὸ δὲ ἔπος ἐντόνως. Quo loco scholiastarum quidam p. 750 minus recte explicant ὀξυφώνως, est potius cum aliis dulcius leniusque sonans. cf. Sext. Empir. mus. §. 50. Schol. Dion. gr. p. 713, 24 de spiritu aspero et leni: καὶ εἰ μὲν ἡ φωνὴ εἴη τραχεῖα, καὶ ὥσπερ ἐκ τοῦ θώρακος ἐξερχομένη, ἐὰν ἀπὸ φωνήεντος ἤρχετο, ἐδάσυνον· εἰ δὲ λιγυρά τις καὶ χαλαρὰ καὶ ὑφειμένη, ψιλὴν ἐτίθεσαν περὶ τὸ φωνῆεν. Dion. Hal. de Thuc. iud. 24, 1 ἐπὶ δὲ τῆς συνθέσεως τῶν τ' ἐλαττόνων καὶ τῶν μειζόνων μορίων τὴν ἀξιωματικὴν καὶ αὐστηρὰν καὶ στιβαρὰν καὶ βεβηκυῖαν καὶ τραχύνουσαν ταῖς τῶν γραμμάτων ἀντιτυπίαις τὰς ἀκοὰς ἀντὶ τῆς λιγυρᾶς καὶ μαλακῆς καὶ συνεξεσμένης καὶ μηδὲν ἐχούσης ἀντίτυπον. — Recentiores scholiastae, his assueti, etiam Homero nonnunquam dulcedinis significationem prorsus incommode obtrudunt, v. ad Τ, 5. 284.

centes *θάλειος* finxerunt, sic *λίγειον* recte (pro *λίγιον*) videtur Corais Heliodoro restituisse III, 640: qua forma utitur Tzetzes ad Lycophr. 726. — Sed etiamsi quis ad eam explicationem, quam in *θάλεια* et *λίγεια* non improbabilem duximus, minus inclinaverit, tantum ex hac disputatione apparebit, utrumque femininum insigni quadam nota impressum esse: eoque minus antiquum accentum incaute fuisse in suspicionem vocandum. Quod in *λίγεια* fecit Reisigius ad Oed. Col. v. 671. Patet profecto grammaticos in his quaerere causas, non fingere rem: et poterit hoc prae aliis multis exemplum esse, quod dixi in Aristarcho p. 271, ne in poeticis quidem vocabulis accentum in grammaticorum libidine fuisse, sed fuisse in his quoque quandam traditionem.

De *ἐλάχεια* omnia incerta sunt praeter accentum. V. Grammaticorum testimonia antea allata. Invenitur hymn. Apoll. 197. Nic. Ther. 324. Oppian. Cyneg. III, 480. (*ἐλαχείη* Euphor. p. 63). Nonnus ex industria adscivit: II, 608. XVII, 62. XXV, 213. 251. XXVI, 315 certa Falkenburgii emendatione ex *ἐλάφεια*. XXXVII, 314. XXXVIII, 7. XLII, 137. XLVI, 329. XLVIII, 475. Peccatur hic illic *ἐλαχεῖα*. Masculinum Callimachus dixerat *ἐλαχός*, fr. CCCXLIX, *ἐλαχὺ σκάφος* Antip. Sidon. CVI. Cf. *ἐλαχυπτέρυξ*, Pindari compositum Pyth. IV, 17. — Apud Homerum *ι*, 116, *κ*, 509 fluctuatum, ut constat, inter *ἐλάχεια* et *λάχεια*.

Digitized by Google

Dissertatio IIII.

De Hesiodi Operibus et Diebus.

Digitized by Google

ὦ φίλοι, οὐ γάρ τ' ἴδμεν ὅπῃ ζόφος
οὐδ' ὅπῃ ἠώς.

Hesiodi operum et dierum editiones, quales hodie habemus, jam diu est ex quo sine indignatione inspicere non possumus. Quae mihi indignatio hanc extorsit disputatiunculam. Nam licebat subirasci, quod inveteratae tantum dari opinioni postulabatur, ut confusa et conturbata bene et plane procedere crederemus: quod priscae sapientiae monumenta bellulis sententiis brevibus que narratiunculis conclusa adventicio inculcato connexu ita deformabantur, ut quae cum voluptate legi possent, si recte legerentur, paene taediosa fierent, omnemque elegantiam exuerent. Equidem cum complures abhinc annos adolescentibus hoc carmen explicaturus ne variis et diversis conturbarer opinionibus sola Spohnii editione adsumpta me insinuarem illuc mox videbar persentiscere quid rei esset, et quam ex ipsis sententiis imbiberam opinionem, ea observationibus quibusdam de sententiarum adornatione sponte oblatis confirmata est. Et sensi fortasse facilius ob hoc ipsum, quod Spohnii editionem arripueram. Ille enim hoc unum et conti-

nuum carmen esse, quamquam hic illic interpolatum, constanti quodam consilio persecutus erat: attamen hunc ipsum non uno loco desciscere a sese intelligebam, et quem Graecae linguae sciebam peritissimum esse, eum identidem Graecae linguae et veteri epicorum mori vim afferre videbam et mirifice in hoc genere peccare. Quod huic quidem viro accidere non poterat, nisi falsae indulgeret opinioni, qua devincti et praepediti peccamus omnes. Et est res proclivis. Nam si particulas modo paululum deflectas, quantum profecisse videbere! Goettlingius quam fluctuet incertus alii dixerunt. Accidit deinde, quod, cum me deterrere posset, denuo excitavit. Scripsit etenim de hoc poemate Hermannus Goettlingianam editionem percensens Opusc. T. VI; scripsitque hoc modo p. 222 „ex solis frustulis hoc carmen constare demonstrari non posse.“ At id fere volueram. Habet hoc Hermannus ut sive dicat sive neget, mirifice animum tuum excitari sentias, nec ille ingenii impetus sinat te quiescere. Spohnius cum adhuc constantissime rationem eam, unde ego in alia omnia discedo, tuitus videatur ad hunc maxime respiciam: omnia refutare non placet, quod et mihi molestum esset et molestius legentibus: nam vel sic praeter morem nostrum longi fuimus in rebus, ut mihi videbatur, manifestis. Sed res fortiter aggredienda erat. Delibarunt haec quidam meae sententiae affines, ut Thierschius, Welckerus: plus praestitit in egregia commentatione Twestenius, sed textum ipsum, quod jam tum intellexit necessarium esse (p. 65. sqq.), ex rationibus suis, a quibus tamen ipsis nos aliquantum discedimus, describere non sustinuit. Equidem quantae res sit aleae nec nescio nec dissimulo: sed ausi sumus aliquid, si in utramque partem textum haberemus descriptum et oculis subjectum id maxime studia excitaturum et ad veritatem efficien-

dam utilissimum futurum confisi. De qua re optime monuit Twestenius p. 67.

§. 1.

In ipso paene limine versus 27—42 mihi inextricabiles videntur. Sed nunc gustationis causa horum tantum admonebo:

ὦ Πέρση, σὺ δὲ ταῦτα τεῷ ἐνικάτθεο θυμῷ·
μηδέ σ' ἔρις κακόχαρτος ἀπ' ἔργου θυμὸν ἐρύκοι
νείκε' ὀπιπτεύοντ', ἀγορῆς ἐπακουὸν ἐόντα.
ὥρη γάρ τ' ὀλίγη πέλεται νεικέων τ' ἀγορέων τε,
ᾧ τινι μὴ βίος ἔνδον ἐπήετανὸς κατάκειται
ὡραῖος, τὸν γαῖα φέρει, Δημήτερος ἀκτήν.
τοῦ κε κορεσσάμενος νείκεα καὶ δῆριν ὀφέλλοις.

Initio dicitur: „nisi quis opes habet domi conditas, is ne tempus terat in foro causis audiendis.“ Dein: „sin affatim opum habeas, lites et rixas quaerere potes.“ Haec, opinor, sic copulata inepta esse sentiens Goettlingius extrema hoc modo explicat „si quis polleat divitiis, is facile se immisceat foro et litibus.“ Quasi vero *νεῖκος ὀφέλλειν* alius dici possit, quam qui ipse lites quaerit (ut *ὕβριν ὀφέλλειν* v. 215. *πόλεμον καὶ δῆριν ὀφέλλειν* v. 14), et is idem esse possit, qui antea dictus est: *ἀγορῆς ἐπακουὸς*, qui erat otiosus fori auditor.

§. 2.

v. 378 seqq. hi versus leguntur:

μουνογενὴς δὲ πάϊς εἴη πατρώϊον οἶκον
φερβέμεν· ὣς γὰρ πλοῦτος ἀέξεται ἐν μεγάροισιν.
γηραιὸς δὲ θάνοις ἕτερον παῖδ' ἐγκαταλείπων.
ῥεῖα δέ κεν πλεόνεσσι πόροι Ζεὺς ἄσπετον ὄλβον.
πλείων μὲν πλειόνων μελέτη, μείζων δ' ἐπιθήκη.

Primis igitur versibus vult Hesiodus ut nec plures sint filii (quippe quibus victum praebere difficile) nec nullus: sed unum esse vult, qui coniuncto labore patrem adiuvet in augenda re familiari. His autem quomodo, quaeso, tertius versus respondet? Illic unum voluerat, hic duos. At, inquis, illum vult laboris socium, hunc *τηλύγετον* quasi senii solatium. Cur igitur non dixit? quid de patris morte commemorat, cum deberet de senio viventis? quid de filio in domo et bonis post patris decessum remanente, cum deberet de sublevante senium viventis? Haec profecto non conveniunt: nam hic tertius versus aliam et novam sententiam continet, ut quis senex factus moriatur, quando vero moriendum sit, ut ne sine filio decedat herede. Illud *ἕτερον* autem nemo explicabit: scilicet hoc ab initio in eo versu non erat, sed aliud quid, *θαλερὸν* fortasse vel *μεγάροις*: quod in *ἕτερον* mutatum iit imperita manus, quae hoc demum modo subsequenti versui satisfieri putavit, in quo sermo est de pluribus. At vero hic homo imprudentissime egit. Etenim fac de pluribus filiis dictum fuisse (quod tamen, ut satis demonstratum opinor, versus ipsi non ferunt), attamen ineptum est subiungere: „Facile enim Juppiter pluribus immensas opes praebere potest;“ debebat enim dici: „victum sufficientem.“ Immensarum autem opum commemoratio nullo modo tolerari poterat, nisi certe ante *ἄσπετον ὄλβον* particula *καὶ* ponebatur: „Juppiter enim pluribus (non solum victus quantum satis est, sed) etiam immensas opes praebere potest.“ Denique ultimus versus

πλείων μὲν πλεόνων μελέτη, πλείων δ' ἐπιθήκη

h. e. „quo plures operam navant, eo plus curae *) adhibetur plusque adiicitur opibus“ — hic igitur versus

---

*) v. *μελέτη* 414. 459. *μελετᾶν* curare 318. 443.

non magis coit cum antecedente. Ille enim opes a Jovis numine et gratia pendere significavit, hic a proprio coniunctarum virium labore. Caeterum etiam uno alterove versu quasi interpolato eiecto frustra laborabis hos nodos dissolvere. Una intelligendi ratio est, ut singulas sententias esse putemus, hoc modo:

Μουνογενὴς δὲ ***ΠΑΪΣ*** *εἴη πατρώϊον οἶκον*
φερβέμεν· ὣς γὰρ πλοῦτος ἀέξεται ἐν μεγάροισιν.

Γηραιὸς δὲ θάνοις ἕτερον ***ΠΑΙ Δ'*** *ἐγκαταλείπων.*

Ρεῖα δέ κεν ***ΠΛΕΟΝΕΣΣΙ*** *πόροι Ζεὺς ἄσπετον ὄλβον.*

Πλείων μὲν ***ΠΛΕΟΝΩΝ*** *μελέτη, μείζων δ' ἐπιθήκη.*

Ecquid vides quid rei sit? Duae sunt sententiae de *παῖς*, duae de *πλέονες*. Habent omnes quandam sententiae cognationem, quod sunt de opibus acquirendis et conservandis: attamen eae conquisitae et compositae quae in eodem vocabulo versarentur. Nec hoc solum notandum, sed etiam quod sunt in eadem littera *Π*. Etenim adornationis ex ordine litterarum factae aliquot mihi locis in hac Hesiodea farragine manifesta adhuc deprehendere videor vestigia. Nam ab iis versibus, quos perpendimus, retro oculos ferentes incidimus in hoc:

374 *Πίστεις δ' ἄρα | ὁμῶς καὶ ἀπιστίαι ὤλεσαν ἄνδρας.*

375 *Μηδὲ γυνή σε νόον πυγοστόλος ἐξαπατάτω,*
αἰμύλα κωτίλλουσα, τεὴν διφῶσα καλιήν·
ὃς δὲ γυναικὶ Πέποιθε, πέποιθ' ὅγε φιλήτῃσιν.

Duae sententiae sunt de *Πίστις*, h. e. in eadem littera

π. Et si trium, quae antecedunt, communionem quaeris, nullam invenis nisi in communi littera:

373 *καί τε κασιγνήτῳ γελάσας ἐπὶ Μάρτυρα ϑέσϑαι.*
372 *Μισϑὸς δ' ἀνδρὶ φίλῳ εἰρημένος ἄρκιος ἔστω.*
370 *ἀρχομένου δὲ πίϑου καὶ λήγοντος κορέσασϑαι·*
371 *Μεσσόϑι φείδεσϑαι· δειλὴ δ' ἐνὶ πυϑμένι φειδώ.*

Et si ab illis versibus, unde initium cepimus disputandi, non respicis, sed prospicis, incidis in hos:

σοὶ δ' εἰ Πλούτου ϑυμὸς ἐέλδεται ἐν φρεσὶν ἧσιν,
ὧδ' ἔρδειν καὶ ἔργον ἐπ' ἔργῳ ἐργάζεσϑαι *).

Dein in

Πληϊάδων ἀτλαγενέων —

§. 3.

Alium inspiciamus locum in re nostra manifestum. 344 sqq.

Τὸν φιλέοντ' ἐπὶ δαῖτα καλεῖν, τὸν δ' ἐχϑρὸν ἐᾶσαι·
τὸν δὲ μάλιστα καλεῖν ὅστις σέϑεν ἐγγύϑι ναίει·
εἰ γάρ τοι καὶ χρῆμ' ἐγκώμιον ἄλλο γένηται,
γείτονες ἄζωστοι ἔκιον, ζώσαντο δὲ πηοί.
πῆμα κακὸς γείτων, ὅσσον τ' ἀγαϑὸς μέγ' ὄνειαρ.
ἔμμορέ τοι τιμῆς, ὅς τ' ἔμμορε γείτονος ἐσϑλοῦ·
οὐδ' ἂν βοῦς ἀπόλοιτ', εἰ μὴ γείτων κακὸς εἴη.
εὖ μὲν μετρεῖσϑαι παρὰ γείτονος, εὖ δ' ἀποδοῦναι
αὐτῷ τῷ μέτρῳ, καὶ λώϊον, αἴ κε δύνηαι.

Primi quattuor versus bene cohaerent; sed iam proxime sequentia cum his minime cohaerent. Nam primi quattuor versus non praecipiunt de vicino, sed de his, qui potissimum ad coenam vocandi sint, quorum in

---

*) Hoc explicuerim: mach's so und füge Arbeit auf Arbeit. Ad quod familiarius genus dicendi facilis transitus est ab illo: *ἀλλ' ἄγε δὴ καὶ ἔασον*, Il. Φ, 221.

numero sunt etiam vicini: quae autem sequitur sententia, ea dedita opera scripta est de vicinis. Deinde versus *πῆμα κακὸς γείτων, ὅσσον τ᾽ ἀγαθὸς μέγ᾽ ὄνειαρ* quae antea de vicino dicta erant quasi retractat. Nam illic in universum laudabantur vicini, ut quos usus doceat ad commodandum paratissimos esse: contra in his distinguuntur boni vicini et mali, quos illla prior sententin ignorabat, et illae generales laudes coarctantur quodammodo et restringuntur, ut de bonis valeant. Dabo nunc, si quis urget, hos tres

πῆμα κακὸς γείτων ὅσσον τ᾽ ἀγαθὸς μέγ᾽ ὄνειαρ·
ἔμμορέ τοι τιμῆς, ὅς τ᾽ ἔμμορε γείτονος ἐσθλοῦ·
οὐδ᾽ ἂν βοῦς ἀπόλοιτ᾽, εἰ μὴ γείτων κακὸς εἴη,

coniungendos esse, ut unam efficiant sententiam. Sequitur certe nova:

Εὖ μὲν μετρεῖσθαι παρὰ γείτονος, cett.

Ergo tres sententiae sunt de vicino, vel ut rectius dicamus, duae de Vicino, una in qua incurrit Vicinus et ut in reliquis vocabulum *Γείτων*. Interiicitur versus

Μὴ κακὰ κερδαίνειν, κακὰ κέρδεα ἶσ᾽ ἄτῃσιν,

de quo infra dicam. Nunc animadvertendum, hoc uno versu interiecto sequi ea quae sunt de *Διδόναι*, quorum initium est

Τὸν φιλέοντα φιλεῖν καὶ τῷ προσιόντι πρόσειναι
καὶ δόμεν ὅς κεν δῷ, καὶ μὴ δόμεν ὅς κεν μὴ δῷ.

Vides igitur *Γείτων*, *Διδόναι* — *Γ*, *Δ*. Et quam haec sciens aliquis externis potius indiciis ductus composuerit, vel hinc apparet, quod in his, quae sunt de *Διδόναι*, primum positum id cuius initium est *τὸν φιλέοντα φιλεῖν* —, quo magis respondeant verba illi, quod in proximis, ubi Vicinus regnabat, primum erat: *τὸν φιλέονθ᾽ ἑπὶ δαῖτα καλεῖν*.

Jam inspice versus 215—343 (ipsi infra eos descripsimus) et intelliges excipere se sententias partim bre-

ves partim paulo longiores hoc ordine: *Δίκη, Ἔσθλός, Ἔργον (ἐργάζεσθαι, ἔρδειν).*

§. 4.

A.

Sed redeundum est ad

Πληϊάδων ἀτλαγενέων ἐπιτελλομενάων 385.
ἄρχεσθ' ἀμήτου, ἀρότοιο δὲ δυσομενάων.
αἱ δ' ἤτοι νύκτας τε καὶ ἤματα τεσσαράκοντα
κεκρύφαται· αὖτις δὲ περιπλομένου ἐνιαυτοῦ
φαίνονται, τὰ πρῶτα χαρασσομένοιο σιδήρου.
Οὗτός τοι πεδίων πέλεται νόμος, οἵ τε θαλάσσης
ἐγγύθι ναιετάουσ', οἵ τ' ἄγκεα βησσήεντα
πόντου κυμαίνοντος ἀπόπροθι, πίονα χῶρον,
ναίουσιν. Γυμνὸν σπείρειν, γυμνὸν δὲ βοωτεῖν,
γυμνὸν δ' ἀμάειν, εἴ χ' ὥρια πάντ' ἐθέλῃσθα
ἔργα κομίζεσθαι Δημήτερος, ὥς τοι ἕκαστα
ὥρι' ἀέξηται —

Versus *οὗτός τοι πεδίων πέλεται νόμος*, seqq. quid significent non consentiunt omnes. Vossius intellexit: haec est agriculturae lex et iis, qui prope mare habitant, et iis, qui in sinuosis convallibus agros foecundos colunt. At vero *πεδία* non recte dicitur pro agris, *ἀρούραις*. Etenim significat campos et aut montibus opponitur aut loco aedificiis domibusque exstructo, h. e. urbi. Sed ubi in ipsa agricultura cardo significationis versatur, non recte nudum *πεδίον* infertur pro *ἄρουρα* *). Et potest eo minus, ubi continuo adduntur *βῆσσαι* vel *ἄγκεα βησσήεντα*, h. e. saltus, ubi ipsa oppositione eo ducimur, ut *πεδία* sint campi **). Quos

---

*) Il. I, 580 *ψιλὴν ἄρουσιν πεδίοιο*, oppositum *οἰνοπέδῳ*.

**) *ἄγκεα βησσήεντα* quae Homerus *ἓν διὰ δυοῖν* dixit *διά τ' ἄγκεα καὶ διὰ βήσσας* X, 190. cf. *βαθὲ' ἄγκεα οὔρεος* Y, 491.

igitur homines significant isti versus? — *πεδιαίους, παράλους, διαχρίους*: ut magna suspicio sit in Attica eos natos esse nec Hesiodeos. Quo magis proxime versus subiunctus

οἵ τ᾽ ἄγχεα βησσήεντα
πόντου κυμαίνοντος ἀπόπροθι πίονα χῶρον

impeditus est. Nam si non de certa regione sermo est, montes et saltus profecto praecipue foecundi et uberes dici non possunt! quod sumsit Spohnius. Si de certa aliqua regione cogitandum est, in Atticam, quo duci videbamur, quod illo versu continetur non cadit: sed quod videam nec cadit in Boeotiam *).

In versu subsequenti

ναίουσιν. Γυμνὸν σπείρειν, γυμνὸν δε βοωτεῖν — novi praecepti introitus in medio versu, sine particula offendit profecto nec est ex huius carminis more. —

Hoc igitur praeceptum ita habet:

Γυμνὸν σπείρειν, γυμνὸν δὲ βοωτεῖν,
γυμνὸν δ᾽ ἀμάειν, εἴ χ᾽ ὥρια πάντ᾽ ἐθέλῃσθα
ἔργα κομίζεσθαι Δημήτερος, ὥς τοι ἕκαστα
ὥρι᾽ ἀέξηται —

Haec Vossius et Passovius sic explicant: „Nudus ara, sere nudus, si quidem omnia rustica opera tempori curare vis.“ At hoc inconsideratius fecerunt viri praestantissimi. Etenim ineptum est. Ergo *ὥριος* potius altera significatione dictum videbitur pro *ἀχμάζων* (ut *χρύος ὥριον* v. 545: et *ὥριος* et *ὡραῖος* utrumque in his carminibus significat): sere nudus — si omnia opera rustica *ἀχμάζοντα* curare vis, ut felicem succes-

---

*) Inspice e. g. reliquos locos huius Hesiodei corporis, ubi *βῆσσαι* dicuntur Theog. 860. 865. Scut. 836. Op. 513, et *βησσήεις* Theog. 130. Op. 532: longe aliam earum speciem depingi videbis quam agrorum fertilium. In eo spurii et genuini versus conspirant. — Item apud Homerum.

sum habeant. Ne hoc quidem, si quis quaerat, ab omni parte placere dicam: sed ferri potest quodammodo: — illud autem num ferendum est, quod idem statim iterum dicitur, *ὥς τοι ἕκαστα ὥρι' ἀέξηται*? At, inquis, *ἕκαστα ὥρια* significat omnes anni fructus, ut e. g. Od. *ι*, 131 *φέροι δέ κεν ὥρια πάντα*. At sic quod malum est peius fit. Nam praeterquam quod duobus subsequentibus versibus idem vocabulum diverso sensu ponere nec elegans esse potest plerumque et nisi tota sententia omnis tollitur ambiguitas magis quam recte loquentem decet ambiguum, vide (quamquam difficile est videre, cum caligo offundatur legenti) quid hoc sit: Sere nudus, si omnia opera rustica cum bono successu curare vis, ut omnes tibi anni fructus crescant. Est hoc: si omnia opera rustica ita curare vis, ut fructus bene proveniant, ut omnes tibi anni fructus crescant! —

His omnibus perpensis ita iudico haec omnia ab initio cum subsequente carmine non coniuncta fuisse, sed fuisse hoc loco quasdam agricolarum sententiolas iuxta positas, quarum extrema a versu 392 ab imperita manu mutata sunt, quod maxime suspicor in illo *ναίουσιν*.

B.

Interponam hoc loco eiusmodi diasceuasceos exemplum, quo nullum mihi videtur fingi posse manifestius. Ubi aetatis omnium corruptissimae homines describuntur, haec sunt, v. 192

οὐδέ τις εὐόρκου χάρις ἔσσεται οὐδὲ δικαίου,
οὔτ' ἀγαθοῦ· μᾶλλον δὲ κακῶν ῥέκτῆρα καὶ ὕβριν
ἀνέρα τιμήσουσι, δίκη δ' ἐν χερσὶ καὶ αἰδὼς
οὐκ ἔσται:

imo „erit.“ Nam quibus *δίκη ἐν χερσί*, ii sunt *χειροδίκαι* (v. 191). Et hoc ita qui haec primus cecinit intelligi voluisse nec Eustathius mihi eripiet (p. 201, l. 1459, 50) nec alius quisquam. Dudum hoc intellexeram: Ludovicum Dindorfium (quem secutus est Goettlingius) hoc item sensisse libenter video: edidit enim hoc modo:

δίκη δ' ἐν χερσί, καὶ αἰδὼς
οὐκ ἔσται.

Qualem medicinam adhibemus depositis. Cui vereor ne similis futura sit quamcunque adhibueris ad illud *ὕβριν ἀνέρα* „decantatum magis quam intellectum,“ ut vel nunc Lobeckius scribit ad Ai. p. 251.

C.

Praeterea, ut illuc redeam, illorum versuum *Πληιάδων — σιδήρου* character videtur mihi ab oratione subsequentis Hesiodei carminis abhorrere. Illa enim concisa sunt, ut decet sententiolarum in vulgo natarum brevitatem: hinc cumulatim positi genitivi absoluti (in quibus ultimus memorabilior): quod contra subiectum est carmen habet illam laxiorem veteris epici sermonis commoditatem; cui ob eam ipsam causam proprium est absolutos genitivos defugere, qui ut apud Homerum rarissimi sunt, sic (si nihil huc referri solitum excludimus nec interpolata aspernamur) in hoc carmine de agricultura et navigatione certe non ultra septem exempla inveniuntur, 417. (504). (508). 549. 553. 570. 667.

Huic sententiae adhaeserunt deinde in Attica haec: *οὗτός τοι πεδίων πέλεται νόμος, οἵ τε θαλάσσης ἐγγύθι ναιετάουσ' οἵ τ' ἄγχεα βησσήεντα.*

Sententia, cuius versus

πόντου κυμαίνοντος ἀπόπροθι Πίονα χῶρον

superest, videtur fuisse de agro eligendo, „procul a mari uberem agrum tibi elige“ (cf. Phocyl. *1 χρηίζων πλούτου μελέτην ἔχε πίονος ἀγροῦ*).

Dein:

ναίουσιν. Γυμνὸν σπείρειν, γομνὸν δὲ βοωτεῖν,
γνμνὸν δ' ἀμάειν, εἰ χ' ΩΡΙΑ πάντ' ἐθέλῃσθα [1])

* * * *

---

* * * * [2])

ἔργα κομίζεσθαι Δημητέρος, ὥς τοι ἕκαστα
ΩΡΙ' ἀέξηται, μή πως τὰ μέταζε [3]) *χατίζων*
πτώσσῃς ἀλλοτρίους οἴκους καὶ μηδὲν ἀνύσσῃς·
ὡς καὶ νῦν ἐπ' ἐμὶ ἦλθες· ἐγὼ δέ τοι οὐκ ἐπιδώσω,
οὐδ' ἐπιμετρήσω.
Ἐργάζευ, νήπιε Πέρση,
ἔργα, τά τ' ἀνθρώποισι θεοὶ διετεκμήραντο, 400
μή ποτε σὺν παίδεσσι γυναικί τε θυμὸν ἀχεύων
ζητεύῃς βίοτον κατὰ γείτονας, οἳ δ' ἀμελῶσιν·
δὶς μὲν γὰρ καὶ τρὶς τάχα τεύξεαι· ἢν δ' ἔτι λυπῇς,
χρῆμα μὲν οὐ πρήξεις, σὺ δ' ἐτώσια πόλλ' ἀγορεύσεις.
ἀχρεῖος δ' ἔσται ἐπέων νομός. Ἀλλά σ' ἄνωγα 405
φράζεσθαι χρειῶν τε λύσιν, λιμοῦ τ' ἀλεωρήν.

Nemo non sentit bis plane eadem narrari: „labora,

---

1) Quid si antiqua est lectio in Hesiodi et Homeri certamine (p. 249 Goettl.)? *ὅταν ὧρια πάντα πέλωνται.*

2) E. g. *ὦ Πέρση, σὺ δ' ἐμῆς μεμνημένος αἰὲν ἐφετμῆς.* V. v. 300.

3) Notum est hoc ex grammaticis restitutum esse pro *μεταξύ*. Vertit Vossius »inzwischen.« Non hoc significat, sed quod sensus flagitat: »hinterher.«

ne ab aliis petas, hi autem recusent.“ Nec quidquam clarius quam duplicem huius initii recensionem coaluisse.

§. 5.

Intravimus in Carmen continuum, quod quamquam non uno modo deformatum inveniemus, tamen cum ab initio fuisset continuo filo deductum, non poterat deleri connexus, quin cognosceretur, imo quin facile cognosceretur. Hoc persecuti in reliquis eo magis sentiemus quantum ab hoc distent: interpolationibus autem aliisque mutationibus quales vel hoc sustinuerit carmen, quod tamen quodammodo se ipsum tueretur, perspectis ad caetera minus nos duros praestabimus.

405. 6. *Οἶκον μὲν πρώτιστα, γυναῖκά τε, βοῦν τ' ἀροτῆρα,*
— κτητὴν οὐ γαμετήν, ἥ τις καὶ βουσὶν ἕποιτο
407—411 *χρήματα δ' εἰν οἴκῳ πάντ' ἄρμενα ποιήσασθαι,*
μὴ σὺ μὲν αἰτῇς ἄλλον, ὁ δ' ἀρνῆται, σὺ δὲ τητᾷς,
ἡ δ' ὥρη παραμείβηται, μινύθῃ δέ τοι ἔργον.

Primum praeceptum, sine quo nemo de quaestu rustico ne cogitare quidem possit, ut primum acquirat domum, uxorem et taurum aratorem: deinceps alterum, suppellectilem necessariam mature in domum comparet.

De versu obelo notato bene docuit Goettlingius, Aristoteli et Theophrasto eum ignotum fuisse, Philodemi temporibus certe iam compluribus exemplaribus circumlatum. Videtur versus non quidem originem suam (nihil ni fallor ab initio significabat quam „servam non nuptam, cf. v. 604, quae boves pascentes inspicere possit), sed hunc quem occupat locum ipsis philosophis de familia condenda dissidentibus et diversas sententias Hesiodi auctoritate defendentibus. (V.

Philodemum *). Et videmus quam sero quaedam aut omnino in hoc Hesiodeum corpus venerint aut eum locum occupaverint: nec minus memorabile per quos venerit.

412—415. *Μηδ' ἀναβάλλεσθαι ἐς τ' αὔριον ἐς τ' ἔννηφιν·*
οὐ γὰρ ἐτωσιοεργὸς ἀνὴρ πίμπλησι καλιήν
οὐδ' ἀναβαλλόμενος· μελέτη δέ τοι ἔργον ὀφέλλει,
αἰεὶ δ' ἀμβολιεργὸς ἀνὴρ ἄτῃσι παλαίει.

Tertium praeceptum: Quod si suppellectilem parasti, ne differas opus, sed aggredere continuo.

Interpretationis causa hoc addendum videtur. V. 413 Vossius vertit: „denn kein säumiger Mann wird je anfüllen die Scheuer, kein aufschiebender auch.“ At hoc idem est. Nec id significat *Ἐτωσιοεργός*, sed qui quidquid aggreditur frustra agit, ut nullus operis eius usus sit, quod scilicet male et imperite agit. Sed quid dicit hic de male rem suam agente, cum debeat tantummodo de differente? Hoc modo explices: nam qui differt opus suum non magis horreum implet, quam qui inscite facit (de hoc autem nemo negat). Sic

Cic. or. II, 30 Neque enim, quoties verbum aliquod est scribendum, toties eius verbi litterae sunt cogitatione conquirendae: nec quoties causa dicenda est, toties ad eius causae seposita argumenta revolvi nos oportet. Jd. ib. III, 10. Neque enim conamur docere eum dicere, qui loqui nesciat, nec sperare, qui Latine non possit, hunc ornate esse dicturum. Amphis. Athen. 563. c

τί φῄς; σὺ ταυτὶ προσδοκᾷς πείσειν ἐμέ,
ὡς ἔστ' ἐραστής, ὅστις ὡραίων φίλων
τρόπων ἐραστής ἐστι, τὴν ὄψιν παρείς;

---

*) Obeli nostri significant versus hoc connexu stare non posse.

ἄφρων γ' ἀληθῶς· οὔτε τοῦτο πείθομαι,
οὔθ' ὡς πένης ἄνθρωπος ἐνοχλῶν πολλάκις
τοῖς εὐπορουσιν οὐ λαβεῖν τι βούλεται.

Unde vides contrario etiam ordine quam qui est apud Hesiodum et in locis Ciceronianis haec duo membra poni posse.

416—424 Ἥμος δὲ λήγει μένος ὀξέος ἠελίοιο
καύματος ἰδαλίμου, μετοπωρινὸν ὀμβρήσαντος
Ζηνὸς ἐρισθενέος, μετὰ δὲ τρέπεται βροτέος χρὼς

* * * * *

πολλὸν ἐλαφρότερος (δὴ γὰρ τότε σείριος ἀστὴρ
βαιὸν ὑπὲρ κεφαλῆς κηριτρεφέων ἀνθρώπων
ἔρχεται ἡμάτιος, πλεῖον δέ τι νυκτὸς ἐπαυρεῖ,)
τῆμος ἀδηκτοτάτη πέλεται τμηθεῖσα σιδήρῳ
ὕλη, φύλλα δ' ἔραζε χέει, πτόρθοιό τε λήγει·
τῆμος ἄρ' ὑλοτομεῖν, μεμνημένος ὥριον ἔργον.

Quartum praeceptum (vel primum praeceptum speciale) quo ad singula obeunda munera instituit. δή „ergo“ dicimus, ubi accuratius singula persequi incipimus.

Post versum 418 lacunae signa posui. Nam ut vulgo intelligere videntur: „corpus humanum mutatur: fit enim magis agile“ hoc lingua non patitur. Neque enim χρώς est in antiquo epicorum sermone corpus, sed cutis, nec unquam ponitur de corpore nisi quatenus superficiem praecipue cogitamus vel cernitur aliquid in superficie. Hinc ne locus quidem excipiendus Il. Ξ, 164 (ἧ χροιῇ) quem locum bene et subtiliter a Dammio explicatum video. Pindarus quidem de Philocteta dicens (Pyth. I, 106) ἀσθενεῖ χρωτὶ βαίνων lyrica licentia usus. Apud epicos equidem ante Nonnum me invenire non memini. Is. XIII, 208 οἳ πρὶν ἔσαν μύρμηκες ἐφερπύζοντες ἀρούρης, ποσσὶ πολυσπερέεσσι μεμηλότες, εἰσόκεν αὐτῶν ἐκ χροὸς οὐτιδανοῖο χαμαιγενὲς εἶδος ἀμεί-

ῆας φέρτερον εἰς δέμας ἄλλο μετέπλασεν ὑψιμέδων Ζεύς. XVIII, 248. XXXII, 204. Et *δίχροος ἀνήρ* XLI, 62.

Apud nostrum poetam igitur si quidem ut volunt de membrorum et articulorum agilitate sermo est, ferri non potest. Ergo *μετατρέπεται χρώς* est cutis mutatur. Quod quis fortasse ita explicuerit: cutis per aestatem sole fuscata iam pallidior fit. Fortasse, si de colore intellexisset, non addidisset illud *μετά*, cum in hac significatione *τρέπεται χρώς* familiare sit, et Homero, et linguae vulgari, *τερψίχρως*. Sed hoc utut habet, quid intellexerit patet ex v. 590 *ἀφαυρότατοι δέ τε ἄνδρες εἰσίν, ἐπεὶ κεφαλὴν καὶ γούνατα Σείριος ἄζει, αὐαλέος δέ τε χρὼς ὑπὸ καύματος.* Scut. Herc. 3 *ἴδει ἐν αἰνοτάτῳ, ὁπότε χρόα Σείριος ἄζει.* Cf. Plut. Sympos. III. p. 658. B. *τὸν δὲ ἥλιον ἀναρπάζειν μᾶλλον ἐκ τῶν σωμάτων τὸ νοτερὸν διὰ τὴν πύρωσιν· πρὸς ὃ τὸν Ἀρχίλοχον εἰρηκέναι· ἔλπομαι πολλοὺς μὲν αὐτῶν Σείριος καταυανεῖ ὀξὺς ἐλλάμπων.* — Omnia in iustum ordinem restitueris, ubi versum, qui excidit, hoc fere modo suppleveris:

μετὰ δὲ τρέπεται βρότεος χρώς,
αὐαλέος τὸ πρόσθεν, ἀνὴρ δέ τε γούνατα σείει
πολλὸν ἐλαφρότερος
425—442 *Ὄλμον μὲν τριπόδην τάμνειν, ὕπερον δὲ τρίπηχυν,*
ἄξονα δ' ἑπταπόδην· μάλα γὰρ νύ τοι ἄρμενος οὕτως·
εἰ δέ κεν ὀκταπόδην, ἀπὸ καὶ σφῦράν κε τάμοιο.
τρισπίθαμον δ' ἄψιν τάμνειν δεκαδώρῳ ἀμάξῃ.
πολλὰ δ' ἐπὶ καμπύλα κᾶλα· φέρειν δὲ γύην, ὅτ' ἂν εὕρῃς,
εἰς οἶκον, κατ' ὄρος διζήμενος, ἢ κατ' ἄρουραν,
πρίνινον· ὃς γὰρ βουσὶν ἀρῶν ὀχυρώτατός ἐστιν,
εὖτ' ἂν Ἀθηναίης δμῳὸς ἐν ἐλύματι πήξας
γόμφοισιν πελάσας προσαρήρεται ἱστοβοῆι.

Δοιὰ δὲ θέσθαι ἄροτρα, πονησάμενος κατὰ οἶκον,
αὐτόγυον καὶ πηκτόν· ἐπεὶ πολὺ λώϊον οὕτως.
εἰ χ' ἕτερόν γ' ἄξαις, ἕτερόν κ' ἐπὶ βουσὶ βάλοιο.
Δάφνης δ' ἢ πτελέης ἀκιώτατοι ἱστοβοῆες,
δρυὸς ἔλυμα, γύης πρίνου· βόε δ' ἐνναετήρω
ἄρσενε κεκτῆσθαι, (τῶν γὰρ σθένος οὐκ ἀλαπαδνόν)
ἥβης μέτρον ἔχοντε· τὼ ἐργάζεσθαι ἀρίστω.
οὐκ ἂν τώ γ' ἐρίσαντες ἐν αὔλακι καμμιὲν ἄροτρον
ἄξειαν, τὸ δὲ ἔργον ἐτώσιον αὖθι λίποιεν.

Quintum praeceptum. Postquam docuit de tempore lignorum ad instrumenta necessariorum caedendorum, quae sint instrumenta facienda praescribitur.

(De ὄλμος optima est Goettlingii observatio, hanc simul esse rustici molam)

443—449. *Τοῖς δ' ἅμα τεσσαρακονταετὴς αἰζηὸς*
ἕποιτο
ἄρτον δειπνήσας τετράτροφον, ὀκτάβλωμον,
ὅς κ' ἔργου μελετῶν ἰθεῖαν αὔλακ' ἐλαύνοι,
μηκέτι παπταίνων μετ' ὁμήλικας, ἀλλ' ἐπὶ ἔργῳ
θυμὸν ἔχων· τοῦ δ' οὔ τι νεώτερος ἄλλος ἀμείνων
σπέρματα δάσσασθαι, καὶ ἐπισπορίην ἀλέασθαι.
κουρότερος γὰρ ἀνὴρ μετ' ὁμήλικας ἕπτοίηται.

Sextum praeceptum. Postquam aratrum quale esse debeat exposuit, in quo simul, id quod in vetere simplicitate egregium est, de bobus dixit, quasi hi pars essent aratri: praecipitur quales homines, qui operam praestent aratro, adhiberi debeant, qualis arator et qualis sator.

450—459. *Φράζεσθαι δ', εὖτ' ἂν γεράνου φωνὴν*
ἐπακούσῃς
ὑψόθεν ἐκ νεφέων ἐνιαύσια κεκληγυίης,
ἥ τ' ἀρότοιό τε σῆμα φέρει καὶ χείματος ὥρην
δεικνύει ὀμβρηροῦ· κραδίην δ' ἔδακ' ἀνδρὸς
ἀβούτεω·
δὴ τότε χορτάζειν ἕλικας ΒΟΑΣ ἔνδον ἐόντας.

— *ῥηΐδιον γὰρ ἔπος εἰπεῖν· „ΒΟΕ δός, καὶ ἄμαξαν.“*
— *ῥηΐδιον δ' ἀπανήναθαι· „πάρα δ' ἔργα βόεσσιν·“*
— *φησὶ δ' ἀνὴρ φρένας ἀφνειὸς πήξασθαι ἄμαξαν,*
— *νήπιος· οὐδὲ τόγ' οἶδ', ἑκατὸν δέ τε δούρασ' ἀμάξης,*
— *τῶν πρόσθεν μελέτην ἔχέμεν οἰκήια θέσθαι.*

Praeceptum Septimum. De aratro et operis postquam expositum sequuntur praecepta quando et quomodo eo uti deceat, h. e. de arando et serendo. „Ubi appropinquat hiems et tempus arandi, bene alito boves tuos.“ Etenim labor iis instat. Sed insunt interpolati obelo nobis notati. Versibus 455—459 neminem fugere potest rem tractari huc minime pertinentem. In his sermo est de eo qui cum ipse non tempori res necessarias curaverit alios adit ut mutuetur. De ea vero re antea sermo erat 410. 411, non hic. Aliunde desumti sunt, huc immigraverunt, quod in proxime antecedentibus item sermo erat de Bobus, vel si mavis de eo, qui boves non habet.

Φησὶ δ' ἀνήρ — **significat: putat (quod nos dicimus es vermeint) nonnemo sibi prudens visus, facturum se plaustrum (scil. facile, cum messis aderit: quod nos dicimus: er werde schon einen Wagen machen): stultus! nescit enim, quot lignis opus sit ad plaustrum: quae tempori conquirere necesse est. Hi versus locum suum habebant in aliquo carmine (fortasse in hoc ipso cum plenius esset, vel in aliqua eius recensione), ubi de invehenda messe et plaustro ad id pangendo sermo erat. Hoc memorabile, infra, ubi minime ferri possunt, duos occurrere versus 694. 5**

δεινὸν δ' εἴ κ' ἐπ' ἄμαξαν ὑπέρβιον ἄχθος ἀείρας
ἄξονα καυάξαις, τὰ δέ φορτὶ ὀμαυρωθείη,

quae in eodem argumento commodum locum habuissent.

460—466. *Εὖτ' ἂν δὲ πρώτιστ' ἄροτος θνητοῖσι φανείῃ·*
δὴ τότ' ἐφορμηθῆναι, ὁμῶς δμῳῶές τε καὶ αὐτός,
αὔην καὶ διερὴν ἀρόων, ἀρότοιο καθ' ὥρην,
πρωΐ μάλα σπεύδων, ἵνα τοι πλήθωσιν ἄρουραι.
— *ἔαρι πολεῖν· θέρεος δὲ ΝΕΩΜΈΝΗ οὔ σ' ἀπατήσει.*
ΝΕΙΌΝ δὲ σπείρειν ἔτι κουφίζουσαν ἄρουραν.
— *ΝΕΙΌΣ ἀλεξιάρη, παίδων εὐκηλήτειρα.*

Praeceptum VIII. Simul atque arandi tempus adest ne mora sit, quin statim cum famulis ad arationem egrediare.

Versu ultimo superstitiosa sententia continetur: „pueri si imponuntur novali damnum iis defenditur et plorantes sedantur“ (ut contra bustis impositi summa noxa afficiuntur, v. 722). Eiiciendus igitur. Sed insiticius non minus qui tertius est ab extremo: nam et deficiens initio particula et omnino concisum dicendi genus et alienum est ab huius carminis colore et hanc sententiam esse uno versu absolutam ostendit. Ne hoc dicam, non unam ob causam dubitari debere, an triplicem illam arationem Hesiodus docuerit. Quod si ita est, eo magis tertius etiam in suspicionem vocabitur: quod olim factum iri auguror. Uno adscripto reliqui ad *νειός* se applicuerunt.

467—480. *Εὔχεσθαι δὲ Διὶ χθονίῳ, Δημήτερι θ' ἁγνῇ,*
ἐκτελέα βρίθειν Δημήτερος ἱερὸν ἀκτήν,
ἀρχόμενος ταπρῶτ' ἀρότου, ὅτ' ἄν, ἄκρον ἐχέτλης
χειρὶ λαβών, ὄρπηκι βοῶν ἐπὶ νῶτον ἵκηαι,
ἔνδρυον ἑλκόντων μεσάβῳ· ὁ δὲ τυτθὸν ὄπισθεν
δμωὸς ἔχων μακέλην πόνον ὀρνίθεσσι τιθείη,
σπέρματα κακκρύπτων· εὐθημοσύνη γὰρ ἀρίστη
θνητοῖς ἀνθρώποις· κακοθημοσύνη δὲ κακίστη.



ὣδέ κεν ἁδροσύνῃ στάχυες νεύοιεν ἔραζε,
εἰ τέλος αὐτὸς ὄπισθεν Ὀλύμπιος ἐσθλὸν ὀπάζοι,
ἐκ δ' ἀγγείων ἐλάσειας ἀράχνια· καὶ σε ἔολπα
γηθήσειν, βιότου αἱρεύμενον ἔνδον ἐόντος.
εὐοχθέων δ' ἴξεαι πολιὸν ἔαρ, οὐ δὲ πρὸς ἄλλους
αὐγάσεαι· σέο δ' ἄλλος ἀνὴρ κεχρημένος ἔσται.

Praec. IX. Mature igitur ad arandum profectus, ut primum precatione iusta peracta, ipse iuste subiunctos boves agas, post te servum sequi iubeas, qui semina condat. Sic rite omnia instituenti opima seges erit.

481—484. Εἰ δέ κεν ἠελίοιο τροπαῖς ἀρόῃς χθόνα δῖαν,
ἥμενος ἀμήσεις, ὀλίγον περὶ χειρὸς ἐέργων,
ἀντία δεσμεύων κεκονιμένος, οὐ μάλα χαίρων.
οἴσεις δ' ἐν φορμῷ· παῦροι δέ σε θηήσονται.

(—) 485—494. Ἄλλοτε δ' ἀλλοῖος Ζηνὸς νόος αἰγιόχοιο·
(—) ἀργαλέος δ' ἄνδρεσσι κατὰ θνητοῖσι νοῆσαι.
εἰ δέ κεν ὄψ' ἀρόσῃς, τόδε κέν τοι φάρμακον εἴη.
ἦμος κόκκυξ κοκκύζει δρυὸς ἐν πετάλοισιν
τοπρῶτον, τέρπει τε βροτοὺς ἐπ' ἀπείρονα γαῖαν·
τῆμος Ζεὺς ὗοι τρίτῳ ἤματι, μηδ' ἀπολήγοι,
μήτ' ἄρ' ὑπερβάλλων βοὸς ὁπλήν, μήτ' ἀπολείπων.
οὕτω κ' ὀψαρότης πρωτηρότῃ ἰσοφαρίζοι.
— Ἐν θυμῷ δ' εὖ πάντα φυλάσσεο· μηδέ σε λήθοι
— μήτ' ἔαρ γιγνόμενον πολιόν, μήθ' ὥριος ὄμβρος.

In his confusio est. Neque enim haec quadrant: si bruma severis — sin autem sero severis. Nam bruma serere, id ipsum tam sero est, ut pro extremo tempore a veteribus feratur. Geopon. II, 14, 3 *παύσασθαι δὲ ἀμφοτέρων τῶν σπόρων ταῖς τροπαῖς ταῖς χειμεριναῖς.* **Cf. Colum. II, 8, 2. Varro I, 34, 1 post brumam nisi quae necessaria causa coegerit non serere.**

Quare certissimum est, haec duo praecepta locum suum mutare debere, et primum haec scribenda esse:

εἰ δέ κεν ὄψ' ἀρόσῃς — 487 sqq.

deinde

εἰ δέ κεν ἠελίοιο τροπαῖς ἀρόῃς, 481 sqq.

Praeterea versus 485. 6 et 493. 4, ut nunc quidem se res habet, alienissimi sunt. Haec igitur

ἄλλοτε δ' ἀλλοῖος Ζηνὸς νόος αἰγιόχοιο,
ἀργαλέος δ' ἄνδρεσσι κατὰ θνητοῖσι νοῆσαι

possit sententia de Jove videri, huc adscripta, quod in proxime sequenti item dicitur de Jove: *τῆμος Ζεὺς ὕοι* — Attamen versibus ita ut indicavimus transpositis servari possunt, hoc sensu: si sero severis, fieri tamen poterit ut bona messis sit, si Juppiter vere pluerit. At non semper hoc facit Juppiter, nec scias an imber futurus sit. Sed illa

ἐν θυμῷ δ' εὖ πάντα φυλάσσεο, μηδέ σε λήθοι
μήτ' ἔαρ γιγνόμενον πολιόν, μήθ' ὥριος ὄμβρος

sunt de observandis tempestatibus, huc adscripta propter Imbrem, quamquam vocabulum non idem est.

Ergo haec sic scribemus:

Εἰ δέ κεν ὄψ' ἀρόσῃς, τόδε κέν τοι φάρμακον εἴη.
ἦμος κόκκυξ κοκκύζει δρυὸς ἐν πετάλοισιν
τοπρῶτον, τέρπει τε βροτοὺς ἐπ' ἀπείρονα
γαῖαν·
τῆμος Ζεὺς ὕοι τρίτῳ ἤματι μηδ' ἀπολήγοι,
μήτ' ἄρ' ὑπερβάλλων βοὸς οπλὴν μήτ' ἀπολείπων.
οὕτω κ' ὀψαρότης πρωτηρότῃ ἰσοφαρίζοι.
— *ἐν θυμῷ δ' εὖ πάντα φυλάσσεο· μηδέ σε*
λήθοι
— *μήτ' ἔαρ γιγνόμενον πολιόν, μήθ' ὥριος ὄμ-*
βρος.
ἄλλοτε δ' ἀλλοῖος Ζηνὸς νόος αἰγιόχοιο·
ἀργαλέος δ' ἄνδρεσσι κατὰ θνητοῖσι νοῆσαι.

Praeceptum X. Si sero severis fieri potest, at bona messis sit: si Juppiter verno tempore pluerit.

Εἰ δέ κεν ἠελίοιο τροπαῖς ἀρόῃς χθόνα δῖαν,
ἥμενος ἀμήσεις, ὀλίγον περὶ χειρὸς ἐέργων,
ἀντία δεσμεύων κεκονιμένος, οὐ μάλα χαίρων,
οἴσεις δ' ἐν φορυῷ· παῦροι δέ σε θηήσονται.

Praeceptum XI. Sin bruma demum severis, pessima messis erit.

495—505. Πὰρ δ' ἴθι χαλκεῖον θῶκον καὶ ἐπαλέα ΛΕΣΧΗΝ
ὥρῃ χειμερίῃ, ὁπότε κρύος ἀνέρας ἔργων
ἴσχάνῃ· ἔνθα κ' ἄοκνος ἀνὴρ μέγα οἶκον ὀφέλλοι· [1])
μή σε κακοῖ χειμῶνος ἀμηχανίη καταμάρψῃ
σὺν πενίῃ, λεπτῇ δὲ παχὺν πόδα χειρὶ πιέζῃς.
πολλὰ δ' ἀεργὸς ἀνὴρ, κενεὴν ἐπὶ ΕΛΠΙΔΑ μίμνων,
χρηίζων βιότοιο, κακὰ προσελέξατο θυμῷ.
— ΕΛΠΙΣ δ' οὐκ ἀγαθὴ κεχρημένον ἄνδρα κομίζει [2])
— ἥμενον ἐν ΛΕΣΧΗ, τῷ μὴ βίος ἄρκιος εἴη.
— Δείκνυε δὲ δμώεσσι, θέρευς ἔτι μέσσου ἐόντος·
— οὐκ αἰεὶ θέρος ἔσσεῖται, ποιεῖσθε καλιάς.

Praeceptum XII. Cum igitur hiems aderit, ne inertiae te dedas: quippe tum quoque multa fieri possunt opera rustica rem familiarem adiuvantia (cf. Varr. I, 36. Colum. XI, 2. Virg. Ge. 1, 305).

Interpolatio hic non substitit in illis duabus sententiis, sed longior sequitur locus, notus ille de hieme „*Μῆνα δὲ Ληναιῶνα*“, quem Hesiodeum non esse color a nostro carmine plane diversus certissimo indicio est.

---

1) Spohn. *ὀφέλλῃ*. Sequor Hermannum.

2) cf. v. 319.

Nam non in docendo versatur, sed in describendo. Jonio poetae deberi verisimile esse, rectissime monuit Goettlingius. Sed non facio cum illo, quod hunc locum deducit ad 562. Nam a v. 538 iam Hesiodea videntur esse et ordo praeceptorum recte procedit.

— *Μῆνα δέ Ληναιῶνα (κάκ' ἤματα, βούδορα πάντα)* 506.
— *τοῦτον ἀλεύασθαι, καὶ πηγάδας, αἵ τ' ἐπὶ γαῖαν,*
— *πνεύσαντος Βορέαο, δυσηλεγέες τελέθουσιν.*
— *ὅς τε διὰ Θρῄκης ἱπποτρόφου εὐρέϊ πόντῳ*
— *ἐμπνεύσας ὄρινε· μέμυκε δὲ γαῖα καὶ ὕλη·*
— *πολλὰς δὲ δρῦς ὑψικόμους ἐλάτας τε παχείας*
— *οὔρεος ἐν βήσσῃς πιλνᾷ χθονὶ πουλυβοτείρῃ,* 510
— *ἐμπίπτων, καὶ πᾶσα βοᾷ τότε νήριτος ὕλη.*
— *θῆρες δὲ φρίσσουσ', οὐρὰς δ' ὑπὸ μέζε' ἔθεντο,*
— *τῶν καὶ λάχνῃ δέρμα κατάσκιον· ἀλλά νυ καὶ τῶν*
— *ψυχρὸς ἐὼν διάησι, δασυστέρνων περ ἐόντων.*
— *καί τε διὰ ῥινοῦ βοὸς ἔρχεται οὐδέ μιν ἴσχει.*
— *καί τε δι' αἶγα ἄησι τανύτριχα· πώεα δ' οὔ τι,*
— *οὕνεκ' ἐπηεταναὶ τρίχες αὐτῶν, οὐ διάησιν*
— *ἴς ἀνέμου Βορέου. τροχαλὸν δὲ γέροντα τίθησιν.*
— *καὶ διὰ παρθενικῆς ἁπολόχροος οὐ διάησιν,*
— *ἥ τε δόμων ἔντοσθε φίλῃ παρὰ μητέρι μίμνει,* 520
— *οὔπω ἔργ' εἰδυῖα πολυχρύσου Ἀφροδίτης·*
— *εὖ τε λοεσσαμένη τέρενα χρόα καὶ λίπ' ἐλαίῳ*
— *χρισαμένη, μυχίῃ καταλέξεται ἐνδοθι οἴκου*

V. 521) Spohn *εὖτε* et *νυχίη*. — Mater non exit in agros: sed domi est quidem, attamen exeundum ei domesticas res administranti in atria, in cortem: Puella autem, quae apud matrem domi est, manet intra parietes, et postquam mane corpus suum bene lavit et unxit in intima domo iacebit (otiosa iacebit). Pulchrius et aptius sententia procedere non potest. De futuro in rebus, quas quoties occasio erit fieri videbis, item de futuro hoc iuxta praesentia posita agam si quis dubitet per Soph. Ant. 351. Opp. Hal. V, 11. 282. Sed quaeritur an *καταλέξεται* illud significare possit. Si non possit, *νυχίη* praeferam: cui nihil negotii est, quae intra parietes

— ἤματι χειμερίῳ, ὅτ' ἀνόστεος ὢν πόδα τένδει
— ἔν τ' ἀπύρῳ οἴκῳ καὶ ἠθέσι λευγαλέοισιν.
— οὐ γάρ οἱ ἠέλιος δείκνυ νομιὸν ὁρμηθῆναι·
— ἀλλ' ἐπὶ κυανέων ἀνδρῶν δῆμόν τε πόλιν τε
— στρωφᾶται, βράδιον δὲ Πανελλήνεσσι φαείνει.
— καὶ τότε δὴ κεραοὶ καὶ νήκεροι ὑληκοῖται
— λυγρὸν μυλιόωντες ἀνὰ δρία βησσήεντα 530
— φεύγουσιν· καὶ πᾶσιν ἐνὶ φρεσὶ τοῦτο μέμηλεν,
— οἳ σκέπα μαιόμενοι πυκινοὺς κευθμῶνας ἔχουσιν,
— καὶ γλάφυ πετρῆεν· τότε δὴ τρίποδι βροτῷ ἶσοι,
— οὔ τ' ἐπὶ νῶτα ἔαγε, κάρη δ' εἰς οὐδας ὁρᾶται,
— τῷ ἵκελοι φοιτῶσιν ἀλευόμενοι νίφα λευκήν.

538—555. Καὶ τότε ἔσσασθαι ἔρυμα χροός, ὥς σε κελεύω.

χλαῖνάν τε μαλακὴν καὶ τερμιόεντα χιτῶνα·
στήμονι δ' ἐν παύρῳ πολλὴν κρόκα μηρύσασθαι·
τὴν περιέσσασθαι, ἵνα τοι τρίχες ἀτρεμέωσιν,
μηδ' ὀρθαὶ φρίσσωσιν, ἀειρόμεναι κατὰ σῶμα.
ἀμφὶ δὲ ποσσὶ πέδιλα βοὸς ἶφι κταμένοιο
ἄρμενα δήσασθαι, πίλοις ἔντοσθε πυκάσσας.
πρωτογόνων δ' ἐρίφων, ὁπότ' ἂν κρύος ὥριον ἔλθῃ,
δέρματα συῤῥάπτειν νεύρῳ βοὸς, ὄφρ' ἐπὶ νώτῳ
ὑετοῦ ἀμφιβάλῃ ἀλέην· κεφαλῇφι δ' ὕπερθεν
πῖλον ἔχειν ἀσκητόν, ἵν' οὔατα μὴ καταδεύῃ.
ψυχρὴ γάρ τ' ἠὼς πέλεται Βορέαο πεσόντος,
ἠῷος δ' ἐπὶ γαῖαν ἀπ' οὐρανοῦ ἀστερόεντος
ἀὴρ πυροφόρος τέταται μακάρων ἔπὶ ἔργοις·
ὅς τε ἀρυσσάμενος ποταμῶν ἄπο αἰεναόντων,
ὕψοῦ ὑπερ γαίης ἀρθεὶς ἀνέμοιο θυέλλῃ,

---

manet (interdiu) et noctu bene uncta et lota (ut nunc vespertina lavatio intelligatur) intra parietes decumbet. — [Praeter Plutarchum qui citatur respicit hos versus Eumathius Ismen. amor. p. 44. Teuch. διὰ γάρ τοι παρθενικῆς ἐπαλόχροος οὐ διάησιν αἰθρηγενέτης βοῤῥᾶς].

ἄλλοτε μέν θ' ὗει ποτὶ ἕσπερον, ἄλλοτ' ἄησιν,
πυκνὰ Θρηϊκίου Βορέου νέφεα κλονέοντος.

Praeceptum XIII. Per hiemem cura ut eo modo quem dico corpus a frigore defendas crassioribus vestibus indutis:

556—560. *Τὸν φθάμενος, ἔργον τελέσας, οἰκόνδε νέεσθαι,*
μή ποτέ σ' οὐρανόθεν σκοτόεν νέφος ἀμφικαλύψῃ,
χρῶτα δὲ μυδαλέον θείῃ κατά θ' εἵματα δεύσῃ·
ἀλλ' ὑπαλεύασθαι· μεὶς γὰρ χαλεπώτατος οὗτος
χειμέριος, χαλεπὸς προβάτοις, χαλεπός τ' ἀνθρώποις.

Praeceptum XIV. Pluviam, quae tempore modo descripto vesperi esse solet, devitans fac ut mature domum redeas. — *Μεὶς οὗτος*, quem non nominat, sed satis descripsit.

561—565. *Τῆμος θώμισυ βουσίν, ἐπ' ἀνέρι δὲ πλέον εἴη*
ἁρμαλιῆς· μακραὶ γὰρ ἐπίρροθοι εὐφρόναι εἰσίν.
— ταῦτα φυλασσόμενος τετελεσμένον εἰς ἐνιαυτὸν
— ἰσοῦσθαι νύκτας τε καὶ ἤματα, εἰςόκεν αὖτις
— γῆ, πάντων μήτηρ, καρπὸν σύμμικτον ἐνείκῃ.

Praeceptum XV. Hoc tempore minus praebeas alimentorum bobus hominibusque et multo minus labore defessis et longa noctium quiete recreatis.

V. 563—565 hoc mihi videntur significare: haec observans noctes et dies aequa (h. e. fac ut homines et bestiae tantum quieti dent quantum labori) usque ad ver (*ἐνείκῃ* ferre incipiat). Hesiodei non videbuntur (nam Hesiodeus annus ab occasu Pleiadum incipit, v. 619), nisi *ἐνιαυτός* de arctiore temporis orbe intelligi potest. *ἦλθ' ἦλθε χελιδών, καλὰς ὥρας ἄγουσα, καλοὺς ἐνιαυτούς.*

566—572. *Εὖτ' ἂν δ' ἑξήκοντα μετὰ τροπὰς ἠελίοιο*
χειμέρι' ἐκτελέσῃ Ζεὺς ὄμβρια· δὴ ῥα τότ' ἀστὴρ
Ἀρκτοῦρος προλιπὼν ἱερὸν ῥόον Ὠκεανοῖο

πρῶτον παμφαίνων ἐπιτέλλεται ἀκρονύφαιος.
τὸν δὲ μετ' ὀρθρογόη Πανδιονὶς ὦρτο χελιδὼν
ἐς φάος ἀνθρώποις, ἔαρος νέον ἱσταμένοιο.
τὴν φθάμενος, οἶνας περιταμνέμεν· ὣς γὰρ ἄμεινον.

Praeceptum XVI. Primo vere vites amputa.

573—583. ἀλλ' ὁπότ' ἂν φερέοικος ἀπὸ χθονὸς ἀμφυτὰ βαίνῃ
Πληϊάδας φεύγων, τότε δὴ σκάφος οὐκ ἔτι οἰνέων·
ἀλλ' ἅρπας τε χαρασσέμεναι, καὶ δμῶας ἐγείρειν·
φεύγειν δὲ σκιεροὺς θώκους καὶ ἐπ' ἠῶ κοῖτον
ὥρῃ ἐν ἀμήτου, ὅτε τ' ἠέλιος χρόα κάρφει.
τημοῦτος σπεύδειν, καὶ οἶκαδε καρπὸν ἀγινεῖν,
ὄρθρου ἀνιστάμενος, ἵνα τοι βίος ἄρκιος εἴῃ.
ἠὼς γάρ τ' ἔργοιο τρίτην ἀπαμείρεται αἶσαν·
ἠὼς τοι προφέρει μὲν ὁδοῦ, προφέρει δὲ καὶ ἔργου·
ἠώς, ἥτε φανεῖσα πολέας ἐπέβησε κελεύθου
ἀνθρώπους, πολλοῖσί τ' ἐπὶ ζυγὰ βουσὶ τίθησιν.

Praec. XVII. Sed appropinquante ortu Pleiadum cura vitium debet finita esse: tum enim frumentorum messis strenue adeunda est.

584—598. Ἦμος δὲ σκόλυμός τ' ἀνθεῖ, καὶ ἠχέτα τέττιξ
δενδρέῳ ἐφεζόμενος λιγυρὴν ἐπιχεύετ' ἀοιδὴν
πυκνὸν ὑπὸ πτερύγων, θέρεος καματώδεος ὥρῃ·
τῆμος πιόταταί τ' αἶγες, καὶ οἶνος ἄριστος,
μαχλόταται δὲ γυναῖκες, ἀφαυρότατοι δὲ τε ἄνδρες
εἰσίν, ἐπεὶ κεφαλὴν καὶ γούνατα Σείριος ἄζει,
αὐαλέος δέ τε χρὼς ὑπὸ καύματος· ἀλλὰ τότ' ἤδη
εἴη πετραίη τε σκιή, καὶ Βίβλινος οἶνος,
μᾶζά τ' ἀμολγαίη, γάλα τ' αἰγῶν σβεννυμενάων
καὶ βοὸς ὑλοφάγοιο κρέας μήπω τετοκυίης,
πρωτογόνων τ' ἐρίφων· ἐπὶ δ' αἴθοπα πινέμεν οἶνον,
ἐν σκιῇ ἑζόμενον, κεκορημένον ἦτορ ἐδωδῆς,
ἀντίον ἀκραέος Ζεφύρου τρέψαντα πρόσωπα,
κρήνης τ' ἀενάου καὶ ἀπορρύτου, ἥ τ' ἀθόλωτος.
τρὶς ὕδατος προχέειν, τὸ δὲ τέτρατον ἱέμεν οἴνου.

Praeceptum XVIII. „Summo aestatis calore umbras quaere et genio indulgeas.“

599—602. *δμωσὶ δ' ἐποτρύνειν Δημήτερος ἱερὸν ἀχτὴν*
δινέμεν, εὖτ' ἂν πρῶτα φανῇ σθένος Ὠρίωνος,
χώρῳ ἐν εὐαεῖ καὶ εὐτροχάλῳ ἐν ἀλωῇ·
μέτρῳ δ' εὖ κομίσασθαι ἐν ἀγγεσιν.

Praeceptum XIX. Ubi primum Orio cernitur, frumentum exterendum cures et vasis condendum.

602—607 *Αὐτὰρ ἐπὴν δὴ*
πάντα βίον κατάθηαι ἐπάρμενον ἔνδοθι Ο'ΙΚΟΥ,
— θῆτά τ' ΑΟΙΚΟΝ ποιεῖσθαι καὶ ἄτεκνον ἔριθον
— δίζεσθαι κέλομαι· χαλεπὴ δ' ὑπόπρτις ἔριθος·
καὶ κύνα καρχαρόδοντα κομιεῖν· μὴ φείδεο σίτου·
μή ποτέ σ' ἡμερόκοιτος ἀνὴρ ἀπὸ χρήματ' ἕλῃται.

Praeceptum XX. Ubi messem domo condideris, tum etiam canem bene cura, ut nocte fures defendat.

Sed duo versus 604 et 605 necessario excludendi erant. Quid enim post messem conditam operae parentur? Goettlingius quam incommode incurrant sentiens, opinor, *θῆτα* et *ἔριθον* villicum et villicam interpretatur. Sed primum ne id quidem intelligo cur villicus et villica demum post conditam messem parentur. Deinde non is est parcus Hesiodei fundi possessor, qui villico res curandas mandet: ipse potius praeest et praecipit servis: denique *θής* non villicus est, nec *ἔριθος* villica: sed sunt inferioris ordinis operae mercenariae.

Βουλοίμην κ' ἐπάρουρος ἐὼν θητευέμεν ἄλλῳ,
ἀνδρὶ παρ' ἀκλήρῳ, ᾧ μὴ βίοτος πολὺς εἴη,
ἢ πᾶσιν νεκύεσσι καταφθιμένοισιν ἀνάσσειν.

Sed nota res est. Item *ἔριθοι* sunt Σ, 550 operarii messem secantes, *δρεπάνας ἐν χερσὶν ἔχοντες*. Imo versus, faciles ad intelligendum, si soli spectantur, et

commodum praeceptum complectentes huc immigrarunt propter ἄοιχος, cum in praecedenti versu esset οἶκος: nec ullam aliam ob causam quam ob similem vocem.

607—9. Χόρτον δ' ἐσκομίσαι καὶ συρφετόν, ὄφρα τοι εἴη
βουσὶ καὶ ἡμιόνοισιν ἐπηετανόν· αὐτὰρ ἔπειτα
δμῶας ἀναψῦξαι φίλα γούνατα, καὶ βόε λῦσαι.

Prace. XXI. Tum etiam stramentis illatis, ut iumentis pabulum sit, servos et iumenta labore leves.

611—619. Εὖτ' ἂν δ' Ὠρίων καὶ Σείριος ἐς μέσον ἔλθῃ
οὐρανόν, Ἀρκτοῦρον δ' ἐσίδῃ ῥοδοδάκτυλος Ἠώς·
ὦ Πέρση, τότε πάντας ἀπόδρεπε οἴκαδε βότρυς.
δεῖξαι δ' ἠελίῳ δέκα τ' ἤματα καὶ δέκα νύκτας·
πέντε δὲ συσκιάσαι· ἕκτῳ δ' εἰς ἄγγε' ἀφύσσαι
δῶρα Διωνύσου πολυγηθέος· αὐτὰρ ἐπὴν δὴ
Πληϊάδες θ' Ὑάδες τε, τό τε σθένος Ὠρίωνος
δύνωσιν· τότ' ἔπειτ' ἀρότου μεμνημένος εἶναι
ὡραίου· πλειὼν δέ κατὰ χθονὸς ἄρμενος εἴη.

Praeceptum XXII. Cum mane oritur Arcturus, vindemia fiat. Posthaec quando iam Pleiades cadunt, redit arandi tempus: et sic annus rite peractus finem habeat.

Ultimum versum, ubi nil frugi allatum invenio, quomodo intelligam dicam Germanice: dann gedenke der Saat und das Jahr möge schicklich (h. e. omnibus rite peractis) unter die Erde gehn *). Quae mihi pulcherrima et aptissima conclusio videtur. Optativus εἴην etiamsi quis de τῷ προσιόντι προσεῖναι et de Od. ξ, 496 haeserit tamen ita ex analogia factus est, ut in his praesertim verbis, quae et alias habent formas vel semel vel rarissime occurrentes, vel hoc uno loco

*) ἠέλιος μὲν ἔδυνε κατὰ χθονὸς Ὠκεανόνδε hymn. Merc. 68.

se ipse sententia postulante tueretur. Accedit tamen Il. Ω, 139 (cf. τῇδ' ἦλθε Hes. Op. 637. ὄφρα σε τῇ πέμπωσι Od. ϑ, 555). Nam Il. O, 82 quidem ἔνϑ' εἴην καὶ ἔνθα non possum credere aliud significari quam: „dort möcht' ich sein und dort." (cf. Apollon. III, 771 δειλὴ ἐγώ, νῦν ἔνϑα κακῶν ἢ ἔνϑα γένωμαι;) Quod solum Aristarchus quoque eo loco intellexit, quamquam id falsa scholii AB lectione latere possit „τὸ ἔνϑ' εἴη καὶ ἔνθα σὺν τῷ ν οἱ Ἀριστάρχειοι γράφουσιν, ὡς αὐτοῦ τοῦ ἀνδρὸς ἐπιλογιζομένου ποῖ πορευοίμην· ὁ δὲ λόγος οὕτως· εἰς ἐκείνην τὴν χώραν ἢ ἐκείνην πορευθείην ἢ πορευοίμην." De Aristarcho traditur (ab Didymo) usque ad ἐπιλογιζομένου. Tum aliud scholion annexum: Εἴην πορευοίμην, rel. Nam sic scribendum pro ποῖ πορευοίμην. Quae patent ex schol. D. Non animadvertit hoc Spitznerus. Qui isto loco εἴην ab εἰμι esse defendens poterat etiam mentionem inicere loci Ξ, 117 cum scholio BL: εἴη ἀντὶ τοῦ ἴτω· „καὶ τῷ προσιόντι προσεῖναι" ἀντὶ τοῦ προσιέναι. — Coniunctivus εἴω apud Homerum quoque a quibusdam legebatur. Apoll. lex. H. εἴομεν πορευθῶμεν.

Quae sequuntur de navigatione eo consilio facta esse, ut hoc loco intrarent, inde videtur apparere, quod hoc modo aptissime initium fit ab eo tempore, quo non navigandum sit: quod alioquin aliquid offensionis haberet. Nunc vero postquam rusticorum operum descriptio in Pleiadum et Orionis occasu et aratione tum aggredienda conclusa fuit, rectissime haec procedunt: „sin navigationis cupido te tenet, hoc quidem tempus, quo Pleiades et Orion occidunt, navigationi non aptum est: sed tum, ut te commonui, agro opera danda." Et nihil videtur afferri posse quin paucis quibusdam, quae extrinsecus inserta sunt, exclusis,

versus 620—647 et 665—695, se recte excipere et in unam cautiunculam coire putes. Sed interpositi his versus 648—664, qui habent prioris particulae aliam recensionem et quidem alius poetae: qui hanc priorem particulam alio modo proferret et alio modo antecedentibus connecteret. Describimus haec hoc modo:

620—647 *Εἰ δέ σε ναυτιλίης δυσπεμφέλου ἵμερος αἱρεῖ,*
εὖτ' ἂν Πληϊάδες, σθένος ὄβριμον Ὠρίωνος
φεύγουσαι, πίπτωσιν ἐς ἠεροειδέα πόντον·
δὴ τότε παντοίων ἀνέμων θύουσιν ἀῆται.
καὶ τότε μηκέτι νῆας ἔχειν ἐνὶ οἴνοπι πόντῳ,
γῆν δ' ἐργάζεσθαι μεμνημένος, ὥς σε κελεύω.
νῆα δ' ἐπ' ἠπείρου ἐρύσαι, πυκάσαι τε λίθοισιν
πάντοθεν, ὄφρ' ἴσχωσ' ἀνέμων μένος ὑγρὸν ἀέντων,
χείμαρον ἐξερύσας, ἵνα μὴ πύθῃ Διὸς ὄμβρος.
ὅπλα δ' ἐπάρμενα πάντα τεῷ ἐνικάτθεο οἴκῳ,
εὐκόσμως στολίσας νηὸς πτερὰ ποντοπόροιο·
πηδάλιον δ' εὐεργὲς ὑπὲρ καπνοῦ κρεμάσασθαι·
αὐτὸς δ' ὡραῖον μίμνειν πλόον, εἰσόκεν ἔλθῃ.
καὶ τότε ΝΗΑ θοὴν ἅλαδ' ἑλκέμεν, ἐν δέ τε ΦΟΡΤΟΝ
ἅρμενον ἐντύνασθαι, ἵν' οἴκαδε ΚΕΡΔΟΣ ἄρηαι·
ὥσπερ ἐμός τε πατὴρ καὶ σός, μέγα νήπιε Πέρση,
πλωΐζεσκ' ἐν νηυσί, βίου κεχρημένος ἐσθλοῦ.
ὅς ποτε καὶ τῇδ' ἦλθε, πολὺν διὰ πόντον ἀνύσσας,
Κύμην Αἰολίδα προλιπὼν ἐν νηῒ μελαίνῃ·
οὐκ ἄφενος φεύγων οὐδὲ πλοῦτόν τε καὶ ὄλβον,
ἀλλὰ κακὴν πενίην, τὴν Ζεὺς ἀνδρέσσι δίδωσιν.
νάσσατο δ' ἄγχ' Ἑλικῶνος ὀϊζυρῇ ἐνὶ κώμῃ
Ἄσκρῃ, χείμα κακῇ, θέρει ἀργαλέῃ, οὐδέ ποτ' ἐσθλῇ.
Τύνη, δ' ὦ Πέρση, ἔργων μεμνημένος εἶναι
ὡραίων πάντων, περὶ ναυτιλίης δέ μάλιστα.
— *ΝΗ' ὀλίγην αἰνεῖν, μεγάλῃ δ' ἐνὶ φορτία θέσθαι·*

— *μείζων μὲν Φ'ΟΡΤΟΣ, μείζον δ' ἐπὶ κέρδεϊ ΚΕΡΔΟΣ*
— *ἔσσεται, εἰ κ' ἄνεμοί γε κακὰς ἀπέχωσιν ἀήτας.*

648—664. Altera horum recensio (versuum 620 sqq.)

Εὖτ' ἂν ἐπ' εὐπορίην τρέψας ἀεσίφρονα θυμὸν
βούληαι χρέα ε προφυγεῖν καὶ ἀτερπέα λιμόν·
δείξω δή τοι μέτρα πολυφλοίσβοιο θαλάσσης,
οὔτε τι ναυτιλίης σεσοφισμένος, οὔτε τι νηῶν.
οὐ γὰρ πώποτε νηΐ γ' ἐπέπλων εὐρέα πόντον,
εἰ μὴ ἐς Εὔβοιαν ἐξ Αὐλίδος, ἧ ποτ' Ἀχαιοί,
μείναντες χειμῶνα, πολὺν σὺν λαὸν ἄγειραν
Ἑλλάδος ἐξ ἱερῆς Τροίην ἐς καλλιγύναικα.
ἔνθα δ' ἐγὼν ἐπ ἄεθλα δαΐφρονος Ἀμφιδάμαντος,
Χαλκίδα τ' εἰσεπέρησα· τὰ δὲ προπεφραδμένα πολλὰ
ἆθλ' ἔθεσαν παῖδες μεγαλήτορες· ἔνθα μέ φημι
ὕμνῳ νικήσαντα φέρειν τρίποδ' ὠτωεντα·
τὸν μὲν ἐγὼ Μούσαις Ἑλικωνιάδεσσ' ἀνέθηκα,
ἔνθα με τοπρῶτον λιγυρῆς ἐπέβησαν ἀοιδῆς.
τόσσον τοι νηῶν γε πεπείρημαι πολυγόμφων·
ἀλλὰ καὶ ὣς ἐρέω Ζηνὸς νόον Αἰγιόχοιο·
Μοῦσαι γάρ μ' ἐδίδαξαν ἀθέσφατον ὕμνον ἀείδειν.

Versus 643. 4

τύνη δ' ὦ Πέρση, ἔργων μεμνημένος εἶναι
ὡραίων πάντων, περὶ ναυτιλίης δὲ μάλιστα

servavi pro genuinis, hoc significari posse ratus: „Age vero, Perses, omnium operum memor esto in tempore, navigationis vero maxime.“ In hac scilicet iustum tempus pati effugere summopere periculosum. Quae sic intellecta ad *Ἥματα πεντήκοντα* commode nos transducere videntur. Tres obelo notati nec huc quadrant nec continentiae Hesiodeae respondent, imo in contrarium facti videntur eius sententiae, quae cum ista continentia convenit, 691

μηδ' ἐνὶ νηυσὶν ἅπαντα βίον κοίλῃσι τίθεσθαι·
ἀλλὰ πλέω λείπειν, τὰ δὲ μείονα φορτίζεσθαι·
δεινὸν γὰρ πόντου μετὰ κύμασι πήματα πάσχειν.

Sedes iis data in vicinia versuum 634: quibus possunt quodammodo explicationi esse: sed concentus vocabulorum νῆα, φόρτος, κέρδος hic quoque memorabilis.

Versu 648 offendit εὖτ' ἂν falso dictum pro εἰ vel εἴ κε, quod nisi recens corruptela est, quod longe verisimilius, putandum erit negligentiori auctori, qualem se hic prodere videtur, imprudenti adhaesisse ex illo loco, quem diffingeret (εὖτ' ἂν Πληϊάδες 621).

665—697. Ἤματα πεντήκοντα μετὰ τροπὰς ἠελίοιο,
ἐς τέλος ἐλθόντος θέρεος, καματώδεος ὥρης,
ὡραῖος πέλεται θνητοῖς πλόος· οὔτε κε νῆα
καυάξαις, οὔτ' ἄνδρας ἀποφθίσειε θάλασσα,
εἰ δὴ μὴ πρόφρων γε Ποσειδάων ἐνοσίχθων,
ἢ Ζεὺς ἀθανάτων βασιλεὺς ἐθέλῃσιν ὀλέσσαι.
ἐν τοῖς γὰρ τέλος ἐστὶν ὁμῶς ἀγαθῶν τε κακῶν τε.
τῆμος δ' εὐκρινέες τ' αὖραι, καὶ πόντος ἀπήμων.
εὔκηλος τότε νῆα θοὴν, ἀνέμοισι πιθήσας,
ἑλκέμεν ἐς πόντον, φόρτον τ' ἐὺ πάντα τίθεσθαι.
σπεύδειν δ' ὅττι τάχιστα πάλιν οἶκόνδε νέεσθαι·
μηδὲ μένειν οἶνόν τε νέον καὶ ὀπωρινὸν ὄμβρον
καὶ χειμῶν' ἐπιόντα, Νότοιό τε δεινὰς ἀήτας,
ὅς τ' ὤρινε θάλασσαν, ὁμαρτήσας Διὸς ὄμβρῳ
πολλῷ, ὀπωρινῷ· χαλεπὸν δέ τε πόντον ἔθηκεν.
Ἄλλος δ' εἰαρινὸς πέλεται πλόος ἀνθρώποισιν. 680,
ἦμος δὴ τοπρῶτον, ὅσον τ' ἐπιβᾶσα κορώνη
ἴχνος ἐποίησεν, τόσσον πέταλ' ἀνδρὶ φανείη
ἐν κράδῃ ἀκροτάτῃ· τότε δ' ἄμβατός ἐστι θάλασσα
* * * *
* * * *
Εἰαρινὸς δ' οὗτος (potius ἄλλος) πέλεται πλόος· οὐ

μιν ἔγωγε

ϑ αἰνημι· οὐ γὰρ ἐμῷ θυμῷ κεχαρισμένος ἐστίν.
ϑ ἁρπακτός [1])! χαλεπῶς κε φύγοις κακόν· ἀλλά νυ καὶ τὰ
ϑ ἄνθρωποι ῥέζουσιν ἀϊδρείῃσι νόοιο·
ϑ χρήματα γάρ ψυχὴ πέλεται δειλοῖσι βροτοῖσιν.
ϑ δεινὸν δ' ἐστὶ θανεῖν μετὰ κύμασιν· ἀλλὰ σ' ἄνωγα
ϑ φράζεσθαι τάδε πάντα μετὰ φρεσίν, ὡς ἀγορεύω. —
Μὴ δ' ἐνὶ νηυσὶν ἅπαντα βίον κοίλῃσι τίθεσθαι.
ἀλλὰ πλέω λείπειν, τὰ δὲ μείονα ΦΟΡΤΙΖΕΣΘΑΙ
ΔΕΙΝΟΝ γάρ, πόντου μετὰ [2]) κύμασι πήμασι κύρσαι·
— ΔΕΙΝΟΝ δ' εἴ κ' ἐπ' ἄμαξαν ὑπέρβιον ἄχθος ἀείρας
— ἄξονα καυάξαις, τὰ δὲ ΦΟΡΤΙ' ἀμαυρωθείη.
μέτρα φυλάσσεσθαι· καιρὸς δ' ἐπὶ πᾶσιν ἄριστος.

V. 684—690 iisdem rebus offendimur, quibus Hermannus, nisi quod ἁρπακτός eo sono prolatum, quem nos interpunctione significavimus, bene habere putamus. Et optime eundem iudicasse opinamur, cum altera recensio haec esset, sic incipiens εἰαρινὸς δ' ἄλλος πέλεται πλόος —, vocabulum ἄλλος in οὗτος mutatum esse, ut aliquo modo coire viderentur: qualia iam antea vidimus. Mihi quidem multa de hoc loco cogitanti nihil probabilius visum. Quidquid praeterea tentabis, (et si quis tentare ipse voluerit, advertam eum, ut post θάλασσα commate distinguat), precarium erit. — Caeterum primus auctor dixerat sine dubio et ipse aliquid de periculis vernae navigationis, quae nunc interierunt. Verbo fortasse moneri meretur, in hoc toto carmine de agri cultura et de navigatione nullas praeter has inesse querelas de hominum avaritia vel improbitate. De in-

---

1) Spohn ἐστίν, ~~ἁρπακτός~~.

2) Spohn κατὰ.

terpolatis versibus 694. 5 conferantur, quae diximus supra ad v. 457.

Versus 696 non incommode haec concludere videtur.

§. 6.

Hoc igitur est illud unum et continuum carmen de opibus per agri culturam et per navigationem quaerendis, quod quamvis multis modis hodie deformatum sit, quamvis quaedam perierint, tamen ordo et connexus non poterat deleri, ut iam diximus. Quaedam perisse et ex veterum locis citatis, qui hodie desiderantur, patet, et ipsi suspicaremur de vitium satione et curatione plus dictum fuisse quam nunc est. Deformatum praeterea vidimus non uno modo. De duobus corruptionis generibus accuratius dicendum:

1) Duplex eiusdem loci recensio: quales quaedam in ipsum venerunt Homerum, quem tamen quam bene in universum habitus sit nunquam satis mirabimur. Et vero quid probabilius est quam ne ipsos quidem harum cantiunculariun auctores vario tempore sua omnia eodem plane modo cantasse: variarunt eundem locum, eandem narratiunculam alii: nec semel vel bis factum est in eodem argumento, sed fortasse sex, fortasse duodecim et plures variatae formae circumferebantur: quod nobis quasi ante oculos constituisse videmur infra, ubi locos de Pandora et de hominum aetatibus tractavimus. Quid igitur mirum haec per ora et memoriam rhapsodorum saepe confusa esse vel coaluisse? Poterant alia iuxta scribi cum haec chartis mandabantur, ne quidquid antiquae poesis adhuc ferebatur interiret.

De his eiusdem carminis immutationibus iisque iuxta positis iam si popularia carmina vernacula percurrimus admonemur: quod rectissime indicat Welcke-

rus Theogn. CXIX: dudum res intellecta est in Genesi: de mediae aetatis longioribus carminibus Francogallicis, quae idem argumentum bis et saepius variatum deinceps exhibent, imo de uno, quod paene ab initio ad finem duplici filo pertextum est, docuit et ante oculos posuit rem Fauriel de l' origine de l' épopée chevaleresque du moyen age (Extrait de la revue des deux mondes. Paris 1832) in lectione tertia. — Haec brevibus monenda duximus: meminimus enim in ea caussa nuper studiosius quam consideratius dictum esse.

2) Interpolatio. De illo more carmina et gnomas maxime iuxta ponendi non tantum quae sententia similes essent, sed solam etiam propter similitudinem verborum dixit Welckerus praef. Theogn. CII. sqq. Et vidimus quaedam in hoc ipso carmine, in quibus sensus ne minima quidem communio erat, sed vocabuli. Quod si talibus exemplis ne id quidem carmen immune esse invenitur, quod perpetuitate argumenti vix admittere potuisse putaveris, quid iam in gnomarum farragine exspectabimus?

Theognis v. 15—128.

15. *Μοῦσαι καὶ Χάριτες, κοῦραι Διός, αἵ ποτε Κάδμου*
ἐς γάμον ἐλθοῦσαι καλὸν ἀείσατ' ΕΠΟΣ·
ὅττι καλόν, φίλον ἐστί· τὸ δ' οὐ καλὸν οὐ φίλον ἐστίν·
τοῦτ' ἔπος ἀθανάτων ἦλθε διὰ στομάτων.

Κύρνε, σοφιζομένῳ μὲν ἐμοὶ σφρηγὶς ἐπικείσθω
τοῖσδ' ΕΠΕΣΙΝ, λήσει δ' οὔποτε κλεπτόμενα.
οὐδέ τις ἀλλάξει κάκιον τοὐσθλοῦ παρεόντος.
ὧδε δὲ πᾶς τις ἐρεῖ· „Θεύγνιδός ἐστιν ἔπη
τοῦ Μεγαρέως· πάντας δὲ κατ' ἀνθρώπους ὀνομαστός.

*) ἀστοῖσιν δ' οὔπω πᾶσιν ἀδεῖν δύναμαι.
οὐδὲν θαυμαστόν, Πολυπαΐδη· οὐδὲ γὰρ ὁ Ζεὺς
οὔθ' ὗων πάντεσσ' ἀνδάνει οὔτ' ἀνέχων.

Σοὶ δ' ἐγὼ εὖ φρονέων ὑποθήσομαι, οἷά περ αὐτός,
Κύρν', ἀπὸ τῶν ΑΓΑΘΩΝ παῖς ἔτ' ἐὼν ἔμαθον.

Πέπνυσο, μηδ' αἰσχροῖσιν ἐπ' ἔργμασι μηδ' ἀδίκοισιν
τιμὰς μηδ' ἀρετὰς ἕλκεο μηδ' ἄφενος.

Ταῦτα μὲν οὕτως ἴσθι· κακοῖσι δὲ μὴ προσομίλει
ἀνδράσιν, ἀλλ' αἰεὶ τῶν ΑΓΑΘΩΝ ἔχεο.
καὶ μετὰ τοῖσιν πῖνε καὶ ἔσθιε, καὶ παρὰ τοῖσιν
ἵζε, καὶ ἄνδανε τοῖς, ὧν μεγάλη δύναμις.
ἐσθλῶν μὲν γὰρ ἀπ' ἐσθλὰ μαθήσεαι· ἢν δὲ κακοῖσιν
συμμίσγῃς, ἀπολεῖς καὶ τὸν ἐόντα νόον.
ταῦτα μαθὼν ἀγαθοῖσιν ὁμίλεε, καί ποτε φήσεις
εὖ συμβουλεύειν τοῖσι φίλοισιν ἐμέ.

Κύρνε, κύει ΠΟΛΙΣ ἥδε, δέδοικα δὲ μὴ τέκῃ ἄνδρα
εὐθυντῆρα ΚΑΚΗΣ ΥΒΡΙΟΣ ἡμετέρης·
ἀστοὶ μὲν γὰρ ἔθ' οἵδε σαόφρονες, ἡγεμόνες δὲ
τετράφαται πολλὴν ἐς κακότητα πεσεῖν.

Οὐδεμίαν πω, Κύρν', ἀγαθοὶ ΠΟΛΙΝ ὤλεσαν ἄνδρες·
ἀλλ' ὅταν ΥΒΡΙΖΕΙΝ τοῖσι ΚΑΚΟΤΣΙΝ ἄδῃ,
δῆμόν τε φθείρωσι, δίκας τ' ἀδίκοισι διδῶσιν
οἰκείων κερδέων εἵνεκα καὶ κράτεος,
ἔλπεο μὴ δηρὸν κείνην ΠΟΛΙΝ ἀτρεμέεσθαι,
μηδ' εἰ νῦν κεῖται πολλῇ ἐν ἡσυχίῃ,
εὖτ' ἂν τοῖσι κακοῖσι φίλ' ἀνδράσι ταῦτα γένηται

---

*) Hos tres versus aliunde sumtos hic incommode adhaesisse patet. cfr. Bekk.

κέρδεα δημοσίῳ σὺν κακῷ ἐρχόμενα.
ἐκ τῶν γὰρ στάσιές τε καὶ ἔμφυλοι φόνοι ἀνδρῶν,
μοίναρχος δὲ πόλει μήποτε τῇδε ἄδοι.

Κύρνε, ΠΟΛΙΣ μὲν ἔθ' ἥδε πόλις, λαοὶ δὲ δὴ ἄλλοι,
οἱ πρόσθ' οὔτε δίκας ἤδεσαν οὔτε νόμους,
ἀλλ' ἀμφὶ πλευρῇσι δορὰς αἰγῶν κατέτριβον,
ἔξω δ' ὥστ' ἔλαφοι τῆσδ' ἐνέμοντο πόλεος.
καὶ νῦν εἰσ' ἀγαθοί, Πολυπαΐδη· οἱ δὲ πρὶν ἐσθλοὶ
νῦν δειλοί· τίς κεν ταῦτ' ἀνέχοιτ' ἐσορῶν;
ἀλλήλους δ' ἀπατῶσιν ἐπ' ἀλλήλοισι γελῶντες,
οὔτε ΚΑΚΩΝ γνώμας εἰδότες οὔτ' ἀγαθῶν.

Μηδένα τῶνδε φίλον ποιεῖν, Πολυπαΐδη, ἀστῶν
ἐκ θυμοῦ, χρείης εἵνεκα μηδεμιῆς.
ἀλλὰ δόκει μὲν πᾶσιν ἀπὸ γλώσσης φίλος εἶναι,
χρῆμα δὲ συμμίξῃς μηδενὶ μηδ' ὁτιοῦν
ΣΠΟΥΔΑΙΟΝ. γνώσῃ γὰρ ὀϊζυρῶν φρένας ἀνδρῶν,
ὥς σφιν ἐπ' ἔργοισιν ΠΙΣΤΙΣ ἐπ' οὐδεμία,
ἀλλὰ δόλους τ' ἀπάτας τε πολυπλοκίας τ' ἐφίλησαν
οὕτως ὡς ἄνδρες μηκέτι σωζόμενοι.

Μήποτε, Κύρνε, κακῷ ΠΙΣΥΝΟΣ βούλευε σὺν ἀνδρί,
εὖτ' ἂν ΣΠΟΥΔΑΙΟΝ ΠΡΗΓΜ' ἐθέλῃς τελέσαι,
ἀλλὰ μετ' ἐσθλὸν ἰὼν βουλεύεο, πολλὰ μογήσας
καὶ μακρὴν ποσσίν, Κύρν', ὁδὸν ἐκτελέσας.

ΠΡΗΞΙΝ μηδὲ φίλοισιν ὅλως ἀνακοινέο πᾶσιν.
ΠΛΑΥΡΟΙ τοι πολλῶν ΠΙΣΤΟΝ ἔχουσι νόον.

ΠΛΑΥΡΟΙΣΙΝ ΠΙΣΥΝΟΣ μεγάλ' ἀνδράσιν ἔργ' ἐπιχείρει,
μήποτ' ἀνήκεστον, Κύρνε, λάβῃς ἀνίην.

ΠΙΣΤΟΣ ἀνὴρ χρυσοῦ τε καὶ ἀργύρου ἀντερύσασθαι
ἄξιος ἐν χαλεπῇ, Κύρνε, διχοστασίῃ.

ΠΑΥΡΟΥΣ εὑρήσεις, Πολυπαΐδη, ἄνδρας ἑταίρους
ΠΙΣΤΟΥΣ ἐν χαλεποῖς πρήγμασι γιγνομένους,
οἵτινες ᾗν τολμῷεν, ὁμόφρονα θυμὸν ἔχοντες,
ἶσον τῶν ἀγαθῶν τῶν τε κακῶν μετέχειν.
τοὺς δ' οὐχ εὑρήσεις διζήμενος οὐδ' ἐπὶ πάντας
ἀνθρώπους, οὓς ναῦς μὴ μία πάντας ἄγοι,
οἷσιν ἐπὶ γλώσσῃ τε καὶ ὀφθαλμοῖσιν ἔπεστιν
αἰδὼς οὐδ' αἰσχρὸν χρῆμ' ἔπι κέρδος ἄγοι.

Μή μ' ἔπεσιν μὲν στέργε, ΝΟΟΝ δ' ἔχε καὶ φρένας ἄλλῃ,
εἴ με ΦΙΛΕΙΣ καί σοι ΠΙΣΤΟΣ ἔνεστι νόος.

Ἤ με ΦΙΛΕΙ καθαρὸν θέμενος ΝΟΟΝ, ἤ μ' ἀποειπὼν
ἔχθαιρ', ἀμφαδίην νεῖκος ἀειράμενος.
Ὃς δὲ μὴ ΓΛΩΣΣΗΙ δίχ' ἔχει νόον, οὗτος ΕΤΑΙΡΟΣ
δειλός, Κύρν', ἐχθρὸς βέλτερος ἢ φίλος ὤν.

Ἄν τις ἐπαινήσῃ σε τόσον χρόνον, ὅσσον ὁρῴη,
νοσφισθεὶς δ' ἄλλῃ ΓΛΩΣΣΑΝ ἰῇσι κακήν,
ΤΟΙΟΥΤΟΣ τοι ΕΤΑΙΡΟΣ ἀνὴρ ΦΙΛΟΣ οὔτι μάλ' ἐσθλός,
ὅς κ' εἴπῃ γλώσσῃ λῷστα, φρονῇ δ' ἕτερα.

---

*) Ἀλλ' εἴη ΤΟΙΟΥΤΟΣ ἐμοὶ ΦΙΛΟΣ, ὃς τὸν ἙΤΑΙΡΟΝ
γιγνώσκων ὀργὴν καὶ βαρὺν ὄντα φέρει
ἀντὶ κασιγνήτου· σὺ δέ μοι, φίλε, ταῦτ' ἐνὶ θυμῷ
φράζεο, καί ποτέ μου μνήσεαι ἐξοπίσω.

---

*) Hic ut novae sententiae initium fieret, sensus flagitabat. cf. Bekkeri var. lect. Leguntur in plerisque codd. etiam alio loco, alterutro ab initio διεσκευασμένοι. Distraxit etiam Welckerus.

Μηδείς σ' ἀνθρώπων πείσῃ κακὸν ἄνδρα ΦΙΛΗΣΑΙ,
Κύρνε· τί δ' ἔστ' ὄφελος ΔΕΙΛΟΣ ἀνὴρ φίλος ὤν;
οὔτ' ἄν σ' ἐκ χαλεποῖο πόνου ῥύσαιτο καὶ ἄτης,
οὔτε κεν ἐσθλὸν ἔχων τοῦ μεταδοῦν ἐθέλοι.

ΔΕΙΛΟΥΣ εὖ ἔρδοντι ματαιοτάτη χάρις ἐστίν·
ἶσον καὶ σπείρειν πόντον ἁλὸς πολιῆς.
οὔτε γὰρ ἂν πόντον σπείρων βαθὺ λήϊον ἀμῷς,
οὔτε κακοὺς εὖ δρῶν εὖ πάλιν ἀντιλάβοις.
ἄπληστον γὰρ ἔχουσι κακοὶ ΝΟΟΝ. ἢν δ' ἓν ἁμάρτῃς,
τῶν πρόσθεν πάντων ἐκκέχυται ΦΙΛΟΤΗΣ.
οἱ δ' ἀγαθοὶ τὸ μέγιστον ἐπαυρίσκουσι παθόντες,
μνῆμα δ' ἔχουσ' ἀγαθῶν καὶ χάριν ἐξοπίσω.

Μή ποτε τὸν κακὸν ἄνδρα ΦΙΛΟΝ ποιεῖσθαι ΕΤΑΙΡΟΝ,
ἀλλ' αἰεὶ φεύγειν ὥστε κακὸν λιμένα.

Πολλοί τοι πόσιος καὶ βρώσιός εἰσιν ΕΤΑΙΡΟΙ,
ἐν δὲ σπουδαίῳ πράγματι παυρότεροι.

ΚΙΒΔΗΛΟΥ δ' ἀνδρὸς ΓΝΩΝΑΙ χαλεπώτερον οὐδέν,
Κύρν', οὐδ' εὐλαβίης ἐστὶ περὶ πλέονος.

Χρυσοῦ ΚΙΒΔΗΛΟΙΟ καὶ ἀργύρου ἄνσχετος ἄτη,
Κύρνε, καὶ ἐξευρεῖν ῥᾴδιον ἀνδρὶ σοφῷ.
εἰ δὲ ΦΙΛΟΥ ΝΟΟΣ ἀνδρὸς ἐνὶ στήθεσσι λελήθῃ
ψυδρὸς ἐών, δόλιον δ' ἐν φρεσὶν ἦτορ ἔχῃ,
τοῦτο θεὸς κιβδηλότατον ποίησε βροτοῖσιν,
καὶ ΓΝΩΝΑΙ πάντων τοῦτ' ἀνιηρότατον.
οὐ γὰρ ἂν εἰδείης ἀνδρὸς νόον οὐδὲ γυναικός,
πρὶν πειρηθείης ὥσπερ ὑποζυγίου.
οὐδέ κεν εἰκάσσαις, ὥσπερ ποτ' ἐς ὦριον ἐλθών·
πολλάκι γὰρ γνώμην ἐξαπατῶσ' ἰδέαι.

Athenaeus XV c. 30, ubi scolia profert, haec tria extrema posuit:

Ἔγχει καὶ Κήδωνι, διάκονε, μηδ' ἐπιλήθου,
εἰ χρὴ τοῖς ΑΓΑΘΟΙΣ ΑΝΔΡΑΣΙΝ οἰνοχοεῖν.

Αἰαῖ, Λειψύδριον ΠΡΟΔΩΣΈταιρον,
οἵους ΑΝΔΡΑΣ ἀπώλεσας, μάχεσθαι
ΑΓΑΘΟΥΣ καὶ εὐπατρίδας,
οἳ τότ' ἔδειξαν, οἵων πατέρων ἔσαν.

Ὅστις ΑΝΔΡΑ φίλον μὴ ΠΡΟΔΙΔΩΣΙΝ, μεγάλην ἔχει
τιμὰν ἔν τε βροτοῖς ἔν τε θεοῖσιν κατ' ἐμὸν νόον.

Vides in duobus prioribus ne minimam quidem esse sententiae similitudinem: et si verum dicimus ne in secundo quidem et tertio. Nam tertium est de proditione, in secundo querela est de viris bonis, qui pro suis pugnantes occubuerunt.

Tria etiam, quae praecedunt, mira sunt in hoc genere et quantum in talibus adornandis externae similitudini datum sit admonent.

Ὑπὸ παντὶ λίθῳ σκορπίος ὥταῖρ' ὑποδύεται.
φράζευ μή σε ΒΑΛΗ· τῷ δ' ἀφανεῖ πᾶς ἕπεται δόλος.

Ἃ ὗς τὰν ΒΑΛΑΝΟΝ τὰν μὲν ἔχει, τὰν δ' ἔραται λαβεῖν.
κἀγω παῖδα καλὴν τὴν μὲν ἔχω, τὴν δ' ἔραμαι λαβεῖν.

Πόρνη καὶ ΒΑΛΑΝΕΥΣ τωὐτὸν ἔχουσ' ἔμπεδέως ἔθος·
ἐν ταὐτῷ πυέλῳ τόν τ' ἀγαθὸν τόν τε κακὸν λόει.

Verum est nec oblitus sum equidem, ubi similis sententia ponitur, sponte nonnunquam eadem vocabula incurrere: quod ne ii quidem devitarunt omnino, quorum artificium erat eandem sententiam aliis verbis dicere, ut Archiae: sed illa omnia inspicienti, item quae infra apparebunt in reliqua parte Hesiodeorum, minime sufficit istud, sed non potest dubium esse in ipso vocabulo momentum fuisse. Quos per gradus res eo pervenerit, quo in Theognide et Hesiodo eam nunc invenimus, hoc difficile dictu est, non quod causae non possint cogitari, sed quod multae et variae. Repetamus a prima origine. Fingamus aliquem ex priscis illis sententiosae sapientiae doctoribus in corona audientium praecepta vitae, laboris, virtutis, vel simplicius conclusa vel suavi historiola et allegoria contexta expromentes: quos, opinor, Aratus cogitavit cum de Dice inter homines versante canebat (v. 105)

ἀγειραμένη δὲ γέροντας
ἠέ που εἰν ἀγορῇ ἢ εὐρυχόρῳ ἐν ἀγυιῇ
δημοτέρας ἤϊδεν ἐπισπέρχουσα θέμιστας.

Eum, ut hoc utamur, non improbabile est, cum sententiam intulisset de *δίκη*, oratione paulum intermissa aliam expromsisse de *δίκη*, et aliquot fortasse deinceps. Sed vel hoc inventioni et memoriae promtum erat, cum una illata esset e. g. in qua et *δίκη* esset et *ὅρκος*, talem deinceps expromere, in quo haec duo item coniuncta erant, nonnunquam cum quadam sensus affinitate, nonnunquam ut iam vix alia cognatione animus duceretur quam iisdem recurrentibus vocabulis. In carmine sententioso Germanico „Vridankes Bescheidenheit“ caput 32 (p. 78 ed. Grimm.) est „Von den Wîsen und Tôren.“ Huius initium est:

Got hât den wîsen sorge gebn
dâ bî den tôren senfte lebn.
Ez enhât nieman wîsen muot

niuwan der gotes willen tuot.
Die wisen werdent gotes kint,
die andern alle tôren sint.

In his tribus sententiis nulla est sensus affinitas: attamen sicut facile intelligimus, ut animus poetae ad hoc potissimum initium latus fuerit, nam a Jove principium, sic illud quoque sentimus, quam proclivis fuerit animus, ut complura potissimum deinceps fingeret vel si quo forte tradito uteretur memoria suggérente poneret, in quibus cum Sapientia coniunctus esset Deus.

Quod ad Graecos attinet, quaedam etiam talia et orta et consociata concertatione et lusu esse suspicio esse possit: quod an hic illic etiam in Hesiodea cadat non dico: sed in Theognidem cadere vix dubito. Etenim constat Graecis lusus varii generis familiares fuisse, quibus in eo ingenii et memoriae vis expromeretur, ut similiter cadentes et sonantes versus et sententiae certatim proferrentur (videmus hoc ipsi adhuc in scoliis) vel alia etiam ratione externo momento deinceps proferrentur: qua de re videndus omnino Clearchus apud Athenaeum 457 *).

Hoc cogitantibus ne id quidem praestabit quisquam, non talia nonnunquam de industria eo consilio iuxta posita esse, ut qui in ludicris responsoriis uti vellent hinc peterent, non alios sibi ipsis hoc modo in chartulis lusisse.

Quid si talis etiam ordo scholarum magistris accommodatus visus ad sublevandam puerorum memoriam?

---

*) Ad eiusmodi ludicra eorum qui essent et certare pares et respondere parati puto pertinuisse illam *ὑποβολήν*, de qua nuper a Boeckhio et Hermanno disputatum est, et speciem quandam eius *ὑποβολὴν ἀνταπόδοσιν*. Nam sic puto haec coniungenda esse, specie generi adiuncta, ut *βοῦς ταῦρος, ἴρηξ κίρκος, παῖς κόρη, κύλιξ ἀρύστιχος* Phryn. Ath. 424. c.

Chrestomathiae in scholarum usum iam Platoni commemoratae, de legg. 811: „plurimi dicunt pueros eruditendos esse *ὅλους ποιητὰς ἐκμανθάνοντας· οἱ δὲ ἐκ πάντων κεφάλαια ἐκλέξαντες καί τινας ὅλας ῥήσεις εἰς ταὐτὸ ξυναγαγόντες ἐκμανθάνειν φασὶ δεῖν εἰς μνήμην τιθεμένους.*“

Sed fortasse nimium multa conquiro et periculum erit ne plus aliis artificiis attribuamus, cum plurimum sibi poscant antiqui concinnatores, hac nota in gnomis aliisque id genus componendis ducti, vel quod sic memoria, aliis oculi ea offerebant facillime, vel ut aliquam in congerenda et digerenda farragine haberent regulam non nimis subtilem et operosam. Quos vidimus etiam ad litterarum ordinem confugisse. Communicaveram haec mea Hesiodea cum amico, Friderico Zandero: cui cum illa arriderent, Waltheri, insignis poetae domestici, carminum, in quibus cum maxime occupatus est, ordinem attendebat. Ecce: invenit haec magnam partem ad similium vocabulorum normam ordinata esse. — Et dum per hos dies, quibus haec praelis subiiciuntur, Straussii Vitam Jesu pervolvo, in concinnandis Christi orationibus et sententiis Evangelistas saepe, Lucam maxime, eadem nota ductos esse et Straussio ipsi se offerre video (v. T. I. p. 578. 580. 585. 614. 616) et observatum fuisse, quo ille me remittit, a Schneckenburgero Beiträge zur Einleitung ins Neue Testament p. 58. 20.

Ad reliqua Hesiodea pergimus.

§. 7.

Οὐκ ἄρα μοῦνον ἔην ἘΡΙΔΩΝ γένος, ἀλλ' ἐπὶ γαῖαν
εἰσὶ δύω· τὴν μέν κεν ἐπαινήσειε νοήσας,
ἡ δ' ἐπιμωμητή· διὰ δ' ἄνδιχα θυμὸν ἔχουσιν.

ἡ μὲν γὰρ πόλεμόν τε κακὸν καὶ δῆριν ὀφέλλει,
σχετλίη· οὔ τις τήν γε φιλεῖ βροτός, ἀλλ' ὑπ' ἀνάγκης
ἀθανάτων βουλῇσιν Ἔριν [1]) τιμῶσι βαρεῖαν.
τὴν δ' ἑτέρην, προτέρην μὲν ἐγείνατο Νὺξ ἐρεβεννή,
θῆκε δέ μιν Κρονίδης ὑψίζυγος, αἰθέρι ναίων,
γαίης τ' ἐν ῥίζῃσι καὶ ἀνδράσι πολλὸν ἀμείνω·
ἥ τε καὶ ἀπαλαμόν περ ὁμῶς ἐπὶ ἔργον ἐγείρει.
εἰς ἕτερον γάρ τίς τε ἰδὼν ἔργοιο χατίζων
πλούσιον, ὃς [2]) σπεύδει μὲν ἀρόμεναι ἠδὲ φυτεύειν,
οἶκόν τ' εὖ θέσθαι· ζηλοῖ δέ τε γείτονα γείτων
εἰς ἄφενον σπεύδοντ'· ἀγαθὴ δ' ἔρις ἥδε βροτοῖσιν.

---

[3]) Καὶ κεραμεὺς κεραμεῖ κοτέει καὶ τέκτονι τέκτων
καὶ πτωχὸς πτωχῷ φθονέει καὶ ἀοιδὸς ἀοιδῷ.

---

[4]) Ὦ Πέρση, σὺ δὲ ταῦτα τεῷ ἐνικάτθεο θυμῷ·
μηδέ σ' ΕΡΙΣ κακόχαρτος ἀπ' ἔργου θυμὸν ἐρύκοι

---

1) Spohn ἔριν.

2) Sine dubio ὁ legendum. Quis ὅς sic posuit in apodosi, vel solum, vel cum δέ aut μέν coniunctum?

3) Haec a prioribus avellenda esse et propter quandam sententiae similitudinem huc apposita esse multi consenserunt. Nec de aemulatione (ζηλοῦν) in his sermo est: debebat autem, ut cum proximis coirent: sed de invidia.

4) Sententia huc posita propter Contentionis vocabulum. Quid significet iam antea diximus §. 1: »Ne otiosus litium fori auditor te ab opere abstrahi sinas.« Hanc vero sententiam ut proferas, qui potes prooemio uti et tam longo et tali, quale est a versu primo ad quartum decimum? Qui potes multo diutius morari in eo genere Contentionis, laudabili illo, de quo nunc ne sermo quidem est? At vero ne de altero quidem sermo est, qui πόλεμόν τε κακὸν καὶ δῆριν ὀφέλλει. Non monet enim Persen suum, ne se de-

ΝΕΊΚΕ᾽ ὀπιπτεύοντ᾽, ἀγορῆς ἐπακουὸν ἐόντα.
ὥρη γάρ τ᾽ ὀλίγη πέλεται νεικέων τ᾽ ἀγορέων τε, 30.
ᾧ τινι μὴ βίος ἔνδον ἐπηετανὸς κατάκειται
ὡραῖος, τὸν γαῖα φέρει, Δημήτερος ἀκτήν.

↓ [5]) *Τοῦ κε κορεσσάμενος ΝΕΊΚΕΑ καὶ δῆριν ὀφέλλοις*
κτήμασ᾽ ἐπ᾽ ἀλλοτρίοις· σοὶ δ᾽ οὐκ ἔτι δεύτερον ἔσται

---

dat rixis quaerendis vel ut caveat sibi a rixis quaerendis (ne de bello dicam), sed ne adstet iis otiosus. Ineptius etiam tale prooemium, cum eo ordine, quo factum est, de malo et bono dicitur; cum breviter dicitur de malo, fuse de bono: cum prooemium multo amplius quam ipsa causa. — Caeterum altera lectio *ὥρη* longe melior. Illud esset: »non multum enim curat forum:« quod dictum esset pro »curare debet vel potest.« Hoc simplicius, imo ad sensum, ut mihi videtur, pulcrius: »raro enim aptum foro tempus est.« Et videtur qui haec verba edidit illud Homericum effinxisse et diffinxisse: *ὥρη μὲν πολέων μύθων, ὥρη δὲ καὶ ὕπνου* (λ, 399). Inclinabant ad *ὥρη* iam veteres, partim rarius vocabulum tuentes, partim immemores *ὀλίγος* significare »raro.« Arat. 115 *ὀργυρέῳ δ᾽ ὀλίγη τε καὶ οὐκέτι πάμπαν ὁμοίη Ὡμίλει* (Dice).

5) Haec cum antecedentibus non cohaerere posse, iam supra §. 1 indicavimus: nec quidquam certius vel clarius est. Sed quomodo explicem non habeo: quidquid adhuc allatum est probare non possum. Si quis tenens significationem formulae *νείκεα καὶ δῆριν ὀφέλλειν*, de qua §. 1 dixi, si quis tenens significationem vocabuli *αὖθι*, quae est »ibi« vel »hic,« denique vocabuli *ἐθέλειν*, quod est velle, si quis haec omnia tenens simpliciter nec contortius explicuerit et quo haec proprie connexu fuerint probabiliter excogitaverit, rem gratissimam fecerit meque omnium primum devinxerit. Nunc mihi haec inextricabile vitium contraxisse videntur, ipsa fortasse experta imperitam manum quovis pretio disiuncta connectere sustinentem: v. §. 4, maxime B. — Eiusmodi locos inextricabiles sagitta lectorem pungente significavi.

ὣδ' ἔρδειν· ἀλλ' αἶψα διακρινώμεθα νεῖκος
ἰθείῃσι δίκαις, αἵτ' ἐκ Διός εἰσιν ἄρισται.
Ἤδη μὲν γὰρ κλῆρον ἐδασσάμεθ', ἄλλα τε πολλὰ
ἁρπάζων ἐφόρεις, μέγα κυδαίνων βασιλῆας
δωροφάγους, οἳ τήνδε δίκην ἐθέλουσι δικάσσαι.

---

[6]) Νήπιοι· οὐδὲ ἴσασιν, ὅσῳ πλέον ἥμισυ παντός,
οὐδ' ὅσον ἐν μαλάχῃ τε καὶ ἀσφοδέλῳ μέγ' ὄνειαρ.

Κρύψαντες γὰρ ἔχουσι θεοὶ βίον ἀνθρώποισιν.
ῥηιδίως γάρ κεν καὶ ἐπ' ἤματι ἐργάσσαιο,
ὥστε σέ κ' εἰς ἐνιαυτὸν ἔχειν καὶ ἀεργὸν ἐόντα·
αἶψά κε πηδάλιον μὲν ὑπὲρ καπνοῦ κατάθειο,
ἔργα βοῶν δ' ἀπόλοιτο καὶ ἡμιόνων ταλαεργῶν.
ἀλλὰ Ζεὺς ἔκρυψε χολωσάμενος φρεσὶν ἦσιν,
ὅττι μιν ἐξαπάτησε Προμηθεὺς ἀγκυλομήτης.
τοὔνεκ' ἄρ' ἀνθρώποισιν ἐμήσατο κήδεα λυγρά.

[7]) Κρύψε δὲ πῦρ· τὸ μὲν αὖτις ἐῢς παῖς Ἰαπετοῖο

---

6) Illi *νήπιοι* non reges sunt: quippe ineptum est a regibus postulare, ut de malva et asphodelo vivant: vel ita loqui quasi eam ob causam reges dona accipiant, quod, si non faciant, periculum sit ne de malva et asphodelo vivant et ad tenuissimum victum rediganturr. At fortasse sic intelligas: »illi iudices stulti erant, cum putabant, tibi bene, mihi male iniquo suo iudicio se consulere: nesciunt enim, et caetera.« Quis vero dicit hoc illos putasse? Num hoc curare iudicum erat? Imo haec stultitia Persae attribuenda erat, *μέγα νηπίῳ Πέρσῃ*, ut alias recte dicitur, suis modicis rebus non contento, per iudices, quos corrumpebat, divitias extorquenti, quibus praesertim ne uti quidem sciret.

7) Haec a prioribus divellenda erant, ut sanae rationi satisfieret. Etenim si haec una leges, hoc habebis: »Juppiter victum hominibus abscondidit, iratus quod a Prometheo deceptus erat. Id-

ἔκλεψ' ἀνθρώποισι Διὸς παρὰ μητιόεντος
ἐν κοίλῳ νάρθηκι, λαθὼν Δία τερπικέραυνον.

---

circo enim aerumnas meditans hominibus Feminam creavit, calamitatem hominibus« (v. 89: ubi cf. quae dicemus). Variae h. l. narratiunculae positae, quo modo labores et aerumnae ad homines venerint, et quidem hae *): 1) Juppiter Prometheo propter fraudem Meconeam iratus victum hominibus abscondidit. Ad *κρύψε βίον* cf. hymn. Cer. 307, 353, cl. *κεύθειν* v. 452). 2) Juppiter propter fraudem Meconeam Prometheo iratus primum ignem abscondidit, hoc deinde per Prometheum recuperato Feminam creavit, quam Epimetheus accepit, quae facta Calamitas hominibus, quod luxui et otio dedita est (ut Theog. 590 sqq). Haec autem, quam alteram diximus, narratiuncula dupliciter explicata est, eo discrimine, ut unus tantummodo Feminam diceret, Pandorae nomine omisso (item ut in Theogonia), alter vero a singulis Diis donis ad corporis ornatum instructam fuisse atque iude Pandoram nominatam proderet. Caeterum mihi certum est, ut nomen Pandorae ne nunc quidem est in Theogonia, item in ea, quam nunc ibi legimus, narratione ab initio nec de illo quem a Dis accepit ornatu fuisse: quippe versus Theog. 577 vel 575—584 post demum interpositos fuisse, v. 587 docet. 3) Mala per feminam venerunt. Etenim Juppiter, hominibus bene cupiens, ipsi homini mala conservanda dederat in dolio [fere ut Aeolus ventos Ulixi]: at rixa quondam orta cum femina, maligne haec illud dolium aperuit. Attamen Juppiter horum providus praeter mala etiam Spem incluserat, et eius cura factum est ut femina antequam Spes evolaret clauderet dolium. Sic igitur malorum iam non habet potestatem: Spem sibi habet. — 4) Degenerasse paulatim homines, iam Homeri temporibus creditum: *οἷοι νῦν βροτοί εἰσι*. Sic excogitatum, ut per varia hominum genera paulatim magis magisque in peius lapsum sit hominum genus. Sed haec quoque ab alio aliter explicata. Sic fuit qui cum hanc historiolam tractaret tantummodo

---

*) Haec mea dudum scripta sunt. Cf. de quibusdam Hefiterus in Zimm. Diar. Mai. 1836.

τὸν δὲ χολωσάμενος προσέφη νεφεληγερέτα Ζεύς.
„Ἰαπετιονίδη, πάντων πέρι μήδεα εἰδώς,
χαίρεις πῦρ κλέψας καὶ ἐμὰς φρένας ἠπεροπεύσας,
σφὶν δ' αὐτοῖς μέγα πῆμα καὶ ἀνδράσιν ἐσσομένοισιν.
τοῖς δ' ἐγὼ ἀντὶ πυρὸς δώσω κακόν, ᾧ κεν ἅπαντες
τέρπωνται κατὰ θυμόν, ἑὸν κακὸν ἀμφαγαπῶντες."
Ὣς ἔφατ', ἐκ δ' ἐγέλασσε πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε·
Ἥφαιστον δ' ἐκέλευσε περικλυτὸν ὅττι τάχιστα
γαῖαν ὕδει φύρειν, ἐν δ' ἀνθρώπου θέμεν αὐδὴν
καὶ σθένος, ἀθανάταις δὲ θεαῖς εἰς ὦπα ἐΐσκειν
παρθενικῆς καλὸν εἶδος ἐπήρατον· αὐτὰρ Ἀθήνην
ἔργα διδασκῆσαι, πολυδαίδαλον ἱστὸν ὑφαίνειν·
καὶ χάριν ἀμφιχέαι κεφαλῇ χρυσέην Ἀφροδίτην,
καὶ πόθον ἀργαλέον καὶ γυιοκόρους μελεδώνας·
ἐν δὲ θέμεν κύνεόν τε νόον καὶ ἐπίκλοπον ἦθος
Ἑρμείαν ἤνωγε διάκτορον, Ἀργειφόντην.

---

de externis malis cogitaret, fuerunt alii qui de degeneratione morum. Nec idem apud omnes aetatum numerus erat, ut Buttmanni disputatio demonstravit. Tam ferax fuit ingenium Graecorum in his historiolis variandis, tanta illorum veterum poetarum sedulitas. Et illa huius variationis vestigia tam iucunda sunt, ut paene minus indignemur, nunc talia ex variis fere commixta circumferri. Ut illud in Promethea historiola festivum est, quod ex versibus Theogoniae 556—558, quamvis incommode intercurrant, tamen intelligimus, cum unus hoc modo dixisset: »fuit quidam Prometheus, tam prudens, ut vel cum Jove certamen consilii iniens ipsum Jovem aliquoties deciperet: quamquam denique tamen Juppiter superior evasit:« alium fuisse, qui illa Meconea fraude ita uteretur, ut hinc usum sacrorum explicaret in hunc modum concludens: »ex illo factum est, ut Dis ossa crememus.« Imo tertius, cui offensioni fuit, Jovem decipi, aliter rem instituit, ut Jovem eam partem, qua ossa continerentur, scientem sumsisse fingeret: quod versus Theog. 545—562 legentem latere nequit.

8) Ὣς ἔφαθ', οἱ δ' ἐπίθοντο Διὶ Κρονίωνι ἄνακτι. 69—82, ex alia rec.

---

8) Haec (v. 69—82) ex alia sunt huius narrationis recensione, ut iam nota septima indicatum est. Neque enim fit in his, quod Juppiter fieri iusserat. Minerva non docet eam textrinum, sed cingit veste: non Venus venustate eam exornat, sed Gratiae et Pitho monilibus, Horae sertis induunt: non Vulcanus vocem ei indit, sed Mercurius. Hoc quaeri potest, utrum prima recensio versui 68 statim v. 83 (*αὐτὰρ ἐπεὶ —*) annexam habuerit, an ipsa quoque ut Jovis iussa per Deos exitum habuerint post v. 68 exposita habuerit. Hoc, inquam, quaeri potest, responderi non potest. Item cum vel v. 72 vel 76 pro interpolato habendus sit, uter sit dubitatum est. Versum 72 interpolatum esse credas, quod cum 71 sit ex Theogonia 572, quomodo alter, qui est Theogoniae 573, ei adhaeserit facillime intelligitur. Attamen falsum hoc: imo hunc utrumque ab ipso auctore illinc transsumptum esse (vel potius tres, ut mox dicam) et 76 irrepsisse ideo credendum est quod verba *πάντα δέ οἱ χροΐ κόσμον ἐφήρμοσε Παλλὰς Ἀθήνη* non continent, quod debent continere. Nam de sola veste debet sermo esse (quod recte indicatur per *ζῶσε δὲ καὶ κόσμησε*), sed *πᾶς κόσμος χροΐ ἐφαρμοσθεὶς* de omni ornatu, qui corpori, qui collo, qui brachiis induitur, recte dicitur, ut modo Gratiae *ὅρμους χρυσείους ἔθεσαν χροΐ*. — Caeterum auctor horum versuum 69—82 non videtur ex antiquissimis esse. Non saepe fit, ut ex imitationibus aliquid concludi possit. Nam partim Homericae imitationes ubique incurrunt: partim quae in Hesiodeis saepius leguntur eiusmodi formulae sunt, quas huic familiae per conditorum imitationem mox in usum familiarem venisse credibile est. Sunt aliae imitationes ita comparatae, ut unum alterum cognitum habuisse appareat, sed uter antiquior sit, non efficitur. Sic legimus hic v. 52 *ἐν κοίλῳ νάρθηκι*, v. 57 *τοῖς δ' ἐγὼ ἀντὶ πυρὸς δώσω κακόν*: in ea narratione, quae in Theogonia legitur, item est *ἐν κοίλῳ νάρθηκι* v. 567, et 570 *αὐτίκα δ' ἀντὶ πυρὸς τεῦξεν κακόν*: et certe *ἀντὶ πυρός* ut significet »pro igne

αὐτίκα δ' ἐκ γαίης πλάσσε κλυτὸς Ἀμφιγυήεις, 70.
παρθένῳ αἰδοίῃ ἴκελον Κρονίδεω διὰ βουλάς·
ζῶσε δὲ καὶ κόσμησε θεὰ γλαυκῶπις Ἀθήνη.
ἀμφὶ δέ οἱ Χάριτές τε θεαὶ καὶ πότνια Πειθὼ
ὅρμους χρυσείους ἔθεσαν χροΐ· ἀμφὶ δὲ τήνγε
Ὧραι καλλίκομοι στέφον ἄνθεσιν εἰαρινοῖσιν. 75.
— πάντα δέ οἱ χροΐ κόσμον ἐφήρμοσε Παλλὰς Ἀθήνη.
ἐν δ' ἄρα οἱ στήθεσσι διάκτορος, Ἀργειφόντης
ψεύδεά θ' αἱμυλίους τε λόγους καὶ ἐπίκλοπον ἦθος
τεῦξε, Διὸς βουλῇσι βαρυκτύπου, ἐν δ' ἄρα φωνήν
θῆκε θεῶν κῆρυξ· ὀνόμηνε δὲ [9]) τήνδε γυναῖκα 80.
Πανδώρην, ὅτι πάντες Ὀλύμπια δώματ' ἔχοντες
δῶρον ἐδώρησαν, πῆμ' ἀνδράσιν ἀλφηστῇσιν.

Αὐτὰρ ἐπεὶ δόλον αἰπὺν ἀμήχανον ἐξετέλεσσεν,
εἰς Ἐπιμηθέα πέμπε πατὴρ κλυτὸν Ἀργειφόντην
δῶρον ἀγοντα θεῶν, ταχὺν ἄγγελον· οὐδ' Ἐπιμηθεὺς 85.

---

surrepto« non duo excogitant: sêd, ut dixi, uter ab utro sumserit, inde non intelligitur, tantum alterum ab altero sumsisse. At his paucis, de quibus nunc verba facimus, versibus nimis multa sunt cum aliis convenientia, quam ut hos omnes hinc petisse, non hunc ab aliis credere possis. Primum tres primi versus ita conveniunt cum Theog. 571—3, ut posteriores duo prorsus iidem sint, primus paulum immutatus: *αὐτίκα δ' ἐκ γαίης πλάσσε κλυτὸν Ἀμφιγυήεις*, Theog. 571 *γαίης γὰρ σύμπλασσε περικλυτὸς Ἀμφιγυήεις*. Deinde *ἐπίκλοπον ἦθος* 78 est v. 67: *ψεύδεά θ' αἱμυλίους τε λόγους* infra in Diebus v. 791. Denique illa: *ἀμφὶ δὲ οἱ Χάριτές τε θεαὶ καὶ πότνια Πειθὼ ὅρμους χρυσείους ἔθεσαν χροΐ, ἀμφὶ δὲ τήν γε Ὧραι καλλίκομοι στέφον ἄνθεσιν εἰαρινοῖσιν* in memoriam revocant illa ex Carminibus Cypriis (Ath. XV. p. 682 d) *εἵματα μὲν χροιῆς τότε οἱ Χάριτές τε καὶ Ὧραι ποίησαν καὶ ἔβαψαν ἐν ἄνθεσιν εἰαρινοῖσιν.*

9) An *ὀνόμηνε δέ τήνδε γυναῖκα* ab initio significabat: nominavit autem hanc — Feminam?

ἐρράσαθ', ὥς οἱ ἔειπε Προμηθεύς, μήποτε δῶρον
δέξασθαι πὰρ Ζηνὸς Ὀλυμπίου, ἀλλ' ἀποπέμπειν
ἔξοπίσω, μή πού τι κακὸν θνητοῖσι γένηται.
αὐτὰρ ὁ δεξάμενος, ὅτε δὴ κακὸν εἶχ', ἐνόησε.

---

10) *Πρὶν μὲν γὰρ ζώεσκον ἐπὶ χθονὶ φῦλ' ἀνθρώπων* 90.
νόσφιν ἄτερ τε κακῶν καὶ ἄτερ χαλεποῖο πόνοιο,

---

10) Haec, quae sequntur, quomodo intelligamus, iam indicavimus not. 7 nr. 3. Ipsam feminam maligne et dedita opera mala inclusa emittere voluisse, declarat v. 95, ubi de ipsa dicitur *ἀνθρώποισι δ' ἐμήσατο κήδεα λυγρά.* Versus 98 *αἰγιόχου βουλῇσι Διὸς νεφεληγερέταο*, quo nihil aptius fingi potest, si a quibusdam aberat, ab iis omissum puto, qui falsa implicati erant opinione, hic quoque Jovem hominibus aversum fingi. Unus offensioni est v. 105 *οὕτως οὔ τι πῃ ἔστι Διὸς νόον ἐξαλέασθαι*, qui reliquae narrationi ita adversatur, ut eidem, quae hic veritatem adhuc praeclusit, praeiudicatae opinioni deberi putandus sit: effictus est iste versus ex eo versu, quo in Theog. narratio de Pandora concluditur 613 *ὡς οὐκ ἔστι Διὸς κλέψαι νόον οὐδὲ παρελθεῖν.* Hoc igitur ejecto tota res egregie procedit. Nam de versu 93 dudum explorata res est: de quo Spohnius hoc modo: »v. 92 Alii *γῆρας*. 93 Spurius; huc migravit ex Odyss. τ, 360; eo addito in priore *γῆρας* scriptum est. At vero mortem, non senium afferunt morbi.« Hoc recte: nisi quod invertendum illud: cum priore versu errore facili pro *κῆρας* irrepsisset *ΓΗΡΑΣ*, aditum invenit propter rei et verbi similitudinem hic: *αἶψα γὰρ ἐν κακότητι βροτοὶ κατα ΓΗΡΑΣΚΟΥΣΙ.* — An denique ante versum 94 olim quaedam fuerint dein amissa, de dolio hominibus commisso, de rixa exorta, hoc sciri non potest. Necessario quidem credendum non est: sed potest fieri, ut aliquis rem tum non ignotam strinxerit potius quam explicuerit. Si illud *γάρ* a principio removeris (e. g. *Πρῶτον* vel *τὸ πρὶν μὲν ζώεσκον* —) iam pulcherrimam habes historiolam nec ulla parte claudicantem. Illud *γάρ* a concinnatore est. Praecedens historiola de eadem re, feminam Calamitatem attulisse hominibus, absoluta erat.

νούσων τ' ἀργαλέων, αἳ τ' ἀνδράσι κῆρας [alii ΓΗΡΑΣ] ἔδωκαν.
— αἶψα γὰρ ἐν κακότητι βροτοὶ ΚΑΤΑΓΗΡΆΣΚΟΥΣΙ.
ἀλλὰ γυνὴ χείρεσσι πίθου μέγα πῶμ' ἀφελοῦσα
ἐσκέδασ' [11]), ἀνθρώποισι δ' ἐμήσατο κήδεα λυγρά. 95.
μούνη δ' αὐτόθι ἐλπὶς ἐν ἀῤῥήκτοισι δόμοισιν
ἔνδον ἐμιμνε πίθου ὑπὸ χείλεσιν, οὐδὲ θύραζε
ἐξέπτη· πρόσθεν γὰρ ἐπέμβαλε πῶμα πίθοιο,
αἰγιόχου βουλῇσι Διὸς νεφεληγερέταο.
ἄλλα δὲ μυρία λυγρὰ κατ' ἀνθρώπους ἀλάληται. 100.
πλείη μὲν γὰρ γαῖα κακῶν, πλείη δὲ θάλασσα·
νοῦσοι δ' ἀνθρώποισιν ἐφ' ἡμέρῃ ἠδ' ἐπὶ νυκτὶ
αὐτόματοι φοιτῶσι, κακὰ θνητοῖσι φέρουσαι,
σιγῇ, ἐπεὶ φωνὴν ἐξείλετο μητίετα Ζεύς.
— Οὕτως οὔ τί πῃ ἔστι Διὸς νόον ἐξαλέασθαι. 105.

Εἰ δ' ἐθέλεις, ἕτερόν τοι ἐγὼ λόγον ἐκκορυφώσω
εὖ καὶ ἐπισταμένως· σὺ δ' ἐνὶ φρεσὶ βάλλει σῇσιν.

---

[12]) Ὡς ὁμόθεν ΓΕΓΑΑΣΙ θεοὶ θνητοί τ' ΑΝΘΡΩΠΟΙ

[13]) Χρύσεον μὲν πρώτιστα ΓΕΝΟΣ μερόπων ΑΝΘΡΏΠΩΝ

---

11) Spohn. ἐσκέδασ'.

12) Hic versus aliunde desumptus, vel etiam (et hoc potius credemus) si postea ut coire videretur imperite mutatum putamus (poterat e. g. esse ἐξ ὁμόθεν — Od. ε, 477) proverbialis sententia hexametro uno absoluta huc intravit, quod de Hominum Origine n eo sermo est, ut in proxime sequentibus. Qualia exempla nunc affatim novimus. Sententia si sola spectatur, ut decet, bona est: nam ἓν ἀνδρῶν, ἓν θνατῶν γένος· ἐκ μιᾶς δὲ πνέομεν μητρὸς ἀμφότεροι, Pind. Nem. VI, 1 *).

13) Haec narratio de quinque hominum generibus, ut nunc

*) Occurrit etiam locus Dionis Chrysost. T. I. p. 550. Hymn. Apoll. 336.

ἀθάνατοι ποίησαν Ὀλύμπια δώματ' ἔχοντες. 110.
οἱ μὲν ἐπὶ Κρόνου ἦσαν, ὅτ' οὐρανῷ ἐμβασίλευεν·

---

est, plures habet auctores, ex pluribus recensionibus commixta est, et praeterea in quinto genere ad desperationem deformata. Jam primum et secundum genus diversos auctores habet. Nam qui de aureo genere exposuit, huius felicitatem depingit ita, ut de corporum agilitate et robore, de frugibus sponte nascentibus, ut brevi comprehendam de externis bonis exponat: moribus etiam illos praestantes fuisse et pios tam ille neglexit, ut tantummodo vestigiis quibusdam divinandum sit, quod post mortem iura etiam et iniurias observant. Contra is, cuius de argentea aetate narrationem habemus, ita pravitati morum intentus erat, ut accedentem nunc laborem et culturam agrorum ne verbo quidem commemoret. Sed is etiam qui tertium genus sic ut nunc legitur cecinit habuit aliquid sibi proprium: is enim, cuius rei in reliquis vestigium nullum est, (imo in secundo genere cum argenti pretio illorum hominum natura ne convenit quidem: tam non attendit is auctor metallo: v. Buttm. p. 6) is igitur ludit in vocabulo *χάλκειος*, et ita quidem, ut versibus

τοῖς δ' ἦν χάλκεα μὲν τεύχεα, χάλκειοι δέ τε τοῖχοι,
*χαλκῷ δ' εἰργάζοντο *), μέλας δ' οὐκ ἔσκε σίδηρος*

tantummodo aenei generis exornandi causa ita locutus sit, quasi probro esse possit non ferreis, sed aeneis armis et instrumentis uti: quibus tamen omnino antiquis temporibus e. g. Homericis saepissime usi sunt, nec hoc probro fuit; et minime probro dari poterat ab iis, quibus vel felicitas vel morum mollities et durities depingenda maximae curae fuit, uti primi secundique generis auctoribus fuit. Illud aeneum ita obversabatur huius auctoris animo, ad id ita descriptionem suam dirigebat, ut Apollonio (et si quis forte ante fecit, v. Apollod. I, 9, 26) ne vehementer quidem exprobrandum sit, quamquam falso intellexit, gigantas vere aeneos hoc loco intellexisse, IV, 1641 ubi de Talo aeneo dicit:

---

*) h. e. instrumentis in operibus utebantur aeneis, non »terram exercebant aeneo aratro:» nam *οὐδέ τι σῖτον ἤσθιον*, non colebant igitur terram.

ὥστε θεοὶ δ' ἔζωον, ἀκηδέα θυμὸν ἔχοντες,
νόσφιν ἄτερ τε πόνων καὶ ὀϊζύος· οὐδέ τι δειλὸν

τὸν μὲν χαλκείης μελιηγενέων ἀνθρώπων
ᾠΐζης λοιπὸν ἐόντα μετ' ἀνδράσιν ἡμιθέοισιν
Εὐρώπη Κρονίδης νήσου πόρεν ἔμμεναι οὖρον.

Quam in quarto genere nunc incommode incidat, transitum fieri repente non ad peiores, sed ad meliores, observavit Buttmannus. Praeterea ne intelligitur quidem cur meliores dicantur. In tertio genere accesserat bellum tanquam summum malorum. Sed bello hi ipsi heroes pereunt. Inde a quinto genere quantae offensiones sint infra dicemus. Quod ab initio huius totius narrationis consilium, quae forma fuerit, is a quo alia complura in rem nostram peti possunt, Buttmannus, posuit coniecturas. Possunt de hac re alia etiam coniici omnia aeque incerta, partim saltem incerta, ut res alio etiam modo non minus recte cogitari possit. Sed hoc monendum est ex aliqua recensione, quam nunc integram non habemus, quosdam superesse versus hos, 199:

καὶ τότε δὴ πρὸς Ὄλυμπον ἀπὸ χθονὸς εὐρυοδείης
λευκοῖσιν φαρέεσσι καλυψαμένω χρόα καλὸν
ἀθανάτων μετὰ φῦλον ἴτην προλιπόντ' ἀνθρώπους
Αἰδὼς καὶ Νέμεσις· τὰ δὲ λείψεται ἄλγεα λυγρὰ
θνητοῖς ἀνθρώποισι· κακοῦ δ' οὐκ ἔσσεται ἀλκή.

Ἴτην, Spohnius inquit, est redibunt ad Deos. Hoc ἴτην significare, non »iverunt« credam si quis ostenderit, quod non poterit ostendi (v. Hom. *A*, 347. *ι*, 430. *φ*, 244. *Υ*, 159. *Ψ*, 814. Opp. Hal. II, 665. Cyn. II, 263): imo significat »terras Astraea reliquit.« Sed fac significare futurum, vel potius fac alteram lectionem ἴτον veriorem esse et hoc significare posse »ibunt«, an igitur ea aetate, qua hoc de ferrea aetate canit poeta, versantur adhuc inter homines *Αἰδώς* et Nemesis? Cui tandem hoc verisimile videbitur? Imo illi versus ex tali fere contextu relicti sunt, Arateo simili: aurea aetas fuit praestantissima: tum argentea iam degenerans, tum intravit ferrea, qua vis et omnia mala ex sceleribus orta grassari coeperunt: quod cum viderent Pietas et Nemesis, a quibus tamen

γῆρας ἐπῆν, αἰεὶ δὲ πόδας καὶ χεῖρας ὁμοῖοι
τέρπονθ' ἐν θαλίῃσι κακῶν ἔκτοσθεν ἁπάντων. 115
θνῆσκον δ' ὡς ὕπνῳ δεδμημένοι· ἐσθλὰ δὲ πάντα
τοῖσιν ἔην· καρπὸν δ' ἔφερε ζείδωρος ἄρουρα
αὐτομάτη πολλόν τε καὶ ἄφθονον· οἱ δ' ἐθελημοὶ
ἥσυχοι ἔργα νέμοντο [14]) σὺν ἐσθλοῖσιν πολέεσσιν,
[15]) ἀφνειοὶ μήλοισι, φίλοι μακάρεσσι θεοῖσι. 120.
ξυναὶ γὰρ τότε δαῖτες ἔσαν, ξυνοὶ δὲ θόωκοι
ἀθανάτοισι θεοῖσι καταθνητοῖς τ' ἀνθρώποις.
αὐτὰρ ἐπειδὴ τοῦτο γένος κατὰ γαῖα κάλυψεν,
τοὶ μὲν δαίμονές εἰσι Διὸς μεγάλου διὰ βουλάς,
ἐσθλοί, ἐπιχθόνιοι, φύλακες θνητῶν ἀνθρώπων, 125.
οἵ ῥα φυλάσσουσίν τε δίκας καὶ σχέτλια ἔργα,
ἠέρα ἑσσάμενοι πάντῃ φοιτῶντες ἐπ' αἶαν
πλουτοδόται· καὶ τοῦτο γέρας βασιλήϊον ἔσχον.

---

solis illa poterant coerceri, tristes discesserunt, mala autem illa ut reliquerunt sic relicta erunt hominibus nec erit qui ea defendat.

14) h. e. cum (in) multis bonis rebus transigunt (233) tranquilli. Spohnius: »cum convivis.« Id esset πολέες τε καὶ ἐσθλοί. Illud est ut κακοῖσι συνέῤῥηκται πολέεσσι ϑ, 137. Quamquam Dicaearchus quoque illa ratione intellexisse videtur, βίος Ἑλλάδος fr. I. p. 13 Buttm. (φιλίαν).

15) Hic versus ab omnibus codd. abest, a Diodoro servatus est. Duos sequentes versus pro Hesiodeis allatos ab Origene et scholiasta Arati hoc loco posuit Spohnius: quod mihi eo minus dubium visum, cum Schol. Arati (Phaen. 102) satis perspicue dicere videatur eos in aureo Genere fuisse. Et res recte habet: nam »ultima coelestum terras Astraea reliquit.« Antea ut haec sic reliqui Divi libenter et vulgo versabantur inter homines, coenae et consiliorum socii. — Attende hos tres versus, ut teneas quantum huic, quem tractamus, textui fidei sit. Nec scholiastae ullum eorum attingunt. Deinde ἐπειδή cum Goettlingio scripsi ex Platon. Cratyl. p. 397. E. Spohn. ἐπεί κε cum codd.

Alterum genus ex alia recensione.

Δεύτερον αὖτε γένος πολὺ χειρότερον μετόπισθεν
ἀργύρεον ποίησαν Ὀλύμπια δώματ' ἔχοντες, **130.**
χρυσέῳ οὔτε φυὴν ἐναλίγκιον οὔτε νόημα.
ἀλλ' ἑκατὸν μὲν παῖς ἔτεα παρὰ μητέρι κεδνῇ
ἐτρέφετ' ἀτάλλων, μέγα νήπιος, ᾧ ἐνὶ οἴκῳ.
ἀλλ' ὅτ' ἂν ἡβήσειε καὶ ἥβης μέτρον ἵκοιτο,
παυρίδιον ζώεσκον ἐπὶ χρόνον, ἄλγε' ἔχοντες **135.**
ἀφραδίαις· ὕβριν γὰρ ἀτάσθαλον οὐκ ἐδύναντο
ἀλλήλων ἀπέχειν, οὐδ' ἀθανάτους θεραπεύειν
ἤθελον, οὐδ' ἔρδειν μακάρων ἱεροῖς ἐπὶ βωμοῖς,
ᾗ θέμις ἀνθρώποισι κατ' ἤθεα. τοὺς μὲν ἔπειτα
Ζεὺς Κρονίδης ἔκρυψε χολούμενος, οὕνεκα τιμὰς **140.**
οὐκ ἐδίδουν μακάρεσσι θεοῖς, οἳ Ὄλυμπον ἔχουσιν.
αὖτὰρ ἐπεὶ καὶ τοῦτο γένος κατὰ γαῖα κάλυψεν,
τοὶ μὲν ἐπιχθόνιοι μάκαρες θνητοὶ καλέονται
δεύτεροι, ἀλλ' ἔμπης τιμὴ καὶ τοῖσιν ὀπηδεῖ.

Tertium genus ex alia recensione.

Ζεὺς δὲ πατὴρ τρίτον ἄλλο γένος μερόπων ἀνθρώπων **145.**
χάλκειον ποίησ', οὐκ ἀργυρέῳ οὐδὲν ὁμοῖον,
ἐκ μελιάων, δεινόν τε καὶ ὄβριμον· οἷσιν Ἄρηος
ἔργ' ἔμελε στονόεντα καὶ ὕβριες· οὐδέ τι σῖτον
ἤσθιον, ἀλλ' ἀδάμαντος ἔχον κρατερόφρονα θυμόν,
ἄπλαστοι· μεγάλη δὲ βίη, καὶ χεῖρες ἄαπτοι **150.**
ἐξ ὤμων ἐπέφυκον ἐπὶ στιβαροῖσι μέλεσσιν.
τοῖς δ' ἦν χάλκεα μὲν τεύχεα, χάλκεοι δέ τε οἶκοι,
χαλκῷ δ' εἰργάζοντο· μέλας δ' οὐκ ἔσκε σίδηρος [15]).
καὶ τοὶ μὲν χείρεσσιν ὕπο σφετέρῃσι δαμέντες
βῆσαν ἐς εὐρώεντα δόμον κρυεροῦ Ἄϊδαο **155.**
νώνυμνοι· θάνατος δὲ καὶ ἐκπάγλους περ ἐόντας
εἷλε μέλας, λαμπρὸν δ' ἔλιπον φάος ἠελίοιο.

---

15) Hanc lectionem ex antiquioribus habet Apollon. lex. Hom. s. *χάλκεα*. Sed fuit alia *μέλας δ' ἀπέκειτο σίδηρος*, Philostr. vit. Apoll. p. 230 Ol.

Quartum genus ex alia recensione, vel ab alio auctore imperite adiectum.

Αὐτὰρ ἐπεὶ καὶ τοῦτο γένος κατὰ γαῖα κάλυψεν,
αὖτις ἔτ' ἄλλο τέταρτον ἐπὶ χθονὶ πολυβοτείρῃ
Ζεὺς Κρονίδης ποίησε δικαιότερον καὶ ἄρειον, **160.**
ἀνδρῶν ἡρώων θεῖον γένος, οἵ καλέονται
ἡμίθεοι, προτέρῃ γενεῇ, κατ' ἀπείρονα γαῖαν.
καὶ τοὺς μὲν πόλεμός τε κακὸς καὶ φύλοπις αἰνή,
τοὺς μὲν ἐφ' ἑπταπύλῳ Θήβῃ Καδμηΐδι γαίῃ
ὤλεσε μαρναμένους μήλων ἕνεκ' Οἰδιπόδαο, **165**
τοὺς δὲ καὶ ἐν νήεσσιν ὑπὲρ μέγα λαῖτμα θαλάσσης
ἐς Τροίην ἀγαγὼν Ἑλένης ἕνεκ' ἠϋκόμοιο [16]).
ἔνθ' ἤτοι τοὺς μὲν θανάτου τέλος ἀμφεκάλυψεν.
τοῖς δὲ δίχ' ἀνθρώπων βίοτον καὶ ἤθε' ὀπάσσας
Ζεὺς Κρονίδης κατένασσε πατὴρ ἐς πείρατα γαίης, **170.**
τηλοῦ ἀπ' ἀθανάτων· τοῖσιν Κρόνος [17]) *ἐμβασιλεύει.*
καὶ τοὶ μὲν ναίουσιν, ἀκηδέα θυμὸν ἔχοντες,
ἐν μακάρων νήσοισι, παρ' Ὠκεανὸν βαθυδίνην,
ὄλβιοι ἥρωες· τοῖσιν μελιηδέα καρπὸν
τρὶς ἔτεος θάλλοντα φέρει ζείδωρος ἄρουρα. **175.**
[18]) *Μηκέτ' ἔπειτ' ὤφειλον ἐγὼ πέμπτοισι μετεῖναι*
ἀνδράσιν, ἀλλ' ἢ πρόσθε θανεῖν ἢ ἔπειτα γενέσθαι.
νῦν γὰρ δὴ γένος ἐστὶ σιδήρεον· οὐδέ ποτ' ἦμαρ

---

16) Post v. 167. Hermanno versus deesse visus est: quod fortasse verum, quamquam non necessarium. Sed quem ipse finxit *Ἑλλάδι κῦδος ἔθηκεν ἄναξ ἀνδρῶν Ἀγαμέμνων* non placet mihi; infert enim quod hoc loco, ubi de interitu eorum dicendum est, alienum videtur, nisi certe in enuntiatione interposita et pendente delitescit. Fortasse hic aptior:

τιννυμένους μέγα ἔργον ἀπώλεσε θυμὸς ἀγήνωρ.

17) Spohn. *ἐμβασίλευε*, cum codd. qui quidem eum exhibent. V. Goettl.

18) Hic nihil habeo quo insistam, et tam multa me quidem

παύσονται καμάτου καὶ ὀϊζύος οὐδέ τι νύκτωρ
φθειρόμενοι, χαλεπας δὲ θεοὶ δώσουσι μερίμνας. 180.

---

offendunt, et gravissime offendunt, ut maluerim totum locum »in insolubilibus« relinquere quam distinguere singula. Jam illud, quo transitus fit, μηκέτ' — nondum extricatum est. Nam qui dicit »utinam ne amplius his hominibus interesse deberem,« ei addendum est »sed statim mori.« Ac si antea meliorem aetatem fuisse exposuit, hoc modo: »sed aut antea fuisse aut statim mori.« Vel invertamus rem hoc modo: Qui ita dicit »utinam aut antea mortuus essem aut post natus,« huic exordiendum fuit »nollem huic aetati interesse,« »amplius« ineptum est. In reliquis primum consideremus hos versus:

ἀλλ' ἔμπης καὶ τοῖσι μέμιξεται ἐσθλὰ κακοῖσιν.
Ζεὺς δ' ὀλέσει καὶ τοῦτο γένος μερόπων ἀνθρώπων,
εὖτ' ἂν γεινόμενοι πολιοκρόταφοι τελέθωσι.

Et primus quidem qualis sit videor mihi recte intelligere. Cum pessima quaeque in proxime antecedentibus de genere hominum dicta essent, addidit aliquis minus severus in contrariam sententiam: »attamen quaedam bona etiam in his erunt,« prorsus eodem modo ut infra 275 cum haec dicta essent

νῦν δὴ ἐγὼ μήτ' αὐτὸς ἐν ἀνθρώποισι δίκαιος
εἴην, μήτ' ἐμὸς υἱός· ἐπεὶ κακόν, ἄνδρα δίκαιον
ἔμμεναι, εἰ μείζω γε δίκην ἀδικώτερος ἕξει,

additum hoc: ἀλλὰ τάχ' οὔπω ἔολπα τελεῖν Δία τερπικέραυνον. Dixit de hoc genere interpolationum apud gnomicos Welckerus ad Theogn. LXXXIII. Sed sequentia »Juppiter hoc quoque genus hominum delebit, quando (recens) nati canis capillis erunt« (non tuebitur, opinor, Hermannus interpretationem suam p. 169), quid significant? Mihi videntur significare: delebit — nunquam (et si sententiarum connexum apud Aristidem I. p. 369 Dind. intueor, paene persuadeo mihi hunc eodem modo intellexisse). Et videntur haec ab homine faceto profecta, illas multas et repetitas hominum exstinctiones hoc vaticinio re levi, verbis grandi παρῳδοῦντι.

ἀλλ' ἔμπης καὶ τοῖσι μεμίξεται ἔσθλὰ κακοῖσιν.
Ζεὺς δ' ὀλέσει καὶ τοῦτο γένος μερόπων ἀνθρώπων,
εὖτ' ἂν γεινόμενοι πολιοκρόταφοι τελέθωσιν.
οὐδὲ πατὴρ παίδεσσιν ὁμοίϊος, οὐδέ τι παῖδες,
οὐδὲ ξεῖνος ξεινοδόκῳ καὶ ἑταῖρος ἑταίρῳ, 185
οὐδὲ κασίγνητος φίλος ἔσσεται, ὡς τὸ πάρος περ.
αἶψα δὲ γηράσκοντας ἀτιμήσουσι τοκῆας·

His tribus versibus non improbabili, ni fallimur, interpretatione ciectis, magnas difficultates sustulimus. Sed restant abunde. Non hospites, non fratres fidem servabunt, senes parentes contumeliose habebunt, filii patribus non similes erunt. Erunt? Non iam sunt haec? Eo certe tempore, quo ille Persen increpuit et reges, iam omnia haec erant. Ergo, inquis, hic non idem est qui ille: quid praeterea? Qui haec tot mala vaticinatur, is profecto aeque certe severus rerum humanarum iudex erat, quam ille Hesiodus: quod si severus, non fugit eum iam nunc in ea aetate, quam ipse iam nunc ferream dicit, fratres et amicos infideles esse, erga parentes pietatem laedi, et cetera. Quis hoc non dixit de sua aetate paulo severior? *μορφὴν δ' ἀλλάξαντα πατὴρ φίλον υἱὸν ἀείρας σφάζει ἐπευχόμενος μέγα νήπιος* Empedocl. 385. *οἳ δ' ἀπογηράσκοντας ἀτιμάζουσι τοκῆας, ἴστων τοι χώρη, Κύρν', ὀλίγη τελέθει* Theogn. 821. De istis futuris dicere possum, proprie pertinuisse ad illud: *τὰ δὲ λείψετμι ἄλγεα λυγρὰ θνητοῖς ἀνθρώποισι· κακοῦ δ' οὐκ ἔσσεται ἀλκή*: possum dicere, cum quis illa futura *νῦν γὰρ δὴ γένος ἐστὶ σιδήρεον· οὐδέ ποτ' ἦμαρ παύσονται κάματου — χαλεπὰς δὲ θεοὶ δώσουσι μερίμνας* (quibus continetur: nunc ferrea aetas est et manebit ferrea) male intellexisset insulse aetatis ferreae descriptionem per futura continuasse: dicam potius haec plane incerta esse nec ab omni parte probabilia nec multum solatii afferre. — Deinde v. 187—189 videntur ex duplici eorundem versuum recensione conglutinata esse, item v. 191—195. Denique hic incurrit ille *ἴβρις ἀνήρ*, et *δίκη δ' ἐν χερσὶ καὶ αἰδὼς οὐκ ἔσται*, de quibus diximus §. 4. B.

μέμψονται δ' ἄρα τοὺς χαλεποῖς βάζοντες ἔπεσσιν,
σχέτλιοι, οὔτε θεῶν ὄπιν εἰδότες· οὐδέ κεν οἵγε
γηράντεσσι τοκεῦσιν ἀπὸ θρεπτήρια δοῖεν· 190.
χειρόδικαι, ἕτερος δ' ἑτέρου πόλιν ἐξαλαπάξει·
οὐδέ τις εὐόρκου χάρις ἔσσεται οὐδὲ δικαίου,
οὔτ' ἀγαθοῦ· μᾶλλον δὲ κακῶν ῥέκτῆρα καὶ ὕβριν
ἀνέρα τιμήσουσι· δίκη δ' ἐν χερσὶ καὶ αἰδὼς
οὐκ ἔσται· βλάψει δ' ὁ κακὸς τὸν ἀρείονα φῶτα, 195.
μύθοισι σκολιοῖς ἐνέπων, ἐπὶ δ' ὅρκον ὀμεῖται·
ζῆλος δ' ἀνθρώποισιν ὀϊζυροῖσιν ἅπασιν
δυσκέλαδος κακόχαρτος ὁμαρτήσει στυγερώπης.

---

[19]) Καὶ τότε δὴ πρὸς Ὄλυμπον ἀπὸ χθονὸς εὐρυοδείης,
λευκοῖσιν φαρέεσσι καλυψαμένω χρόα καλόν, 200.
ἀθανάτων μετὰ φῦλον ἴτην, προλιπόντ' ἀνθρώπους,
Αἰδὼς καὶ Νέμεσις· τὰ δὲ λείψεται ἄλγεα λυγρὰ
θνητοῖς ἀνθρώποισι· κακοῦ δ' οὐκ ἔσσεται ἀλκή.

Νῦν δ' αἶνον βασιλεῦσ' ἐρέω φρονέουσι καὶ αὐτοῖς.
Ὣδ' ἴρηξ προσέειπεν ἀηδόνα ποικιλόδειρον, 205.
ὕψι μάλ' ἐν νεφέεσσι φέρων ὀνύχεσσι μεμαρπώς·
ἣ δ' ἐλεὸν γναμπτοῖσι πεπαρμένη ἀμφ' ὀνύχεσσιν
μύρετο· τὴν δ' ὅγ' ἐπικρατέως πρὸς μῦθον ἔειπεν·
„Δαιμονίη, τί λέληκας; ἔχει νύ σε πολλὸν ἀρείων,
τῇ δ' εἶς, ἣ σ' ἂν ἐγώ περ ἄγω, καὶ ἀοιδὸν ἐοῦσαν. 210.
δεῖπνον δ', αἴ κ' ἐθέλω, ποιήσομαι ἠὲ μεθήσω·
ἄφρων δ' ὅς κ' ἐθέλῃ πρὸς κρείσσονας ἀντιφερίζειν·

---

19) De his versibus v. not. 13.

204) Illud *φρονέουσι καὶ αὐτοῖς* acerbissimum est: »fortiores valere prae peritis, quod haec fabula docet, hoc quidem reges ipsi sciunt.« Hoc probabile reddere potest, hanc fabulam eiusdem auctoris esse qui aliis locis tam acerbe agit cum regibus.

νίκης τε στέρεται πρός τ' αἰσχεσιν ἄλγεα πάσχει."
Ὣς ἔφατ' ὠκυπέτης ἴρηξ τανυσίπτερος ὄρνις.

Δ. Ε.

Δίκη. Ἔσθλός. Ἔργον (ἔρδειν, ἐργάζεσθαι)
Ὦ Πέρση, σὺ δ' ἄϊε ΔΙΚΗΣ, μηδ' ὕβριν ὄφελλε. 215.
ὕβρις γάρ τε κακὴ δειλῷ βροτῷ· οὐδὲ μὲν ἐσθλὸς
ῥηϊδίως φερέμεν δύναται, βαρύθει δέ θ' ὑπ' αὐτῆς,
ἐγκύρσας ἄτῃσιν· ὁδὸς δ' ἑτέρῃφι παρελθεῖν
κρείσσων ἐς τὰ δίκαια· δίκη δ' ὑπὲρ ὕβριος ἴσχει,
ἐς τέλος ἐξελθοῦσα· παθὼν δέ τε νήπιος ἔγνω. 220.

Αὐτίκα γὰρ τρέχει Ὅρκος ἅμα ΣΚΟΛΙΗΣΙ ΔΙΚΗΣΙ.
— Τῆς δὲ ΔΙΚΗΣ ῥόθος ἑλκομένης ᾗ κ' ἄνδρες ἄγωσιν
= δωροφάγοι, ΣΚΟΛΙΑΙΣ τε ΔΙΚΑΙΣ κρίνωσι θέμιστας.
ἡ δ' ἕπεται, κλαίουσα πόλιν καὶ ἤθεα λαῶν,
ἠέρα ἑσσαμένη, κακὸν ἀνθρώποισι φέρουσα, 225.
οἵ τέ μιν ἐξελάσωσι καὶ οὐκ ἰθεῖαν ἔνειμαν.

---

221. 224. 225. 226) coniuncti pulcherrimi sunt. Judex iuratus se iustam sententiam laturum, si ius pervertit, statim adest Ὅρκος periurium vindicaturus. — De Horco, periurium vindicante, apte Spohnius citat Theogon. 231 Ὅρκον θ' ὃς δὴ πλεῖστον ἐπιχθονίους ἀνθρώπους πημαίνει, ὅτε κέν τις ἑκὼν ἐπίορκον ὀμόσσῃ. Pausanias II, 2, 1 sic scribit: ὃς δ' ἂν ἐνταῦθα ἢ Κορινθίων ἢ ξένος ἐπίορκα ὀμόσῃ, οὐδεμία ἐστὶ μηχανὴ διαφυγεῖν τοῦ ὅρκου. — Is igitur ad puniendum strenuus statim adest, sed Dice, quae est ἡ δ', lento gradu sequitur, deflens eam urbem, tristitia vultum obtegens, invita poenam ferens hominibus, qui expellunt eam et perverse iudicant. Nam Dice in Hesiodeis non est illa, quae apud tragicos est *), severa et hominibus infensa Dea: sed mitis

*) In mentem venit monere de Soph. Antig. 91

Οἳ δὲ ΔΙΚΑΣ ξείνοισι καὶ ἐνδήμοισι διδοῦσιν
ἰθείας καὶ μή τι παρεκβαίνουσι δικαίου·
τοῖσι τέθηλε πόλις, λαοὶ δ' ἀνθεῦσιν ἐν αὐτῇ,
εἰρήνη δ' ἀνὰ γῆν κουροτρόφος· οὐδέ ποτ' αὐτοῖς
ἀργαλέον πόλεμον τεκμαίρεται εὐρύοπα Ζεύς,
οὐδέ ποτ' ἰθυδίκαισι μετ' ἀνδράσι λιμὸς ὑπηδεῖ,
οὐδ' ἄτη· θαλίῃς δὲ μεμιηλότα ἔργα νέμονται.
τοῖσι φέρει μὲν γαῖα πολὺν βίον· οὔρεσι δὲ δρῦς
ἄκρη μέν τε φέρει βαλάνους, μέσση δὲ μελίσσας·
εἰροπόκοι δ' ὄϊες μαλλοῖς καταβεβρίθασιν·
τίκτουσιν δὲ γυναῖκες ἐοικότα τέκνα γονεῦσιν·
θάλλουσιν δ' ἀγαθοῖσι διαμπερές· οὐδ' ἐπὶ νηῶν
νίσσονται, καρπὸν δὲ φέρει ζείδωρος ἄρουρα.

Οἷς δ' ὕβρις τε μέμηλε ΚΑΚΗ καὶ σχέτλια ἔργα,
τοῖς δὲ ΔΙΚΗΝ Κρονίδης τεκμαίρεται εὐρύοπα Ζεύς.

---

est, fungens officio sibi demandato invita; tanquam impar puella iniuriis ab hominum manu sibi illatis propulsandis apud Jovem patrem conquerens (cf. v. 260); Veneri Homericae similis. Ex ea sententia item pulcerrime dictus versus interiectus 222 »Dices impetus (hoc est *βόθος*: cf. Lith. 422) eo est quo homines eam trahunt [pervertunt homines facile ius pro arbitrio]: cui versui subsequentem *δωροφάγοι*, ex aliis simillimis factus (ut 266), ab initio non adhaesisse opinor, propter incommodam constructionem. — Quod nube vultum obtegit, cf. Quint. Sm. IV, 44 *ὣς ἔφαθ'· ἀθάνατοι δὲ κατ' οὐρανὸν ἑστενάχοντο, ὅσσοι ἔσαν Δαναοῖσιν ἐϋσθενέεσσιν ἀρωγοί· ἀμφὶ δὲ χρᾶτ' ἐκάλυψαν ἀπειρεσίοις νεφέεσσιν, θυμὸν ἀκηχέμενοι.*

234—239) altera recensio versuum 229—233.

εἰ ταῦτα λέξεις, ἐχθαρεῖ μὲν ἐξ ἐμοῦ,
ἐχθρὰ δὲ τῷ θανόντι προσχείσει δίκη.

Sic certe in omnibus quae mihi ad manum sunt editionibus scriptum video. Sed, ni fallor, quod longe pulchrius est, voluit Sophocles: *Δίκη*. (*Προσχείσει Δίκῃ* du wirst anheimfallen). —

Πόλλάκι καὶ ξύμπασα πόλις ΚΑΚΟΥ ἀνδρὸς ἀπηύρα,
ὅς τις ἀλιτραίνῃ καὶ ἀτάσθαλα μηχανάαται.

τοῖσιν δ' οὐρανόθεν μέγ' ἐπήγαγε πῆμα Κρονίων,
λιμὸν ὁμοῦ καὶ λοιμόν, ἀποφθινύθουσι δὲ λαοί.
οὐδὲ γυναῖκες τίκτουσιν, μινύθουσι δὲ οἶκοι,
Ζηνὸς φραδμοσύνῃσιν Ὀλυμπίου· ἄλλοτε δ' αὖτε
ἢ τῶν γε στρατὸν εὐρὺν ἀπώλεσεν ἢ ὅγε τεῖχος,
ἢ νέας ἐν πόντῳ Κρονίδης ἀποτίνυται αὐτῶν.

Ὦ βασιλεῖς, ὑμεῖς δὲ καταφράζεσθε καὶ αὐτοὶ
τήνδε ΔΙΚΗΝ· ἐγγὺς γὰρ ἐν ἀνθρώποισιν ἐόντες
ἀθάνατοι φράζονται, ὅσοι σκολιῇσι δίκῃσι
ἀλλήλους τρίβουσι, θεῶν ὄπιν οὐκ ἀλέγοντες.
τρὶς γὰρ μύριοί εἰσιν ἐπὶ χθονὶ πολυβοτείρῃ
ἀθάνατοι Ζηνὸς φύλακες θνητῶν ἀνθρώπων,
οἵ ῥα φυλάσσουσίν τε δίκας καὶ σχέτλια ἔργα,
ἠέρα ἑσσάμενοι πάντῃ φοιτῶντες ἐπ' αἶαν.
ἡ δέ τε πάρθενός ἐστι Δίκη Διὸς ἐκγεγαυῖα,
κυδρή τ' αἰδοίη τε θεοῖς, οἳ Ὄλυμπον ἔχουσιν·
καὶ ῥ' ὁπότ' ἄν τίς μιν βλάπτῃ σκολιῶς ὀνοτάζων,
αὐτίκα πὰρ Διὶ πατρὶ καθεζομένη Κρονίωνι,
γηρύετ' ἀνθρώπων ἄδικον νόον, ὄφρ' ἀποτίσῃ

---

242. sqq) iam Aeschinis tempore cohaerere visa, in Ctes. p. 427 Bekk. Sed iam mature hanc Chrestomathiam esse cum identidem deinceps legeretur et ediscerctur multis in oblivionem venit: — unde magis magisque inveniebantur qui hiantibus inepte mederi conarentur.

244—249) altera recensio pro v. 241.

251) *τήνδε δίκην* Spohnius explicat »hanc iustitiam, quam commendo.« Fortasse significat: hunc morem: hoc institutum Deorum: Od. *τ*, 43. 168. *δ*, 691. *λ*, 218. *ω*, 255. h. Apoll. 458.

— δῆμος ἀτασθαλίας βασιλέων, οἳ λυγρὰ νοεῦντες
— ἄλλῃ παρκλίνωσι δίκας, σκολιῶς ἐνέποντες.
ταῦτα φυλασσόμενοι, βασιλεῖς, ἰθύνετε μύθους, 265
δωροφάγοι, σκολιῶν δὲ δικῶν ἐπὶ πάγχυ λάθεσθε.

Οἳ αὐτῷ κακὰ τεύχει ἀνὴρ, ἄλλῳ κακὰ τεύχων,
ἡ δὲ κακὴ βουλὴ τῷ βουλεύσαντι κακίστη.

Πάντα ἰδὼν Διὸς ὀφθαλμὸς καὶ πάντα νοήσας
καί νυ τάδ', αἴ κ' ἐθέλῃσ', ἐπιδέρκεται, οὐδέ ἑ λήθει, 270.
οἵην δὴ καὶ τήνδε ΔΙΚΗΝ πόλις ἐντὸς ἐέργει.

Νῦν δὴ ἐγὼ μήτ' αὐτὸς ἐν ἀνθρώποισι ΔΙΚΑΙΟΣ
εἴην μήτ' ἐμὸς υἱός· ἐπεὶ κακὸν ἄνδρα δίκαιον

---

263. 4) hic, ubi reges admonentur et deterrentur, inepti sunt. Et genitivus *βασιλέων* imperitum vel recentiorem auctorem prodit. Vocativus *βασιλεῖς* ne ipse quidem ex more veterum epicorum est. At primum apud Homerum est *ἱππεῖς* (nominativus) *Λ*, 150 *ἱππεῖς δ' ἱππῆας, ὑπὸ δέ σφισιν ὦρτο κονίη.* Quod mihi non verum videtur, sed potius ab initio fuisse *ἱππῆες δ' ἱππῆας, ὑπὸ σφίσι δ' ὦρτο κονίη.* Sed si forte antiqua mutatio est, iam antiquo potest communem morem decliuandi ansam dedisse. Deinde vocativus *βασιλῆες* et *ὦ βασιλῆες*, pausam post se requirens, habet aliquid versum pangenti difficultatis: quare non negaverim potuisse *βασιλεῖς* vel si mavis *βασιλῆες* admissum esse. Denique priore loco *ὦ βασιλεῖς* ne ab omni quidem parte certum est. Hermannus ad hymn. Cer. 137 ex vestigiis cod. Viteberg. emendavit: *ὑμεῖς δ', ὦ βασιλῆες, ἐπιφράζεσθε καὶ αὐτοί.* Hinc suspicio oritur una cum antecedentibus etiam v. 265. 6. interpolatori deberi. *Βασιλέων* duplici ratione ita ab epicorum more abludit, ut antiquum poetam admisisse difficile sit credere: Callimachum admisisse hymn. Dian. 255 scio. Caeterum versus illi, ut diximus, ipso sententiarum connexu damnantur. Ad *ὄφρ' ἀπατίσῃ* subiectum est *ἀνθρώπων ἄδικος νόος.*

ἔμμεναι, εἰ μείζω γε δίκην ἀδικώτερος ἔξει.
— ἀλλὰ τάχ' οὔπω ἔολπα τελεῖν Δία τερπικέραυνον. 275.

Ὦ Πέρση, σὺ δὲ ταῦτα μετὰ φρεσὶ βάλλεο σῇσιν,
καί νυ ΔΙΚΗΣ ἐπάκουε, βίης δ' ἐπιλήθεο πάμπαν.
τόνδε γὰρ ἀνθρώποισι νόον διέταξε Κρονίων·
ἰχθύσι μὲν καὶ θηρσὶ καὶ οἰωνοῖς πετεηνοῖς
ἔσθειν ἀλλήλους, ἐπεὶ οὐ δίκη ἐστὶν ἐν αὐτοῖς. 280.
ἀνθρώποισι δ' ἔδωκε δίκην, ἣ πολλὸν ἀρίστη
γίγνεται. εἰ γάρ τίς κ' ἐθέλῃ τὰ δίκαι' ἀγορεύειν
γιγνώσκων, τῷ μέν τ' ὄλβον διδοῖ εὐρύοπα Ζεύς·
ὃς δέ κε μαρτυρίῃσιν ἑκὼν ἐπίορκον ὀμόσσας
ψεύσεται, ἐν δὲ δίκην βλάψας νήκεστον ἀάσθῃ, 285.
τοῦ δέ τ' ἀμαυροτέρη γενεὴ μετόπισθε λέλειπται.
ἀνδρὸς δ' εὐόρκου γενεὴ μετόπισθεν ἀμείνων.

Σοὶ δ' ἐγὼ ΕΣΘΛΑ νοέων ἐρέω, μέγα νήπιε Πέρση.
τὴν μέν τοι κακότητα καὶ ἰλαδὸν ἔστιν ἑλέσθαι
ῥηϊδίως· λείη μὲν ὁδός, μάλα δ' ἐγγύθι ναίει. 290
τῆς δ' ἀρετῆς ἱδρῶτα θεοὶ προπάροιθεν ἔθηκαν
ἀθάνατοι· μακρὸς δὲ καὶ ὄρθιος οἶμος ἐπ' αὐτήν,
καὶ τρηχὺς τοπρῶτον· ἐπὴν δ' εἰς ἄκρον ἵκηται,
ῥηϊδίη δὴ ἔπειτα πέλει, χαλεπή περ ἐοῦσα.

Οὗτος μὲν πανάριστος, ὃς αὐτὸς πάντα νοήσῃ, 295
φρασσάμενος τά κ' ἔπειτα καὶ ἐς τέλος ἤσιν ἀμείνω.
ΕΣΘΛΟΣ δ' αὖ κἀκεῖνος ὃς εὖ εἰπόντι πίθηται.
ὃς δέ κε μήτ' αὐτὸς νοέῃ, μήτ' ἄλλου ἀκούων
ἐν θυμῷ βάλληται, ὁ δ' αὖτ' ἀχρήϊος ἀνήρ.

Ἀλλὰ σύγ' ἡμετέρης μεμνημένος αἰὲν ἐφετμῆς 300.
ΕΡΓΑΖΕΥ, Πέρση, διὸν γένος, ὄφρα σε λιμὸς

---

275) De hoc versu dictum not. 18.

301) Spohn. Δῖον. v. Lob. Agl. 326.

ἐχθαίρῃ, φιλέῃ δέ σ' ἐϋστέφανος Δημήτηρ
αἰδοίη, ΒΙΟΤΟΥ δὲ τεὴν πιμπλῇσι ΚΑΛΙΗΝ.
λιμὸς γάρ τοι πάμπαν ἈΕΡΓΩ σύμφορος ἀνδρί.

Τῷ δὲ θεοὶ νεμεσῶσι καὶ ἀνέρες, ὅς κεν ἈΕΡΓΟΣ 305.
ζώῃ, κηφήνεσσι κοθούροις εἴκελος ὀργήν,
οἵ τε μελισσάων, κάματον τρύχουσιν ἀεργοί,
ἔσθοντες· σοὶ δ' ἜΡΓΑ φίλ' ἔστω μέτρια κοσμεῖν,
ὥς κέ τοι ὡραίου ΒΙΟΤΟΥ πλήθωσι ΚΑΛΙΑΙ.

Ἐξ ἜΡΓΩΝ δ' ἄνδρες πολύμηλοί τ' ἀφνειοί τε. 310.
καί τ' ἐργαζόμενος πολὺ φίλτερος ἀθανάτοισιν
ἔσσεαι ἠδὲ βροτοῖς· μάλα γὰρ στυγέουσιν ἈΕΡΓΟΥΣ.

ἜΡΓΟΝ δ' οὐδὲν ὄνειδος, ἈΕΡΓΊΗ δέ τ' ὄνειδος.

Εἰ δέ κεν ἘΡΓΑΖΗ, τάχα σε ζηλώσει ἈΕΡΓΟΣ
πλουτεῦντα· πλούτῳ δ' ἀρετὴ καὶ κῦδος ὀπάζει. 315.

Δαιμόνι δ' οἷος ἔησθα! τὸ ἘΡΓΑΖΕΣΘΑΙ ἄμεινον.

---

* * * *

εἴ κεν ἀπ' ἀλλοτρίων κτεάνων ἀεσίφρονα θυμὸν

---

303) Spohn. *πίμπλησι.*

316) Spohn. *δαίμονι δ' ἴσος ἔησθα· τῷ ἐργάζεσθαι ἄμεινον* de Schaeferi coniectura. Omnes, quod sciam, codd. *δαιμόνι δ' οἷος· τὸ ἐργ* — Sententia versus aliunde decerpti est: Fortuna autem qualis eras! (h. e. quam felix eras! antequam te desidiae dederas). Melius id quod olim faciebas, laborare. *ἐαίμων* Theogn. 161. Si δ' abesset, scriberem: *δαιμόνι οἷος ἔησθα!*

317 sqq.) Haec ita composita. Ad 317. 8. propter rei quandam similitudinem accessit *Χρήματα* — 322 sqq. In quo cum esset *ὕλ-*

εἰς Ἔ*ΡΓΟΝ* τρέψας μελετᾷς βίου, ὡς σε κελεύω.

Α*ΙΔ*Ω*Σ* δ' οὐκ ἀγαθὴ κεχρημένον ἄνδρα κομίζει,
αἰδώς, ἥτ' ἄνδρας μέγα σίνεται ἠδ' ὀνίνησιν. 320.

Α*ΙΔ*Ω*Σ* τοι πρὸς ἀνολβίη, θάρσος δὲ πρὸς Ὄ*ΛΒ*Ω.

Χρήματα δ' οὐχ ἁρπακτά, θεόσδοτα πολλὸν ἀμείνω.
εἰ γάρ τις καὶ χερσὶ βίῃ μέγαν Ὄ*ΛΒΟΝ* ἕληται,
ἢ ὅγ' ἀπὸ γλώσσης λήσσεται (οἷά τε πολλὰ
γίγνεται, εὖτ' ἂν δὴ κέρδος νόον ἐξαπατήσῃ 325.
ἀνθρώπων, Α*ΙΔ*Ω δέ τ' ἀναιδείη κατοπάζῃ)·
θεῖα δέ μιν μαυροῦσι θεοί, μινύθουσι δὲ οἶκοι
ἀνέρι τῷ· παῦρον δέ τ' ἐπὶ χρόνον ὄλβος ὀπηδεῖ.

Ἶσον δ' ὅς θ' ἱκέτην ὅς τε ξεῖνον κακὸν Ἔ*ΡΞ*Η,
ὅς τε κασιγνήτοιο ἑοῦ ἀνὰ δέμνια βαίνῃ 330.
κρυπταδίης εὐνῆς ἀλόχου παρακαίρια ῥέζων,
ὅς τέ τευ ἀφραδίῃς ἀλιταίνεται ὀρφανὰ τέκνα,
ὅς τε γονῆα γέροντα κακῷ ἐπὶ γήραος οὐδῷ
νεικείῃ χαλεποῖσι καθαπτόμενος ἐπέεσσιν.
τῷ δ' ἤτοι Ζεὺς αὐτὸς ἀγαίεται, ἐς δὲ τελευτὴν 335.
ἔργων ἀντ' ἀδίκων χαλεπὴν ἐπέθηκεν ἀμοιβήν.
ἀλλὰ σὺ τῶν μὲν πάμπαν ἔεργ' ἀεσίφρονα θυμόν.

Καδδύναμιν δ' Ἔ*ΡΔ*Ε*ΙΝ* ἱέρ' ἀθανάτοισι θεοῖσιν,
ἁγνῶς καὶ καθαρῶς, ἐπὶ δ' ἀγλαὰ μηρία καίειν·
ἄλλοτε δὲ σπονδῇσι θύεσσί τε ἱλάσκεσθαι, 340.
ἠμὲν ὅτ' εὐνάζῃ καὶ ὅταν φάος ἱερὸν ἔλθῃ,

βος et *αἰδώς*, aditum invenerunt in proxima vicinia 321: 319. 320. Memorabile in re nostra exemplum.

ὥς κέ τοι ἧλαον κραδίην καὶ θυμὸν ἔχωσιν·
ὄφρ᾽ ἄλλων ὠνῇ κλῆρον, μὴ τὸν τεὸν ἄλλος.

Γ, Δ.

Γείτων, Διδόναι (δώς similia).

ΤΟΝ ΦΙΛΕΟΝΤ᾽ ἐπὶ δαῖτα καλεῖν, τὸν δ᾽ ἐχθρὸν ἐᾶσαι·
τὸν δὲ μάλιστα καλεῖν, ὅς τις σέθεν ἐγγύθι ναίει. 345.
εἰ γάρ τοι καὶ χρῆμ᾽ ἐγκώμιον ἄλλο γένηται,
ΓΕΙΤΟΝΕΣ ἄζωστοι ἔκιον, ζώσαντο δὲ πηοί.

Πῆμα κακὸς ΓΕΙΤΩΝ, ὅσσον τ᾽ ἀγαθὸς μέγ᾽ ὄνειαρ.

Ἐμμορέ τοι τιμῆς, ὅς τ᾽ ἔμμορε ΓΕΙΤΟΝΟΣ ἐσθλοῦ.

Οὐδ᾽ ἂν βοῦς ἀπόλοιτ᾽, εἰ μὴ ΓΕΙΤΩΝ κακὸς εἴη. 350.

Εὖ μὲν μετρεῖσθαι παρὰ ΓΕΙΤΟΝΟΣ εὖ δ᾽ ἀποδοῦναι
αὐτῷ τῷ μέτρῳ, καὶ λῷϊον, αἴ κε δύνηαι,
ὡς ἂν χρηίζων καὶ ἐς ὕστερον ἄρχιον εὕρῃς.

Μὴ κακὰ κερδαίνειν· κακὰ κέρδεα ἶσ᾽ ἄτῃσιν

ΤΟΝ ΦΙΛΕΟΝΤΑ φιλεῖν καὶ τῷ προσιόντι προσεῖναι· 355.
καὶ ΔΟΜΕΝ ὅς κεν δῷ καὶ μὴ δόμεν ὅς κεν μὴ δῷ.

---

349) »Wer einen guten Nachbar hat, hat Geldeswerth.«

253) v. §. 8.

354) Haec sententia adhaesit antecedenti (in qua vetabamur defraudare vicinum) propter quandam rei similitudinem.

ΔΩΤΗ μέν τις ἔδωκεν, ἀδώτῃ δ' οὔ τις ἔδωκεν.

ΔΩΣ ἀγαθή, ἅρπαξ δὲ κακή, θανάτοιο δότειρα.

Ὅς μὲν γάρ κεν ἀνὴρ ἐθέλων, ὄγε κἂν μέγα ΔΟΊΗ.

---

* * * 359'.

χαίρει τῷ ΔΩΡΩ καὶ τέρπεται ὃν κατὰ θυμόν. 360.
ὃς δέ κεν αὐτὸς ἕληται, ἀναιδείῃφι πιθήσας,
καί τε ΣΜΙΚΡΟΝ ἐόν, τό γ' ἐπάχνωσεν φίλον ἦτορ.

Εἰ γάρ κεν καὶ ΣΜΙΚΡΟΝ ἐπὶ σμικρῷ καταθεῖο,
καὶ θαμὰ τοῦτ' ἔρδοις, τάχα κεν μέγα καὶ τὸ γένοιτο.

Ὅς δ' ἐπ' ἘΟΝΤΙ φέρει, ὁ δ' ἀλύξεται αἴθοπα λιμόν. 365.

---

359) Spohn δώῃ. — κἄν in versiculo proverbiali ferendum duxi. Quidquid tentatum est, ut 359—362 cohaererent, nihil placere potest. Nam non opponuntur quae recte opponi possunt: unde ne id quidem excludo, quod Hermannus tentavit. Videtur mihi ante 360 versus excidisse eiusmodi:

ὃς μὲν γὰρ ᾧ ἔπεσιν θέλξας φρένα δῶρον ἀείρῃ

366 et 365) in unam sententiam coniungi non possunt: imo 366 in contrariam sententiam scriptus est. Nam cum ille dixisset: »qui ad ea quae adsunt addit effugiet famem« alius subiecit illum quodammodo illudens: »neque domi condita (cf. κατάκειται v. 31) habere molestum est,« h. e. si mihi dicendum est quod sentio, melius etiam est domi conditum habere, ut perpetuo labori parcamus. Est igitur hic versus ex eo genere, quod tetigimus nota 18 in ἔμπης καὶ τοῖσι μεμίξεται ἐσθλὰ κακοῖσι. Cum in hoc versu inesse οἶκος, locum hic invenit deinde haec sententia (legitur eadem in-

Οὐδέ τό γ' εἰν Ο"ΙΚΩ κατακείμενον ἀνέρα κήδει.

Ο"ΙΚΟΙ βέλτερον εἶναι, ἐπεὶ βλαβερὸν τὸ θύρηφι.

Ἐσθλὸν μὲν ΠΑΡΕΟΝΤΟΣ ἑλέσθαι· πῆμα δὲ θυμῷ
χρηίζειν ἀπεόντος· ἃ σε φράζεσθαι ἄνωγα.

---

§. 8.

De sequentibus dictum est §. 2. Non convenit mihi in quibusdam cum interpretibus. Primum in hoc *Ἀρχομένου δὲ πίθου καὶ λήγοντος κορέσασθαι· μεσσόθι φείδεσθαι· δειλὴ δ' ἐνὶ πυθμένι φειδώ* nescio quae artificiosae interpretationes quaesitae: quae improbandae omnes: de dolio vini dictum, de hoc intelligendum, et id intelligendum quod dictum est. Nec miror hoc: nam equidem sentio, si mihi vini dolium esset, me ipsum hoc modo acturum. Seria disputatio est de subsequente: *μισθὸς δ' ἀνδρὶ φίλῳ εἰρημένος ἄρχιος ἔστω*: non convenit mihi cum Hermanno hoc modo explicante: „der ausgemachte Lohn werde sicher ausgezahlt:“ sed sic potius vertendum: „der mit einem Freunde bedungene*) Lohn sei anständig:“ commodus, non parcus: „lautus“ paulo plus est: sed prorsus respondet Graecorum *ἐπιεικής*. Et idem significat vox antea v. 353, ubi item aliter explicatum ab Hermanno: *εὖ μὲν μετρεῖσθαι παρὰ γείτονος, εὖ δ' ἀποδοῦναι αὐτῷ τῷ μέτρῳ, καὶ λώϊον, αἴ κε δύνηαι, ὡς ἂν χρηίζων καὶ ἐς ὕστερον*

---

commode prorsus hymn. Merc. 36) *οἶκοι βέλτερον εἶναι* —, h. e. melius est domi se continere: nam quod extra est, nocivum. (Dictum circumforaneis).

*) *μισθῷ ἐπὶ δηρῷ* Il. Φ, 445.

ἄρχιον εὕρῃς, i. e. ἐπιεικῆ, commodum. Buttmannus id quidem verissime mihi videtur de hoc vocabulo dixisse, ἀρκεῖν non esse Latinorum arcere (abhorret enim primaria significatio): sed discedo in reliquis. ἀρκεῖν significat parem esse alicui rei, satis validum esse. Jul. ep. 24 p. 39 Heyl. τὸν γίγαντα τὸν ἑκατονταχέφαλον ἑνὶ βλήματι καθελεῖν ἤρκεσε (er vermochte). Hinc ἀρκῶ est defendo, ἀρκεῖ μοι res mihi par est, sufficit. Nonnus XXXVI, 253 καὶ ἄρκιος ἕπλετο μορφῇ δῆσαι θοῦρον Ἄρηα μεθ' υἱέας Ἰφιμεδείης.

Ex hac significatione vocabulum ἄρκιος (cui nec in Latina nec in vernacula lingua videtur esse quod unum omnibus locis respondeat) ubique videtur mihi explicari posse. Nam quod Aiax dicit Il. O, 502

αἰδώς, Ἀργεῖοι, νῦν ἄρκιον ἢ ἀπολέσθαι
ἠὲ σαωθῆναι καὶ ἀπώσασθαι κακὰ νηῶν,

hoc est: his rebus, quales nunc sunt, solum par est aut mori aut Graecos propellere. Vides hoc loco Latine optime verti posse nunc par est aut — Iliad. B, 393

ὃν δέ κ' ἐγὼν ἀπάνευθε μάχης ἐθέλοντα νοήσω
μιμνάζειν παρὰ νηυσὶ κορωνίσιν, οὔ οἱ ἔπειτα
ἄρκιον ἐσσεῖται φυγέειν κύνας ἠδ' οἰωνούς,

sensus postulat ut hoc fere dicatur: si quis pugnam defugerit, non idcirco effugiet mortem (quippe ipse eum morti dabo). Jam finge pro οὔ οἱ ἄρκιον ἐσσεῖται φυγέειν dictum esse οὐκ ἄρκιος ἐσσεῖται φυγέειν „er wird nicht gewachsen sein zu entfliehen, nicht vermögen:“ quo vocabulo supra in Juliani loco commodissime verbum ἀρκεῖν expressimus.

ἄρκιος et ἐπάρκιος (ἐπαρκής Alex. 577. Dion. per. 1100) quod satis est, non nimis parvum est, commodus, ἐπιεικής. μισθός ἄρκιος eadem quam in Hesiodeo loco tribuimus ei significatione est iam apud Homerum K, 304. σ, 358. Item Theocr. VIII, 13 καὶ τίνα (ἄεθλον) θησεύμεσθ' ὅτις ἁμῖν ἄρκιος εἴη. Eadem est in τῷ μὴ

βίος ἄρχιος εἴη Hes. op. 503 et *ἵνα τοι βίος ἄρχιος εἴη* 579. cf. Opp. Hal. III, 601 *σχολιοῖσι δ' ἐπαΐσσουσιν ὀδοῦσι, σώματι μηδόμενοι πόρον ἄρχιον.* —

Nonn. XXII, 393 *ἄρχιον Ἰνδὸν ὄλεσσε τεὸν δόρυ* — „satis Indorum occidisti: desiste Nymphis bellum inferre.“ — *οἶδα μὲν ὅτι φέρεις σθένος ἄρχιον* Nonn. XXXVII, 177. Cui proximum est, cum dicitur de corporis magnitudine non contemnenda, sed satis ampla. Cyneg. *ὅσσε πέλει φαιδρός, δέμας ἄρχιον, εὐρὺς ἰδέσθαι*, qui hac significatione saepius usus est *).

§. 9.

Post versum 696, ad quem §. 5 disputationem deduxeram, quo illud quod est de agricultura et navigatione carmen absolvitur, sequitur 697—707 praeceptum de ducenda uxore, adscriptum huc, opinor, quod ad rem domesticam facit. *'ΩΡΑΙΟΣ* hic inesse statim ab initio et *'ΩΡΙΟΣ* video: in eo hoc etiam loco aliquid momenti esse non dico: nec concedam praefracte neganti. Deinde nulla sententiae affinitate docetur v. 708—716 quomodo te geras in socium **). Versus, quo transitus fit, 708 *εὖ δ' ὅπιν ἀθανάτων μακάρων πεφυλαγμένος εἶναι* plane incommodus. Sequitur deinde 717—761 *Μηδὲ πολύξεινον μηδ' ἄξεινον καλέεσθαι* — — — — catiuncula uno tenore vetita multa et varia complectens. Sed non casu fortasse factum quod haec forma similia, hoc dico, 717 sqq., et praecedens, quod item vetat: *μηδὲ κασιγνήτῳ* — iuxta sunt posita.

---

*) Locis a Schneidero in lex. citatis adde I, 402. Sed de III, 477 dubito an recte habeat.

**) Ad v. 709 *μηδὲ κασιγνήτῳ ἶσον ποιεῖσθαι ἑταῖρον* cf. qui ei occasionem dedit Od. ϑ, 586 *ἐπεὶ οὐ μέν τι κασιγνήτοιο χερείων γίγνεται ὃς κεν ἑταῖρος ἐὼν πεπνυμένα εἰδῇ.*

Deinceps 762— 766 de cavenda mala fama, hoc transitu: *Ὧδ' ἔρδειν, δεινὴν δὲ βροτῶν ὑπαλεύεο φήμην.* — Tum

*Ἥματα δ' ἐξ Διόθεν πεφυλαγμένος**) *εὖ κατὰ μοῖραν*
πεφραδέμεν δμώεσσι· τριηκάδα μηνὸς ἀρίστην —

Hoc carmen (quod iam Heracliti tempore Hesiodeum ferebatur**), quamquam vix est idem character, maxime in versuum structura, qui in carmine de agricultura est), hoc ab origine initium habuisse non est verisimile: nam insunt, quae ad servos nihil pertinent, ut statim primum: insunt quae vix pertinent, nec ita prolata ab auctore quasi de servis cogitaverit: insunt quae ad uxorem e. g. non minus: attamen ex hoc initio exspectes, talia tantum futura, quae servis in operibus adeundis observanda sint. Quare suspicor sic mutatum esse initium a nescio quo, qui hoc carmen illi de agricultura annecteret, vel eo referri vellet, in quo de servis adhortandis et instituendis aliquoties dictum est: quo initio trahimur statim cogitatione ad ipsam rem domesticam. Sub finem 824 sqq. hoc animadvertes:

Αἵδε μὲν ἡμέραι εἰσὶν ἐπιχθονίοις μέγ' ὄνειαρ.
αἱ δ' ἄλλαι μετάδουποι, ἀκήριοι, οὔ τι φέρουσαι.
ΑΛΛΟΣ δ' ΑΛΛΟΪΗΝ αἰνεῖ, παῦροι δέ τ' ἴσασι.

Quocum, si sensum spectas, nulla ratione coit qui subsequitur

ΑΛΛΟΤΕ μητρυιὴ πέλει ἡμέρη, ΑΛΛΟΤΕ μήτηρ.

Extremi omnium nunc sunt, quibus Dies absolvuntur:

*τάων εὐδαίμων τε καὶ ὄλβιος, ὃς τάδε πάντα****)

---

*) Spohn. comma posuit post *πεφυλάγμενος*.

**) Plut. Camill. 19 *Ἡράκλειτος ἐπέπληξεν Ἡσιόδῳ τὰς μὲν ἀγαθὰς ποιουμένῳ, τὰς δὲ φαύλας, ὡς ἀγνοοῦντι φύσιν ἡμέρας ἁπάσης μίαν οὖσαν.* (v. Lob. Agl. 429).

***) cf. Lith. 828. Versum *ἄλλοτε* — ante oculos habuit Quint.

εἰδὼς ἐργάζηται ἀναίτιος ἀθανάτοισιν,
ΟΡΝΙΘΑΣ ΚΡΙΝΩΝ καὶ ὑπερβασίας ἀλεείνων.
Τούτοις, Proculus inquit, ἐπάγουσί τινες τὴν ΟΡΝΙΘΟΜΑΝΤΕΙΑΝ, ἃ τινα Ἀπολλώνιος ὁ Ῥόδιος ἀθετεῖ.

Sm. *H*, 473. — Omnino recentiorum epicorum imitationes adhuc parum curatae operum editoribus, ut 358 cl. Nic. Al. 625, v. 620 cl. Max. κατ. 456. (an Orpheus Lob. 414). In Lithicis v. 62 expressus ex his Hesiodeis v. 187, quod Hermannus non meminerat cum illic αἶψα δέ deleret. An αἶψα δέ, πρέσβα δαημοσύνη, σ' ἀτίουσιν? —

Dissertatio IV.

De Nonno.

Digitized by Google

Praestantissima illa de Orpheo disputatione, qua nihil tulit recentior aetas quod Bentleiano ingenio similius sit, quam egregie Hermannus de Panopolitano poeta sit meritus iam docuit eventus. His nimirum firmissimis fundamentis innisi, hoc exemplo incitati, Gerhardus, Wernickius, Graefius, Struvius, denique is, cuius libelli Nonniani editione mihi haec orta est dissertatiuncula, Passovius ad hunc Graecarum litterarum locum aggressi laetissimos fructus rettulerunt. Graefio quidem et Passovio non idem fuit consilium: cum ille textum Dionysiacorum quantum assequi posset vitiis purgatum exhibere vellet, Passovius certissimis Metaphrasis interpolationibus eiectis apparatu potius futurae et iustae editionis componendo acquiescere. Sic factum est, ut multae nec dubitabiles emendationes in margine delitescant. Justae vero Metaphrasis editioni tum demum locus erit, ubi duae quaestiones explicatae et expeditae erunt: et primum quidem, quibus hic libellus obnoxius fuerit corruptionibus per eos, qui pressius illum quam auctori propositum fuerat Evangelio ipsi accommodatum volebant: deinde, quatenus auctor ipse

cas leges, quas in maiore et suo carmine severissimas secutus est, in hoc opusculo laxaverit. Et hoc est, in quo nostra disputatio versabitur. Quae res cum procedere nequeat nisi illae ipsae Dionysiacorum leges accuratius cognoscantur, hoc agemus itaque rem nostram instituamus ut quae in Dionysiacis secutum observavimus ponamus, hinc exempla petamus, contendamus deinde Metaphrasin, monituri si quid inventum fuerit discrepans, nihil monituri ubi conveniunt omnia.

§. 1.

Dionys. II, 244 *ἠελίου δὲ φανέντος ἀπὸ γλωσσῶν, ἀπὸ λαιμῶν*
εἰς ἑνοπὴν πολύπηχυς ἐπεβρυχᾶτο Τυφωεύς.

Hoc loco Graefius: „eleganter Rhodomannus *ἐϋγλώσσων.*“ Emendationem quidem h. l. non tantum elegantia suadet, sed prorsus necessaria est. Constans Nonni lex est, ut primae declinationis genitivi nunquam aliter exeant quam in *άων*. Etenim XVI, 400

ἣν Τελέτην ὀνόμηνεν, ἀεὶ χαίρουσαν, ἑορτῶν

iam sensus flagitat *ἀεὶ χαίρουσαν ἑορταῖς*: ibidem XIII, 451 *πέτρην* pro *πετρῶν*.

Non recte igitur *Βαχχῶν* pro *Βάχχου* posuit Graefius XXI, 148; XXVII, 104. 149, XXX, 245 et aliis quibusdam locis pro *Βάχχων* inferendum esse suspicatus est, quamquam nihil minus necessarium, v. e. g. XXVII, 165. 177. Offert se denique idem *Βαχχῶν* XLIV, 220

μέλει δ' ἐμοὶ ὄργια Βαχχῶν
ὑμετέρων, ὅτι γαῖα φυτῶν ὠδῖνα πεπαίνει:

sed eo quoque loco, quamquam nihil monuit Graefius, veteres editiones *Βάχχων*, quod ipsum verum est, nisi forte *Βάχχου* malueris (cf. XLIV., 25. 46. 107). Certum autem est, interpunctionem mutandam esse, ut

ὑμετέρων (i. e. σῶν) ὅτι γαῖα coniunctim legantur. Nec de Δερβικκῶν cogitari debebat XXVI, 339: forma Δέρβικες ex aliis scriptoribus certa est. Me animadvertit potius Ἀραχώτων XXVI, 148, cum XXX, 311 legatur ἐγρεμόθους Ἀραχώτας. Sed quacunque de causa hic Ἀραχώτας maluit, cur illic alteram formam Ἀραχῶτοι adsciverit iam perspicimus: forma certissima de accentu non omnes idem secuti videntur: v. Ellendt ad Arr. V, 11, 5. — Item ποιμνῶν iniuria propositum XLV, 109 loco, ut mihi videtur, integro. Denique haec forma legitur XLV, 50 καὶ παλαμῶν ἀκόμιστον ἀποβρίψασα χιτῶνα; sed huc quoque coniectura immigravit. Veteres editiones praebent καὶ πλοκάμων. Vide an legendum sit δαιδάλεον δ' ἀκόμιστον, aut πολλύμιτον δ' ἀκόμιστον, ut καί additum sit postquam versum corruptum esse apparebat. Caeterum primo loco, unde egressi sumus, in Rhodomanni emendatione ἐϋγλώσσων non agnoscimus manum Nonni; sed scripsit ille ὁμογλώσσων, v. XIX, 105. XXXVII, 287. XL, 216. XXXVI, 472. XLVII, 24. De lege ipsa nulla potest esse dubitatio: tot confirmatur exemplis. Sunt enim in libris XXIV prioribus Dionysiacorum fere quadraginta quinque tales genitivi. Et accedit, ut item genitivus singularis semper exeat in αο (exempla in libris prioribus XXIII sunt fere viginti quattuor). XXXVIII, 362 παραΐξασα Βοώτου requiritur Βοώτην. XII, 134 ἀκερσεκόμου Φοίβου est ab ἀκερσεκόμος, ut ἀκερσεκόμοιο Διονύσου XV, 49. Immo quid moverit Nonnum ut formas εω et εων excluderet intelligimus. Etenim si εων dixisset duabus syllabis, discessisset a veterum poetarum usu (apud Homerum πυλέων tantum et θυρέων sic inveniuntur), sin synizesin aut contractionem admississet (qua Homerus utitur praecedente vocali) a se ipse descivisset. Nam et synizesin et contractionem vitavit de industria. In tertia declinatione

unam admisit contractionem versui cedens in adiectivis choriambicis, *ὀξυβελεῖς*, *ἰσοφυεῖ*, *χρυσοφαῖ*, et similibus omnibus (sed in genitivis nusquam *). Praeterea unum *πελάγη* semel XLIII, 290. Reliquae tertiae declinationis formae nusquam inveniuntur nisi aperta vocali. XLVIII, 654 pro *ϑάμβει* scribendum est *ϑάμβεϊ*, item par. *Δ*, 96 *πένϑεϊ*, ut *ἄστεϊ I*, 46 iam versus flagitat. Non admittemus igitur *τείχει*, quod pro *τοίχῳ* vult Graefius XXXIII, 278. Nec *τευχέων*, quod pro *τεκέων* posuit XXXVI, 168, quidquam habet simile: nec *μου*, pro *μοι* nulla necessitate illatum XI, 444. Duobus tantum Paraphrasis locis, et iis quidem Evangelio accurate respondentibus, posuit *μευ*, *Δ*, 50, 108. Sed *Δ*, 97 *πείϑεό μευ* ne in paraphrasi quidem verum est: sed *μοι*, ut *μοι πείϑεσϑε*, *Δ*, 220; *τίπτε μοι οἳ πείϑεσϑε Θ*, 136; *Θ*, 78 **). Praeterea pronominum horum formae omnes apertae inveniuntur, ut *σέο*, *ἕο*, aut distractae, *σεῖο*. Accusativus pluralis est *ἧμέας* et *ὑμέας* (*σφέας* XXXVII, 160), et genitivus *ἡμείων* tantum et *ὑμείων* ***).

Similia observare licet in coniugatione. In formis verborum contractorum activis (praeter eas, quibus omnino nisi contractis Graeci non utuntur) non invenies contractum nisi *ἐφνοχόει* (XXI, 175. XXV, 449.

---

*) Hae formae semper aut in versus initio sunt aut in pede quinto. Hinc refutatur Graefii coniectura XLVII, 514, nec praeterea probabilis: cui meliorem nuper substituit vir sollers Armin. Koechly. Respondent his *ὑψίκερως* et *ὑψίκερων*, si quidem haec contracta sunt.

**) Reliquit Passovius nonnullos versus interpolatos parenthesi inclusos. Horum nusquam rationem habebo.

***) In *συχῇ* et *συχῆς* (ex Homero) XII, 275. III, 150 si quis inciderit ne putet quidquam simile se inventurum. Neve forte de contractione adiectivorum in *εος* suspicetur.

XXVII, 245) Homericum et nisi sic profertur hexametro exclusum, et XLVII, 501

ποσσὶ πολυσκάρθμοισι πατεῖ Διόνυσος ὀπώρην,

quod nolim mutari in *πολυσκάρθμοις πατέει*, ne minus respondeat subsequenti versui

ἴχνεσιν ὑψιπόροισιν ἐμὸς γόνος ἠέρα τέμνει.

Et *λιχμῶσα* XLI, 201. XLVIII, 912. (cf. *λιχμῶντο* par I, 168). Falsum est *αἴρῶ* in paraphrasi *K*, 60: nec *αἴρω* scripsit, usitatum enim ei *ἀείρω*, sed, opinor, *εἴρω*. Nec unquam formas passivorum *εαι*, *εο*, *αο* contraxit. Nunquam ab eo dictum esse *παῖς*, sed *πάϊς*, iam alii observarunt, v. Passov. ad *Δ*, 211. *I*, 95. Wern. Tryph. p. 186. Sed nec *ᾠδαί*, quod coniectura illatum est XIV, 16, ferri potest: nam nec substantivi huius nec verbi usquam contractam formam admisit. — *Φῶς* in paraphrasi aliquoties admisit in fine versus (v. Passov. p. 1 *), imo *φωτί M*, 140 (in Manethoniacis *φωτί*, *φῶτα*, *φωσί*). In Dionysiacis ne *φόως* quidem (par *I*, 186) admisit, sed solum *φωσφόρος* praeter *φαεσφόρος*. Haec satis ostendent, quo tendebamus, quam in omni genere contractionis parcus sit: et sunt paucissima, quae non fugerit. Ut synizesin sic crasin nusquam habet, praeter *προΐτυψαν ἀολλέες* XXII, 139 ex Homero, et *προΰχυψεν* IV, 431: quam eo diligentius videtur vitasse, quo liberius qui eum praecesserant admiserant. Sic in Manethonianis *κἠν*, *ταὐτό*, *κἶσα* invenimus, cum ipse ne *κἀκεῖνος* quidem dixerit. Par. Σ, 162 solum *καὶ ἐγώ*, quod veteres quaedam editiones habent, verum est, non *κἀγώ*, et *H*, 138 pro *κοὐδὲν ἐφευρήσητε* scribendum est *οὐδέ μ᾽*.

§. 2.

Dion. V, 289 *ἀγρέος αἷμα φέρων ἀπεμάξατο πάτριον ἄγρην,*

*) ubi typographi errore est 131 et 68 pro 139 et 66.

de Actaeone. L. Ἀγρέος. Etenim in nominibus propriis in εύς formis έος, ῆϊ et similibus libere abutitur, sed in reliquis ῆος cett: in quo item ab usu libenter evagante ad veterem regulam rediit. — Tantum par. Δ, 177 ἀλωέες.

§. 3.

Haeremus in eodem loco, qui est de Actaeone, V, 495
καὶ λάχον ἐξαπίνης δέμας αἰόλον, ἀντὶ δὲ μορφῆς
ἀνδρομέης ἄγνωστον ἐμὸν δέμας ἔσχεπε λάχνη,
καὶ κύνες ἀγρευτῆρες ἑοὺς ἐχάραξαν ὀδόντας.
Ante Nonnum nihil vulgatius, quam ut ἑός pro σφέτερος dicerent epici. Ipse ἑός innumeris locis usus est, sed ubique pro singulari. Nam XVIII, 364 iam sententia commotus Graefius notavit: „fortasse ἐμοῦ." Illic, quamquam et κύνες ἀγρότεροι σφετέρους legi poterit, proposuerim καὶ κύνες ἀγρευτῆρι θοοὺς ἐχ. ὀδ. Dativus quidem ex usu Nonni est: et θοός XVIII, 235 (θ. ἄορ), XLVIII, 792 (θοὴν ὠδῖνα) facillime explicatur ὀξύς, ut XLVIII, 606 μανίῃ τεθοωμένος i. e. ὀξυνθείς *). — Omnino rara est apud Nonnum pronominum permutatio. Continetur enim his finibus, ut σφωίτερος dicatur aliquoties pro σφέτερος (quod primum ab Antimacho fluxit, v. Apoll. pron. 141) V, 348. XXI, 108. 292. XLVII, 637, et ὑμέτερος pro σός (V. hymn. Merc. 310) saepissime et usu liberrimo, v. e. g. V, 340. XVI, 140 sqq. Cf. Schrader. ad Mus. p. 121. Nam pervulgatum ἡμέτερος pro ἐμός ne dignum quidem quod notetur **).

*) Arminius Koechly, cui haec mea ex Jahnii annalibus a. 1835 innotuerant, defendit potius post ἀγρευτῆρες quaedam excidisse, in emendat. Nonni in Zimmerm. Diar. 1836 p. 649.

**) Nisi eiusmodi loci notabiliores, ubi cum verbo singularis

§. 4.

XVII, 22 ἠΰῃν δ' ἐμέθυσσε Μαρωνίδος αἶαν ὀπώρης.

Nec hoc scripsit Nonnus. Nusquam enim *αἶα* dixit, sed ubique *γαῖα*. Et eadem versus sede e. g. XIII-539, *καὶ τότε Βοιωτοῖο παλίνδρομος οὖδας ἐάσας*, XLVIII, 3 *ἵππιον ἀρχεγόνοιο Φορωνέος οὖδας ἐάσας*, cett. *) Omnino hac forma *αἶα* multo rarius epici usi sunt, quam *γαῖα*. Unum fortasse Dionysium paulo libentius usum putaveris, nisi hoc sponte ex argumento ab illo tractato explicatur. Id etiam omnium aures tenuerunt Homerum hac forma non uti nisi in fine versus; quod vel ii, qui non ubique observarunt, ut Apollonius et Dionysius et Quintus, observarunt tamen saepius. Semper eiusmodi tantum locis ponitur, ubi versus *γαῖα* respuit; in Hesiodi fr. XVI Gsf *Γλακτοφάγων εἰς αἶαν* scribendum *ἐς γαῖαν* **). Hoc, quod est apud Leon. Tar. Anthol. Pal. II, 119 *αἶαν ὕλην νήσους τε διιπταμένη σὺ χελιδών*, soli licuit epigrammatario.

§. 5.

XXXII, 222 *εἰλιπόδην τε Βίβλιθαν ἑλὼν καὶ Δέτθιν ὀλέσσας.*

Graefius h. l. „Fortasse τε ante *Βίβλιθον* eiiciendum, etsi Attica correptio in nomine proprio excusari

---

numeri coniunctum, ut *ψυχὴν δ' ἡμετέρην ὀΐων ὕπερ αὐτίκα θήσω* K, 53.

*) Koechly ostendit *Μαρωνίδι γαῖαν ὀπώρῃ* scribi posse, p. 647.

**) Quint. VIII, 305 editur *ἀλλ' οὔτε φλιὴν πάλιν ἔδρακεν αἶαν*. Sed idem *ἔτρεφε γαῖα* ib. 466, *ἔτρεμε γαῖα* B, 176. *πείρασι γαίης* ib. 186. in medio versu *πάντοθε γαῖα* II, 463. Mihi vel Empedocles 73 *γαίης δ' ἐκ προρέουσι* potius scripsisse videtur quam *ἐκ δ' αἴης προρέουσι*.

potest.“ Attamen nullum est simile exemplum. De hac Attica, quam dicunt, correptione sic loquitur Hermannus (Orph. p. 761): „Eam Nonnus ita expulit, ut vix aliqua apud eum inveniri possit eiusmodi correptio.“ Paulo rectius sic dicetur, minime raram, imo crebram esse illam correptionem, sed certis et angustis terminis contineri. Nam

a) quae hanc correptionem ferunt vocabula aut ipsa aut in praecedenti verbo omnia si non admitteretur correptio aut omnino non apta essent versui aut, quod in paucis valet, non sine molestia aditum haberent.

b) Fit hoc in sola liquida ϱ, si exceperis *πλανήτων* V, 79. XXXVIII, 226. XLI, 341. *Πλαταιὰς* XIII, 70. *Κλεωναίοιο* XVII, 52. Et *Ἡρακλέης*: nam eo modo hoc vocabulum legendum esse, patet ex XXXIV, 192. XL, 577. —

Γλώσσης par. *Π*, 65, ubi nihil promtius erat quam *φωνῆς* scribere, non persuadeo mihi verum esse.

Sic multitudo efficitur vocabulorum, quae vel ipsa vel in antecedente syllaba licenter admittunt correptionem, ut ne plures quidem correptiones in eodem versu defugiat. Sunt haec vocabula:

α) quae praecedentem syllabam correptam habent: *βραχίων*, *δράκων* et *δρακόντειος*, *δρακοντοβόλος*, *δρακοντόβοτος*, *δρακοντοκόμος*, *δρακοντοφόνος*, *δροσιζομένοισι* VI, 45. *Δρύας* et *Δρυαντιάδης*, *κρανείου* et *κρανείης* XXX, 227. XXXIV, 64. *Κραταιγόνος* XIII, 379. *Κρονίων*, *προάγγελος* et *προαγγέλλειν*, *προασπίζειν* et *προασπιατήρ*, *προηγήτειρα* et *προηγεμονεύειν*, *προθεσπίζειν*, *προίαχεσθαι* et *προισχάνειν*, *πρόμαντις*, *Προμηθεύς*, *προτείνειν*, *προώνυμος*, *προώριος*, formulae *πρὸ τείχεος* et Homerica *πρὸ ἄστεος* XXVI, 370. XXXV, 100. XXXIV, 274. 297 (v. Graef). XXXV, 223. *πρόσωπον*

Πρωτεσίλαος, τράπεζα, τρίαινα, τρίγωνον, τριηκόσιος et *τριηκοστός, Τριτογένεια. — Κρόνος, χρόνος, δρόμος, βροτός, κρόκος* in genitivis et dativis, de quo mox plura dicam. — XXI, 302 nunc sic legimus:

οὐ μὲν ἄναξ ἀμέλησεν· ἐς ὑσμίνην δὲ μαχητὰς
Θαρσήεις ἐβόησε πρὸς ἄστεα Δηριαδῆος,
σύμβολα γινώσκων κεχαράγμενα μάρτυρι δέλτῳ.

Sic scriptnm ex coniectura. Nam codicis lectio est *πρὸ ἄστεα*, unde tabulam nostram inspicientes facile quid verum sit elicimus:

Θαρσήεις ἐβόησε, προάγγελα Δηριαδῆος
σύμβολα γινώσκων —

Hoc etiam corruptum XIX, 159

χρύσεον ἀστράπτοντα μέγαν κρητῆρα δοκεύων,
οὐχ ὅτι χρύσεος ἦεν ὑπέρτερος, ἀλλ' ὅτι μοῦνον.

Χρύσεος, χρύσεος (cf. Wern. Tryph. v. 513) et *χρύσειος* creberrime apud Nonnum inveniuntur, sed nunquam praecedens syllaba corripitur: nec eorum, quae recensuimus, similitudine defenditur. Legendum erit *οὐ μὲν ὅτι χρύσειος*, qua formula nihil Nonno familiarius. Restituendum illud *οὐ μέν* par. *Δ*, 20 pro *οὐ μήν*: nam vocabulo *μήν* Nonnus nusquam usus est.

Accedunt iis, quae enumeravimus, ex paraphrasi haec (*χρόην* enim *B*, 36 recte expulit Wernickius): *προφήτης* saepe, *προφοιβάσσωσι Λ*, 226. *προέννεπον Η*, 12. *προδοίη* (nisi *παραδοίη*) *N*, 11. *προήλυθον P*, 23. *προσάββατος T*, 226. *τριήμερος T*, 223. *Κρανίου T*, 89. *ποσσὶ χρονιζομένοις* ex pulcherrima Hermanni coniectura *) *Λ*, 37: quae omnia ex superiorum analogia sunt. Sed liberius egisse dicemus, cum admittebat *πρός Λ*, 54. *Ξ*, 72. *πρίν Δ*, 146. *Χριστός*, quamquam tribus solum locis, *H*, 102. *P*, 9. *Σ*, 42.

*) In censura editionis Passovianae, Zimmermanni Diariis inserta.

β) In ipso vocabulo: ἀλλοπρόσαλλος, ἀλλότριος in iis casibus, quae in longam exeunt, Ἀμφιτρύων, Ἀφροδίτη *).

Quae sub α congessimus accuratius inspicienti quaestio orietur (v. Wern. Tryph. p. 115), cur in Κρόνος, χρόνος, δρόμος, βροτός, κρόκος correptionem admiserit. Sed patet primum aliquas formas vel singularis numeri versum non tulisse aliter, ut χρόνοιο XII, 15. δρόμοιο, XXXVIII, 287. Regulae autem hiatus, quas statim ponemus, efficiunt, ne formas quidem χρόνου et χρόνῳ potuisse ante vocalem nisi in primo et quarto pede ponere, et vel in his vix potuisse. Hinc explicatur nec casui tribuetur illud quod praeter δρόμοιο, χρόνοιο, βροτῶν, βροτοῖς correptio ante eos tantum casus horum vocabulorum invenitur, qui in syllabam exeunt natura longam. Cui simillimum est, quod ἀλλοτρίου, ἀλλοτρίῳ, ἀλλοτρίας dicitur, contra ἀλλότριος et qui casus similes sunt.

§. 6.

Hiatus apud Nonnum.

I.

Diphthongus vel longa vocalis in ultima brevi dactyli.

Hoc frequentissimum est (dicimus nunc de Dionysiacis) in primo et quarto pede, paulo rarius in quinto, nunquam invenitur in secundo et tertio. XX, 366 σοὶ πλέον ἔσσεται εὖχος non possum non corruptum putare. Fortasse ἄσπετον, vocabulo πλέον retento (cf. XLVII 446) vel mutato in πέλεν. Item corruptum XXV, 489 τιχτομένῳ δέ οἱ ἦεν Ἔρις τροφός Quod facili emenda-

*) Ἐρυθραίων XVII, 390 corruptum est. Cf. Graefium.

tione emaculabimus: *τικτομένῳ δ' Ἔρις ἦεν, Ἔρις τροφός.* Omnibus tribus pedibus diphtongi *οι* et *αι* prae reliquis diphthongis vocalibusve longe frequentiores, quinto autem ita *), ut praeter *ἦ ῥά που αὐτήν* XXIII, 35, quod ex imitatione Homeri explicatur (e. g. *δ*, 639 *ἀλλά που αὐτοῦ*) una tantum exceptio sit, et quidem talis, qua confirmetur regula:

XVI, 357 *ἐῤῥέτω Ὑδριάδων δολόεν ποτόν, ἐῤῥέτω εὐνή.*

XVI, 328 *φάρμακον εὗρεν ἔρωτος ἑὸν φυτόν· ἐῤῥέτω αἰγῶν,*

ἐῤῥέτω ἡμετέρων ὄϊων γλάγος.

XXXV, 53 *ἀμφαφόων ἐμὸν ἕλκος, ὅ μοι πόρες. ἐῤῥέτω· αἰχμή,*

ἐῤῥέτω ἡμετέρης παλάμης θράσος.

Ferimus nonnunquam et admittimus in verborum formis et constructionibus aliquid minus usitatum, ut rhetorica figura, ut climax, ut oppositio efficiatur. Eadem his locis Nonno causa fuit, ut a regula sua prosodica discederet. (Caeterum notandum, *ἐῤῥέτω* ab initio versus, quod ab Homero fluxit, alibi quoque Nonnum adhibuisse, II, 162. VIII, 213, item alios aliquoties huiusmodi imperativos eadem sede **). Quod ad primum et quartum pedem attinet, (intelligetur autem sponte, in iudicanda vi vocalium haec eodem fere nos ducere, quo accentus), frequentissimi sunt exitus verborum *μαι*, *σαι*, *ται*, *εαι*, et *αι* in infinitivis, ut *μιγήμεναι*, *φονήμεναι*, *τλήμεναι*, item pronomina enclitica *μοι*, *σοι*, *οἱ* ***), nec raro inveniuntur nominativi plura-

---

*) et sunt semper terminationes verbales passivorum in *αι* et dativus encliticus pronominum personalium.

**) Quint. V, 477 *ἐῤῥέτω Ἀργείων ὁλοὸς στρατός, ἐῤῥέτω αἰών.*

***) *μέλει δ' ἐμοί* pro *δέ μοι* XLIV, 220 a Graefio profectum

lis secundae declinationis in *οι*, aliquoties formulae Homericae *ὦ πόποι, ὦ γύναι* et *ἀλλ' ἐπεί*, et *η* primae *), et imperativi in *έτω* **). Reliquorum vix unum et alterum exemplum est. Miramur, vitatum esse *αι* declinationis primae: unum enotavimus exemplum V, 278 *γαῖαν ἀναψύχουσιν ἐτήσιαι ἐκ Διὸς αὖραι*, ecce Apollonii versus est, II, 525 *γαῖαν ἐπιψύχουσιν ἐτήσιαι ἐκ Διὸς αὖραι.* Tertiam verborum in *ει* bis: *περιτρέχει* XXV, 12. *κατεσθίει* XL, 481. — *ῳ* in *χαλκέῳ ἐν κεράμῳ*, II, 304, ex Il. *E*, 387 *χαλκέῳ δ' ἐν κεράμῳ*, quo tamen ipso loco illud *δ'* expellendum erit (de asyndeto cf. Il. *Z*, 174. Od. *ξ*, 314. 248) et *δευτέρῳ* XXXVII, 617, 121, qui loci expressi sunt ex Homericis *Ψ*, 265, 750. Reprobamus igitur quod coniectura scriptum est XXXVIII, 90 *τηλίκον οὔ ποτε θαῦμα γέρων χρόνῳ ἤγαγεν Αἰών.* Veteres editiones *χρόνος*: quod mihi mutandum videtur in *τροφός*, cf. VI, 372. XX, 140: vel in *πρόμος*, cf. e. g. XXI, 242. XXXV, 236. — Restat *ου*: *Καυκάσου ἐν κορυφῇσι* XXXV, 263 (Hom. *Ἴδης ἐν κορ.*, Apollonius II, 1210 *Καυκάσου ἐν κνημοῖσι*). *ἐκ δόμου εἰς δόμον* XXXVIII, 262. *εὐπαρθένου* XXXIX, 188. Quae nequaquam sufficiunt, ut codicis lacunam II, 362 ex Cunaci coniectura suppleamus: *οὐρανοῦ ἵστατο.* Prudenter Graefius haec adscripsit: „fortasse Nonni auribus magis convenisset *αἰθέρος ἵστατο.*“ Convenit profecto.

---

*) In primo pede *ὀλβίη* IV, 77. 96. VIII, 253. IX, 72. XLVI, 289. XLVII, 444. In quarto: *μακαρτάτη* II, 426. IV, 78 — *τέρη* IV, 92. *διζημένη* VIII, 113. *παρειμένη*(?) XIX, 77. *δεδεγμένη* XXXV, 102. *πεπυκασμένη* XLII, 325. *Ηαχυνίη* II, 398. Quae non opinor fortuito accidere ut longiora vocabula sint omnia.

**) *ἐρρέτω* saepe, *χαιρέτω* VII, 35. XXXII, 62. *ἐλθέτω* VIII, 218. 248. XXVII, 201. XXXVII, 497. *μιμνέτω* XXVII, 116. XXXIX, 119. Omnia in primo.

Ab illa regula, ex qua hi hiatus primo, quarto et quinto pede continentur, exclusae sunt particulae *καί*, *ἤ* et *μή*.

Καί frequentissime invenitur non tantum primo et quinto pede (ad quartum enim aditum non habet propter caesuram in prima brevi vetitam), sed in tertio quoque, imo hoc longe frequentissime (nimirum propter caesuram usitatissimam in prima brevi huius pedis). Hoc notamus praeterea, in secundo pede saepissime quidem inveniri, sed solum in formula *ἔνθα καὶ ἔνθα*, cui formulae familiarissimae sibi, uno loco excepto (de quo infra dicam), hanc sedem quasi propriam designavit. Quinto pede saepissime invenitur in formula *καὶ αὐτός* (hac enim amat versus suos concludere *): atta-

*) v. Struve de exitu versuum in Nonni carminibus p. 20. Talia ita nonnunquam in consuetudinem abeunt scriptori, ut quasi nota hinc eum agnoscere possis. Sic Apollonius amat versus concludere pronomine *ὅγε*, hoc modo: *ἔνθ' ἄρα τήνγε, αὐτὰρ ὁ τήνγε, ὥκα δὲ τοίγε, ὡς ἄρα τοίγε, ὥκα δὲ τοίσγε, ὥκα δὲ τόνγε, ἔμπα δὲ τόνγε, ὡς ἄρα ταίγε, ἦν ἄρα τούσγε, ἔνθ' ἄρα τοίγε, αὐτίκα τόνγε, ἐκ δ' ἄρα τοίγε, αὐτὰρ ὁ τούσγε, αὐτὰρ ὁ τόνγε, αὐτίκα δ' ἦγε.* Haec sunt exempla libri primi, et reliquis eundem plane morem tenet: cum apud alios epicos raro in hunc modum exeant versus. Paulo aliter formulam exorsus est III, 117 *ἀμφ' ἀστραγάλοισι δὲ τώγε.* Jam hoc memorabile, ubi dativus pluralis incurrit, non assumi *τοῖσγε*, sed *τοῖσι*: *γλυκερὴ δ' ἀνεδαίετο τοῖσιν* IV, 1726. Adstrepuit enim auribus antiquus et antiquitus retentus mos eorum, quibus nulla causa fuit, ut pro simplici *τοῖσι* potius *τοῖσγε* dicerent. Sic enim et Homerus complures versus concludit, *αὐτὰρ ὁ τοῖσιν II*, 383. *ἐν δ' ἄρα τοῖσιν N*, 689. *Σ*, 494. *αὐτὰρ ὁ τῇσιν σ*, 311, et alii epici, partim qui nusquam versibus illis in *ὅγε* exeuntibus usi sunt (ut Hal. I, 664. 380. V, 601. Cyn. IV, 249), partim qui eos semel vel iterum admiserunt. Sic ut hoc utar Lithicorum scriptor semel habet *ἐς δ' ἄρα τούσγε* 723, et *ἐν δ' ἄρα τοῖσιν* 402. Hinc patet nondum recte emendatum esse versum corruptissimum in Orphei Argonauticis 728 (apud quem est *αὐτίκ' ἄρ' αἴγε* 712, *ἐν δ' ἄρα ταῖσι* 901). — Operae pretium visum versus Homericos et

men nec alia exempla desunt, ut *καὶ γαῖα καὶ αἰθήρ, εἰ δὲ καὶ ἄκρη, ἐπὶ πλευροῖο καὶ ὤμου*, alia.

Ἤ. Semper in secunda brevi pedis tertii. XXXVII ies in Dionysiacis (quinquies in paraphrasi). Revocandum est XXXIV, 47 *ἐγὼ δέ μιν αὐτὸς ἐνίψω Ἄρτεμιν ἀργυρόπεζαν ἰδὲ χρύσασπιν Ἀθήνην.* Sed ed. princeps non *ἰδέ* habet, sed *ἠέ*: illud, quod Falkenburgii coniecturae debetur, nec sensui satisfacit nec poetae huius mori nusquam *ἰδέ* utentis. Vossius sic loquitur in dissertatione de particula *ἰδέ* ad hymn. Cer. „Non observavimus voculam apud Nonnum.“ Nec poterat observare, si Falkenburgii editione utebatur. Nunc praeter locum modo commemoratum legitur etiam XX, 236, hic etiam ex coniectura: *οὐτιδανοὺς δὲ ἡμερίδων ὄρπηκας ἰδ' εὔϊα δῶρα Λυαίου.* In codice nulla est particula: quod Falkenburgius proposuit *ἤ* sententiae non satisfacit. Mihi *εὔϊα* errore scribentium illatum videtur pro *ἐνηέα*, ea significatione, qua legitur XXXIV, 148 („zahm“ *). Item nostro loco error in adiectivo erit, ut talis fere forma versus fuerit, qualis esset *Ἄρτεμιν ἀργυρόπεζαν ἢ εὐρυφάεσσαν Ἀθήνην.* Vide modo similes versus, ut 296. 332. — Caeterum nec *ἠδέ* est apud Nonnum. Quare notissimo Evangelistae loco *τί ἐμοὶ καὶ σοί, γύναι;* qui sic legitur in paraphrasi (*B*, 21) *τί μοι γύναι ἠέ σοι αὐτῇ;* si cui in mentem veniat *ἠδέ* supponere reprobabitur. Apparet potius

---

Hesiodeos ponere, unde ille Apollonii mos fluxit. In Iliade quinquies *οὐδ' ἄρα τώγε N*, 302. *οὐδὲ νύ τόγε O*, 349. *οὐδ' ἄρα τοίγε O*, 608. *ἔνθ' ἄρα τόν γε Ω*, 122. *οὐδέ νυ τόγε Ω*, 540. In Odyssea bis: *ἀλλ' ἄρα τοίγε κ*, 214. *ω*, 223. Hesiod. op. *ἀμφὶ δὲ τήν γε* 74. *οὐδέ κεν οἵγε* 189. Theog. *ἀλλά νυ τοῦγε* 687. Scut. 170 *οὐδέ νυ τώγε* [Scut. 300. *μελάνθησαν γε μὲν αἵδε*, quidam *αἵγε*].

*) Paucis ante paginis v. 93 *ψηφῖδες εὖ ψαύουσιν ἐναλίην. μετὰ νίκην.* Opinor *ψάλλουσιν.*

Nonnum intellexisse illud hoc modo „quid hoc ad me vel ad te pertinet?“ Etenim coniectura ἠδέ inferre, cum nusquam apud hunc scriptorem legatur, non licet: quamquam quod traditum feremus uno loco ῥα, par. *T*, 139, ὅς ῥα καὶ αὐτός. Non habet enim Nonnus ῥα nisi in formula ἦ ῥα, quo plerumque in interrogatione utitur *), in affirmatione tantum Dion. XII, 212 et par. *E*, 172. Hinc saepe in fine versuum legitur ἦ ῥα καὶ αὐτός, sed ὅς ῥα καὶ αὐτός, illo uno loco excepto, nusquam. Caeterum ἄρα quoque mirere quam rarum sit in Dionysiacis. Exempla sunt septemdecim: contra in paraphrasi novem **), quae nec ipsa multa sunt, sed multa ad Dionysiaca. Denique licebit hic animadvertere, quam raro vocula τε in Dionysiacis utatur, si quidem populorum recensus ad Homericum exemplum factas exceperis, et ἅτε et οἷα τε, quae pro adverbiis sunt.

Quae res cum ad textum quoque recte constituendum perquiri debeat, faciam hoc infra: hic autem addam (et valent haec item de paraphrasi), cum δέ τε, μέν τε, γάρ τε cum similibus, imo ἠδέ τε et ἠέ τε, ad taedium usque in Manethonianis occurrant, Nonnum τε cum alia particula coniunctum nusquam habere, nec cum relativis: non habet e. g. ἧχί τε, cum ἧχι in deliciis habeat; ad quam observationem XIII, 468 vel

---

*) ἦ ῥα pro ἀλλά scrib. I, 99.

**) VI, 84. 311. X, 336. 400. XVIII, 107. XXII, 366. XXVIII, 104. XXXIV, 79. XXXVI, 106. XXXVII, 233. 568. XXXIX, 133. XL, 129. XLII, 247. XLIV, 104. XLVII, 408. XLVIII, 295. — Par. *E*, 179. *H*, 46. Θ, 18. *Λ*, 71. 180. *M*, 74. *O*, 48. *Π*, 113. *P*, 32. Praeterea in utriusque carminis usu hoc interest, quod si illa exempla evolveris in Dionysiacis illud ἄρα novies certum locum occupare invenies in quinto pede, et aliquoties quidem in formulis ἀμφὶ δ' ἄρ' αὐτῷ et ἐν δ' ἄρα μέσσῳ: in paraphrasi eo loco positum est bis.

explicatio vel lectio non satis certa accommodanda erit *). Pronomina relativa, quibus utitur, praeter ὅς sunt ὅστις et ὅσπερ. Ὅσπερ τε nusquam dixit: nec praeter ἅτε et οἷάτε sensu adverbiali aliud relativum cum τε (οἷός τε vel ὅσσος τε): nec ὅς τε nisi paucis quibusdam locis in populorum catalogis, scilicet XIV, 208. XXVI, 149. 223: et XIII, 514 ex coniectura. Sed XXVIII, 29 ἥτε ferri non potest: l. εὖτε, cl. XIV, 332.

Μή. Haec particula duas sedes occupat, aut primam brevem pedis primi (cf. infra **), aut — quod huc pertinet — alteram brevem pedis tertii, ut ἤ.

Ex Paraphrasi haec mihi operae pretium videtur notare: ὄφρα μὴ in primo Σ, 172. καί in secundo praeter formulam ἔνθα καὶ ἔνθα, quae et ipsa invenitur, ac. *K*, 54 ἔστι μέν, ἔστι καὶ ἄλλα: et, quod admodum memorabile, quamquam Homericum (e. g. *Π*, 763) οἱ δὲ δὴ ἄλλοι *Φ*, 48. — Ἦ ἐγὼ αὐτὸς in quinto pede *H*, 62 in primis notabile esset: sed certum mihi illum non hoc scripsisse, sed ex more suo ἠὲ καὶ αὐτός. Sed restant in Paraphrasi aliquot hiatus in secundo et tertio, accuratius inspiciendi. Quod in tertio est *Φ*, 129 πρός σε τί τοῦτο πέλει; σύ μοι ἕσπεο — abiiciendum est. Eadem Evangelistae verba ἀκολούθει μοι v. 118 reddita erant ἐφέσπεο. Sic igitur hoc loco scripsit σὺ δ' ἐφέσπεο. Multo ad diiudicandum difficiliora sunt haec in pede secundo:

---

*) ηχί τε restituendum est Dorotheo περὶ κατ. ap. Iriart. l. p. 245.

καὶ Κρήτη Κρονίδου Διὸς τροφός, ἠδέ τε μύσης
ἐρπαγίμης ὑμέναιος ἔφυ κρατερῆς Εὐρώπης.

L. καὶ Κρήτη Κρονίδαο Διὸς τροφός, ἦχί τε νύμφης —

**) Semper εἰ μή, et raro: XVI, 50. 370. XXXVII, 258. XXXVIII, 266.

Γ, 95 *ἀνὴρ κέκριται οὗτος, ὅτι βραδυπειθεῖ θυμῷ οὔπω πίστιν ἔδεκτο*
Ε, 119 *νημερτὴς δέ μοί ἐστιν ἐμὴ κρίσις*
Η, 127 *ὑμείων ἔτι βαιὸν ἐπὶ χθονὸς* (l. *χρόνον*) *ἐγγύθι μίμνω*
καὶ ταχὺς ἵξομαι αὖθις ἐμῷ πέμψαντι τοκῆϊ.
Γ, 168 *ζωὴν ὄψεται οὗτος, ἔχων ὑψήνορα τιμήν*
Ζ, 178 *ζωὴν ὄψεται οὗτος, ἕως δολιχοῖο γενείου*
Κ, 124 *εἶπον ἐγὼ Θεοί ἐστε —*
Π, 46 *ὅσσα περ ἔσσεται ὔμμι. Καὶ ἀρχεγόνῳ τινὶ θεσμῷ.*

Vix poteris tres primos locos non corruptos, tres subsequentes non integros putare: de ultimo eo magis dubitabilis res est, cum nihil sit in Evangelio quod ei respondeat, sed additus ab auctore. Attamen verba transponenda erunt *ἔσσεται ὅσσαπερ ὔμμιν* (cf. *Λ*, 80. 165). *Ε*, 119 *μοι* explicari non potest. Scripserat Nonnus *τις* (cf. e. g. *Σ*, 168). Item duobus locis nimis facilis occurrit mutatio *κέκριται οὗτος ἀνὴρ ὅστις* et *ἰξόμενος ταχύς*: et quod nunc legitur, sicuti *σύ μοι ἕσπεο* et *ἦ ἐγὼ αὐτός*, ab iis profectum qui hanc paraphrasin ad textum Evangelistae quam proxime accedere volebant. Quod Nonnus ipse minime constanter secutus est. Saepe enim liberrime ab exemplo suo discedit: aliis locis vel brevioribus vel longioribus accedit propius. Haec inconstantia eo ducit, quo multa alia, ut hanc paraphrasin non minus veloci stilo fusam quam Dionysiaca diligenti studio elaborata putemus. Scripsit illam eo usus dicendi genere, quod pertractatum et multo usu perceptum habebat opera Dionysiacis impensa: et cum nec de industria regulas illas evertere vellet et ipso usu eundem plerumque cursum teneret, tamen non nimium religioni ducebat paulum laxare frena et de illa severitate aliquid aliquando remittere.

Eo referas facile quod *καλός* prima brevi saepius in Paraphrasi dixit quam in Dionysiacis, *ἴσος* non saepius quidem, sed multo saepius pro carminis longitudine *). *Ἑαυτῷ* et *ἐμαυτῷ* non dedignatus est in paraphrasi, *H*, 65. *Θ*, 24. — Et satis, opinor, exemplorum similium haec disputatio iam antea obtulit. Sic igitur illud *ζωὴν ὄψεται οὗτος* (quod eandem quam modo dixi mutationis causam habere nequit) bis admisisse putandus erit, quod est formula ex sacro libro desumpta, item *θεοί ἐστε*, qui est locus citatus: quamquam poterat vitare utrumque vel locis suis admovere ex regula.

II.

Correptio diphthongi aut longae vocalis in prima brevi dactyli. XXXII, 162 nunc legimus

ὡς τότε Βάκχου ὄρινεν ὅλον στρατὸν Ἰνδικὸς Ἄρης.

L. *Βάκχον ὅμιλον* cum Falkenburgio. Nec hoc nunc recte habet XL, 99

Βάκχαι δ' ἀμφαλάλαζον, ἀδηρίτου Διονίσου
δῆριν ἀνευάζουσαι· ἀολλίζοντο δὲ πολλοὶ
ἔγχεσιν οὐτάζοντες ὅλον χρόα Δηριαδῆος.

---

*) *καλός* in Dionysiacis in eodem versu *βούτης καλὸς ὄλωλε, καλὴ δέ μιν ἔκτανε κούρη* quater repetito l. XV, 398 sqq. Attulit hoc Hermannus Orph. p. 818 et verissime observavit hunc totum locum prorsus ad bucolicorum imitationem factum esse. Et idem valebit de eo loco, qui Hermannum fugit, XV, 300: vide modo eius orationis initium, ut statim Theocritus in memoriam veniat: *πρὸς Πανός, φθέγξασθε πάλιν δρύες.* In paraphrasi est *καλός* et *καλῶς* *A*, 185. *K*, 39. *N*, 64. 112. *Σ*, 111. *Θ*, 143 (*καλός* in par. *K*, 49. 117. *A*, 204. *Σ*, 67). — *Ἴσος* prima brevi XX, 29. XXVI, 364. XXX, 216. XXXIV, 281. XXXVIII, 178. XXXIX, 141. XL, 83. 553. XLI, 420. XLVI, 343. par. *A*, 213. *Z*, 19. *H*, 176. *K*, 51. *Λ*, 129. *N*, 139 (*ἴσος* *K*, 125. *M*, 9. *O*, 23). In Dionys. *ἴσος* et *καλός* innumeris locis sunt. Composita cum *ἰσος*, ut *ἰσάριθμος*, *ἰσοφυής*, *ἰσόχραιρος*, cett. ex metri necessitate primam dirigunt: in *ἰσάζειν* et *ἰσάζεσθαι* utraque primae mensura invenitur.

L. *Βάκχοι ἀνεváζοντες.* Hic enim hiatus locum non habet nisi in pede primo, et raro certaque lege in quinto. Quintus enim pes admisit eum in formula Homerica *εἶπον ἐφεύροι* VIII, 113. XVI, 374. XXX, 61, et paucis locis in pronominibus *μοι, σοι, οἱ*, sc. *ὤμοι ἐρώτων* XI, 287. XVI, 331. XLVII, 371. 377. *ὤμοι ἀνάγκης* IV, 62. V, 358. *δός μοι ἐκείνην* XLVI, 285. *μή σοι ἐρίζῃ* XVI, 129. *καί οἱ ἐνίψαι* XV, 287. *καί οἱ ἐδωδῆς* XXIV, 238. *καί οἱ ὑπέστη* XXX, 140. *μή οἱ ὀπωπήν* XXIX, 377. — Apparet igitur ne nunc quidem recte scriptum esse XLI, 336 *τοῦτο γέρας μοι ἔδωκε*, quod plane corruptum exhibuit ed. princeps *γέρας μοις ἔοικε*. — Ne quis erret notamus, in hoc hiatu ut alia in secunda brevi non concessa sic *ῳ* (et *ῃ*) frequens reperiri, *ξείνῳ ἐφεσπομένην*, cett. *Ου* autem nullum est praeter Homericum *οἴνου ἀποβλύζοντος* *).

Solum *καί* exceptum, quod omnes pedes libere admittunt.

Praeter *καί* una est particula non enclitica **), quae in hoc hiatu invenitur, *μή*. Hanc in Dionysiacis, ut regula fert, primo tantum pede admisit nec nisi in formula *εἰ μή*, quae paene pro uno vocabulo est, et in hac etiam rarissime (v. supra s. I). Contra in Paraphrasi et *εἰ μὴ* in primo multo frequentius habet, sc. ter decies, et semel *καὶ μή M*, 185, semel etiam in quinto *οἳ μὴ ἰδόντες Y*, 134. Quod et regulam, quam in vocula *μή* valere vidimus, excedit et quinti pedis analogiam. Huic analogiae respondet *K*, 142 *καί οἱ ἰόντι*, prope accedit *ἐν σοὶ ὑπάρχω*, si scribitur *ἔν σοι ὑπάρχω*. An *Z*, 150 *πᾶς βροτός, ὅν μοι ὄπασσε πατὴρ ἐμός*, et *Σ*, 58 *αὐτὸς ὅπερ μοι ὄπασσε* hoc modo

*) Il. *I*, 491 melius, ni fallor, interpungetur *οἴνου ἀποβλύζων*

**) Dicimus sic, ne ἤτοι et *οὔπω* excludamus, quae occurrunt.

a Nonno profecta sint nescio: sed reprobo Hermanni coniecturam τεθνήκει pro perfecto Λ, 76 ὦ μάκαρ, εἰ παρέης ὅτε Λάζαρος αἴθετο νούσῳ, οὐκ ἂν ἐτὸς τέθνηκεν ἀδελφεός. Utitur enim Nonnus his perfectis pro aoristis *): ἕστηκε XV, 4. XXI, 129. Λ, 129. H, 141. ἔοικε XIII, 220. XV, 397. XXVIII, 311. ὄπωπε V, 396. VI, 130. VII, 129. 263. XII, 43. XVIII, 176. 182. XX, 402. δεδάηκε IV, 275. V, 234. XX, 255. XLI, 368. XLVIII, 685. par. E, 46. Z, 17 et δεδάασι Y, 40. προβέβουλε XIII, 245. XV, 191. XL, 291. par. M, 174. τέθηλε XLVII, 458. βέβηκε IX, 250. XXXIII, 196. XXXVII, 388. par. N, 196 πέπληθε par. Λ, 45. περιδέδρομε I, 345. II, 187. VII, 345. XXVIII, 65. XXIX, 5. XXXVII, 70. 524. XLI, 284. XLII, 55. XLV, 37. προλέλοιπε VII, 215. λέλοιπε XLVIII, 141 **). — De γεγάασι dubitat Graefius XXXIV, 148. Sed confirmatur ex VI, 259. — Hinc τέθνηκε tutum esset vel sine exemplo: sed est τέθνηκε pro „occiderat“ apud ipsum Nonnum Dion. XL, 159: pro „occidit“ apud Musaeum 339. — In hac quaestione praeterea δείδιε „timebat“ in censum venit XXXIII, 221. XLII, 204. 5. Hoc antiquissimum exemplum habet in ipso Homero, unde Buttmannus gramm. II, p 20 attulit Il. Σ, 34: addendum erat Ω, 358. Eodem crebro usus Quintus Smyrnaeus: II, 500. 662. IX, 152. X, 268. XIII, 408. XIV, 363. ὑποδείδιε XII, 488. περιδείδιε H, 430. Sed quod idem dixit περιδείδιες E, 217 apparet has formas Quinto certe pro imperfectis fuisse

*) Horum plurima notavit Wernickius ad Coluthum Bekkeri p. 19. Equidem cum videam tamen paulo me accuratius collecta habere, malui omnia una ponere.

**) Non praeteribo ὤλολε »periit« XLVII, 245, ignotum Buttmanno: quod certe dubitari poterit an non perfectum potius fuerit Nonno quam aoristus.

ex perfecto significatione praesentis praedito ortis, nec *δείδιε* disiungendum esse a formis Buttmanno praetermissis.*) *ἐδείδιε* Quint. X, 450. Nonn. VI, 14. XXI, 64. XXIX, 377. XXXV, 33. XLII, 498. *ὑπεδείδιε* Nonn. XLIII, 11. *ἐδείδιες* Nonn. II, 608. *ἐδείδιον* Quint. V, 282. *ἐπεδείδιον* Nonn. XXVIII, 330 (quamquam *ἐδείδισαν* XXXVI, 197).

Reliqua ad syntacticam confusionem perfecti et aoristi refero, quae apud vinctae**) solutaeque orationis scriptores pedetentim gliscere coepit, sed rara mansit, usque dum apud Byzantinos tersos etiam abunde et cumulate talia aggeruntur. Ex epicis Nonno antiquioribus huc referendum censeas illud *μέμονεν* vel *μέμαεν* Theocr. XXV, 64 (cf. Buttm. I p. 430***). Nam *μέμηλεν* apud Apollonium II, 989 recte mihi in *μεμήλει* mutatum videtur: illo, quo praeterea non usus est, si semel uti voluisset, non in fine versus potissimum adscivisset, quo quidem loco, si fieri potest, plenior forma acceptior. Sic in fine versus scripserunt *ἄλειφαρ*, alioquin *ἄλειφα*, quae egregia Muetzelli observatio est, de Hes. Theog. p. 58. Sic memini in fine versus *οἶδας* solere epicos scribere non *οἶσθα*. Ei sensui iam apud Homerum *οἶδας* debebatur in exitu versus *α*, 337: et altero loco, ubi in exitu est haec secunda persona, *Λ*, 85, *οἶσθα* quidem ferebatur, sed in aliis

---

*) Eidem ignotus imperativus *δείδιε* Quint. VII, 298. 305. Quem Quintum non primum dixisse apparet ex Hesychio: *δείδια* (l. *δείδιε*)· *φοβοῦ, δειλαίνου.* [Hoc loco Quinti post v. 299 lacuna est, quae facile expleri potest ex Od. *ι*, 129]. — *Δειδιᾶν* est ap. Jo. Gaz. *B*, 248, *φρενὶ δειδιόωσα.*

**) Jure attulit Bernhardius p. 379 locum Sotadis ap. Stob. T. 98, 9.

***) p. 429 adde *τετμηότι* Apoll. IV, 156. *ἐσχληῶτες* ib. II, 53.

exemplaribus *οἶσθας*. Utroque loco primitus fortasse fuerat *εἴδεις*, v. schol. ad priorem. — Hinc Od. *δ*, 497 *μάχῃ δέ τε καὶ σὺ παρῆας* (addenda haec forma Buttmanni gramm. I. p. 551) vel insinuavit se pro *παρῆσθα* vel ab initio canebatur: v. schol. Harl. Hinc scripserit Ovidius „clamore perhorruit Aetnē“ Metam. XIII, 877, et item Aetne in extremo versu II, 220. XIV, 340.

Sed, ut ad illa perfecta redeamus, non magis quam illud *μέμηλε* ab Apollonio *κέκευθε* scriptum putamus a Quinto *A*, 1. *Z*, 656. —

Certissimum rei nostrae exemplum est *δέδοικε ἐφοβήθη* apud Hesychium, quod a poeta epico nec citra Alexandrinam aetatem erit. — Apud Nonnum quod laetam segetem effloruisse videmus, id eius aetati in Byzantini aevi confinio positae adscribo. Nam hoc aevo, ut dixi, haec viguerunt. V. e g. apud Procopium *γέγονε* T. I. p. 24, 14 Dind. p. 26, 11. p. 29, 16. 50, 8. 51, 22. 56, 12. 60, 21. cett. *ξυγγέγονε* 331, 9. *τετύχηκε* 26, 17. 83, 3. 115, 10. 161, 4. 219, 8 cett. *ξυντετύχηκε* 21, 10. *ἕστηκε* 332, 5. *οἶδεν* 261, 6. *ἐμπέπτωκε* 342, 1. *μεμάθηκε* 391, 4. *ἐκλελάκτικε* 122, 7. Theophylact. histor. *περιτέθεικε* II, 4 p. 72. *μετείληφε* II. 7 p. 80. *ἐμπέπηχε* I, 8 p. 47, 19. *πέπομφε* II, 8 p. 81. *συντέταχε* II, 10 p. 87, et alia multa, in quibus *γέγονε* non ultimum locum tenet, quod omnino ex antiquioribus est, v. Phylarch. Ath. IV, 20. Dion. rhet. IX, 11 p. 187 Tauchn.*).

Haec confusio profecta erat a tertia singularis, imo, opinor, ultimae litterae similitudine et in secun-

*) Ad Herodoteum *ἐλήλυθε* VIII, 50 adhibendus erat Herodoti imitator Pausanias, qui illo *ἐλήλυθε* usus est III, 5, 4.

dis aoristis maiore etiam congruentia pelliciente furtim aucta et adiuta est: sed transiit etiam ad tertiam pluralis, ex quo genere *γεγάασι* et *δεδάασι* Nonnus praebebat. *γεγόνασι* Procop. T. I. p. 281, 18. *διαγεγόνασι* 97, 7. *ἐμπεπτώκασι* 21, 7. *τετελευτήκασι* 280, 14. *γεγόνατον* Agath. p. 12. *ὅσα ἔδρασάν τε καὶ πεπόνθασι* ib. Quid quod apud Byzantinos ne passivae quidem perfecti formae pro aoristo positae desunt exempla? *πεποίηνται* et *πεποίηται* Procop. I. p. 291, 21. Theophyl. hist. p. 179, 23. *δεδώρηται* Proc. 297, 1. *ἐνδέδειχται* Proc. 193, 11. Apud Agath. e. g. *ἀφῄρηται* p. 11, 15, inter aoristos, item *ἀνῄρηται* 13, 14. *πεποίηνται* I, 3 p. 20, 11. — *τετόλμηται* Theoph. 38, 7. *διείλεκται* id. p. 31, 14. Et talia quidem ex Nonno non notavi: sed aliam video temporum confusionem frequens ei admissam, in qua rursus ad Byzantinos vergit: de qua infra monendi occasio erit.

III.

Hiatus in arsi.

Hunc hiatum raro inveniri apud Nonnum et in formulis tantum quibusdam Homericis, iam alii observarunt. V. in primis Wern. ad Tryph. p. 483. Nos singula enumerabimus. *Ζεῦ ἄνα* I, 334. II, 138. 209. VI, 29. XLIII, 363. XLIV, 214. Et in paraphrasi *ὦ ἄνα* Δ, 49. Ξ, 29: quod in Iliade et Odyssea non est, sed hymn. Apoll. 179, Callim. h. Apoll. 78. *εὖ εἰδώς* I, 8. *αὖ ἐρύειν* I, 209. XII, 388. XV, 332. XVI. 36. XXI, 268. XXV, 240. 477. XXXVII, 327. XL, 330. XLVIII, 825. Hac formula pro „retrahere“ extra rem divinam, ut Nonnus, uti consueverunt Cynegeticorum et Halieuticorum auctores, Hal. I, 309. II, 405. 603. III, 311. IV, 368. 464. V, 174. 192. 202. 357. 610. 679. Cyn. III, 212. IV, 88. 188: quod ante hos raro factum est, ut Callim. h. D. 92, in Homericis bis Θ,

325. *M*, 261 *). *εἰ ἐτεόν* III, 160. 314. XI, 296. XXV, 33. XXXV, 111. XLII, 377. *ἢ ὕπατον* I, 387. *ἢ ὁπότε* XXII, 60. *ἢ ὅτε* XLII, 434. XLVIII, 481. *ἢ ἵνα* par. *N*, 123. Denique relativa cum praepositionibus *ἔνι* et *ἔπι* postpositis. *ᾗ ἔνι* VII, 112. *ᾧ ἔνι* XXVII, 322. XXXI, 280. XXXII, 17. *ᾧ ἔπι* XXIX, 46. XXX, 169. *τῇ ἔνι* IV, 123. VIII, 120. XL, 327. *τῷ ἔπι* XVVI, 192. *τῷ ἔνι* (an hoc loco demonstr.?) V, 181: et eodem modo in paraphrasi.

Quae nunc leguntur ab coniectura profecta II, 641 *φιλλοχόῳ ἅτε μηνί* et III, 226 *σὺν Ἠλέκτρῃ ἐθελούσῃ*, propter hiatum vera esse non posse, iam Graefius indicavit in addendis. Est praeterea *φυλλοχόῳ ἐνὶ μηνί* XXXVIII, 278. Nec hoc verum esse opinor, sed a Nonno scriptum esse *τινί*; dubito enim, an tantum dederit Apollonii imitationi, quamquam aliquid dedisse vidimus, apud quem est *φυλλοχόῳ ἐνὶ μηνί* IV, 217. In *ἕνα* abiit *τινα* apud Musaeum 210 *μοῦνον ἐμοὶ ἕνα λύχνον* —: quem versum hoc modo hiare non Musaeus voluit sed librarii. Illud *τις* sciunt Nonni lectores quantopere in deliciis habeat; nec I, 118 *ἀλλὰ πόθεν μεθέπεις τινὰ παρθένον* recte cum Hermanno mutatum est in *τίνα*.

Caeterum hunc hiatum diu ante Nonnum vitaverunt epici. Quam raro occurrat in carminibus Oppiano inscriptis infra videbimus. Nunc aliud carmen consideremus, in quo huius hiatus ratio recte perspecta summam praebebit utilitatem. Tyrwhittus Hermannusque observaverunt, primum et quintum Manethonis librum non posse eiusdem cum reliquis originis esse. Novissimi deinde editores quantum quartus liber di-

*) In re divina Nonnus dixit *παλίντονον εἴρυσε δειρήν* V, 12. *ἄμφ ἀναστιράζοντες* XL, 526.

screpet significaverunt atque eo rem perduxerunt, ut primum, quartum quintumque librum nec cum reliquis nec inter sese eidem auctori adscribi posse ostenderent. Discedimus prorsus in hanc sententiam: et habemus quo argumenta ab illis allata augeamus. Secundum tamen, tertium et sextum librum uni adscribi posse auctori vix dubitant. Sed ne hoc quidem concedimus. Etenim sextus liber a secundo et tertio discrepat (nec minus a reliquis, praeter quintum: sed ab his omnibus iam aliis rationibus disiunctus est) sed ab illis frequenti hiatu in arsi dissonat. Omnibus omissis hiatibus, qui aliquo modo dubitabiles sunt, ex libri primi versibus CCCL prioribus hos afferimus: *τηλοῦ Ὑπερίονος, ὡρονόμῳ ἐπιτέλλῃ, Σεληναίῃ ἀφίκηται, ᾗ ἑτέρῳ, ἀθρειομένου ὕπερ, ὀϊζυρῇ ἀνέχονται, ὁμοῦ ἑτέρῳ, ᾗ ἑτέροισιν, ᾧ ἔνι, χαλεπῷ ἐν, ὑποχθονίου ᾗ, δυτικῷ ἔνι, γεινομένου ὁπότ', γυνὴ ἀθερίζει, Σεληναίῃ ἀλόχῳ ἔνι, τρέψω ἑτέρην, Ἠελίῳ ἅμα, ζώῳ ἴσχουσι, καὶ ἀπό, φαίνηται αὐτός, ἑοῦ ἀπό, ζώῳ ἐν, τριτάτου ἀπὸ, ᾗ ὁπότ', ᾗ ἴκελα.* His primum contendamus librum secundum, et omnes, quos novissima editio habet, hiatus etiam dubitabiles recensentes ex his DII versibus afferimus hos: 28 *δινεῦνται, οὗς.* 74 *μοίρῃ ἔνι.* 142 *γενέθλῃ. ἐπεί.* 186 *μάχλου ἕνεκεν.* 217 *ἑῇ ὀπί.* 303 *χρυερῷ ἀλέγοντες.* 345 *θανάτου ὀλέσει.* 360 *αὖ ἀλόχοιο.* 415 *μινύθει οἶκον.* 430 *ᾗ ἔτι.* 483 *ἀποχαζομένη Ὑπερίονος.* Sed vel in his sunt quaedam incerta, quaedam aperte falsa, ut 430 *ἤτοι γὰρ δούλῃσι πενιχραῖς ᾗ καί ἀνάγνοις ᾗ καὶ πρεσβυτέρῃσι συνέζευξεν μάλ' ἀεικῶς ᾗ ἔτι καὶ πιναροῖσιν ἐφεζομέναις στυγέεσσιν.* Codex habet *ᾗέ τι*, quod aut ipsum verum est (cf. Nic. Al. 232. 306. 268. 581) aut commutandum cum *ᾗέ τε*, quod pro *ᾗ* legitur v. 493 *). Sensu caret v. 317 *τεύχει καὶ νηῶν ᾗδ' ἱππήων*

*) VI, 238 *ᾗέ τ'*: VI, 106 de Rigleri coniectura.

πρυλέων τε ἡγεμόνας βασιλεῦσιν ἀρηρότας ἢ κατὰ μῶλον ἀνθρώπους κτείνοντας ἔῃ ὀπὶ καὶ δεδαῶτας. Illud ἢ incommodum sane abest a codice et Dorvillio debetur. In ultimis novissimi editores proposuerunt: οἳ κατὰ μῶλον ἀνθρώπους κλίνουσιν ἔῃ ὀπὶ καὶ μεμαῶτας. An sola voce? Hoc ipsi videntur sensisse: quare addiderunt: „Alias pro ἔῃ ὀπί coniecimus ὑπ' ἄορι." Mihi verisimilius videtur: οἳ κατὰ μῶλον ἀνθρώπους κτείνουσιν ἀγηνορίην δεδαῶτας (ut Homericum ἀλκὴν δεδαηκότες). Porro 360 δυσγαμίην τεύχει, ποτὲ δ' αὖ ἀλόχοιο διείργει, necessario scribendum αὖτ': nam sic vel ii scribunt ante vocalem, qui minime huius hiatus parci sunt, ut VI, 141, 203. 344 (cf. III, 77 ταῖς δ' αὖτ' ἀλόχοις *). — Mihi quidem vel hoc certum est, v. 345 ἀλλὰ κακῷ θανάτῳ ὀλέσει πάντως γενετῆρα scribendum esse πάντως ὀλέσει. Attamen nec hoc urgebo nec duos hiatus admodum dubitabiles v. 146 et 415 (v. editores: ultimo loco, si quidem ex mente, editorum restituas, κλῆρον potius exspectes, ut v. 175. 466: fortasse pro eo, quod codex exhibet καὶ πατρώϊον οἶκον emendandum καὶ ἀπώλεσεν οἶκον, cl. Od. δ, 95). Nam vel sic in oculos incurrit, quantum hic liber distet a sexto.

Sequentur hiatus libri tertii, qui sunt versus CCCCXXVIII. 58 ἢ ἵνα. 75 ἦ ἐνὶ πάτρῃ. 145 ἀνερχομένου Ἄρεος. 200 κακῇ ἄλληκτα. 222 ἢ ὁ μὲν (fortasse ἦδ', v. var. l.). 235 ἢ ὁτέ. 258. ἢ ὑπό. 269 κρατῇ, ὁλοός.

---

*) Non totam quaestionem de αὖ et αὖτ' nunc pertractabo: sed Quintum tangam: apud quem αὖ, quod ante vocalem legitur I, 443. III, 409 (δ' αὖθ'). IV, 17. 33. VI, 283. XII, 260, in αὖθ' mutandum esse ex reliqua copia apparet, I, 288. III, 460. 760. IV, 215. 463. 500. 545. VI, 157. VII, 161. 172. 408. 445. 727. VIII, 36. IX, 46. X, 1. XI, 440. XIII, 213. 291. XIV, 154. Magna lex est in hiatu epico, quod in aliis licet, non statim licere in iis, quorum duplex in promtu forma est; quo etiam καί καὶ τ', sim pertinent.

2867 Epp. 309 *Auctiferare*, 441 *Epi vfferare Sempredi*. 2868 *Aelere Aelgere*. 482 *gerihte* 2869 *Gerihte* 2870 *Ealdan*. 414 *ô niwe*. Ex hace a scribe libro discrepare ejusmodi exempla.

Jam compertæ aliquis secundi et tertii libri (74 versibus terminati) lacunæ, quæ sunt quatuor, nec eiusdem generis esse hinc nec numero parem. Dubitabitur certe quemquem secundum et tertium librum pene reliquis paulo similiorem videntur. Attamen apes fundum fecisse hinius, id confirmabunt versus sequentes.

Liber III versus 438—39 versus sequentes.

Liber II versus 262—263 ex versus sequentes.

Hæ igitur officinæ, ut apes hinia, sunt. Machinis nimiis inscitiæ, singulos singulis deberi auctoritas. — Ad Nonnios redimus.

§ 7.

Quod modo mentionem fecimus hinius in *fi* et *ni* scribitur, hanc nobis occasionem ante in quæstione præquisitione postponita Nonnius accutus sit exponendum, quo minus admittere et gradibus a primario notationibus nunquam præpositionem postponeret, et *semper* *penè huius*, *Aelbog hinc*, nunquam absolutamente sed ipsi substantivo postponeret rationem. Nam et ea excipiuntur, quæ propria adverbia sunt, *hwâr*, *hwanân*, *hider*, *hidrê*, *hwonne*, *swegrum*, *hêr*, *hinc*, *hinnan*, *hwonnan*, *hinnan*, *dûn*, *âgen*, *âgen*, *âgen*, *âgen*.[1] Negatio adnexiones tertiam istam unam circumscriptionem habet. Hoc frequens est in *hi*, *hie* et *nihil*, *nihilo*. Versus ut demonstrativum nonnullum pronomen, in

[1] Rite hæcque qui hac notione *hwâ* & *âgelic* (Lucas VII, 13) sed hinius.

etiam ut δ' intercedat, ut τοῖς δ' ἐπί et similia. Deinde ἐς in his: *νύσσαν ἐς ἀμφοτέρην* I, 205. *νύσσαν ἐς ἀρχαίην* XXXVII, 6. *γαῖαν ἐς ἡμετέρην* VIII, 65. *γαῖαν ἐς ἀντιπέραιαν* XI, 415. XXI, 316 (cf. Apollon. IV, 521 *νῆσον ἐς ἀντιπέραιαν*). *πρέμνον ἐς αὐτοκέλευθον* V, 476. *τοῖχον ἐς ἀντικέλευθον* VIII, 191. *δίσκον ἐς ἰθυκέλευθον* XIX, 145. *κύκλον ἐς αὐτοέλικτον* XXXIII, 272 *). *Τμῶλον ἐς ἠνεμόεντα* XXVII, 217. — *πάρ* in *ἀνδράσι πὰρ Κιλίκεσσι* XXVIII, 294. XXXIII, 284. XL, 145. Ab his toto colore simillimis et in versus initio incurrentibus paulum discedit *ἔλθετε πηγὴν Εἰς ἑτέρην* XI, 432. —

In praepositionibus duarum syllabarum rarissima exempla sunt. In his unum maxime mirabile est XLVI, 287, quod tamen nescio quomodo ab anastrophe vindicem: *νεοτμήτοιο δὲ κόρσης Ἀντὶ λεοντείης κεφαλὴν Πενθῆος ἀείρω.* — *Ποδῶν ἄπο μέχρι κομάων* XIII, 26 et *ὀνύχων ἄπο μέχρι κομάων* V, 248 **), quorum ratio facile intelligitur. Praeterea *ἔτος μετὰ τέτρατον* X, 45. Et *καί τινος ἀρχαίοιο σοφοῦ πάρα μῦθον ἀκούσας, ἀνδράσι πὰρ Κιλίκεσσιν ἔχων μόθον ἐγγύθι Ταύρου*, XXXIII, 283. Sed qui huic loco similis est XL, 144 *δαέρος ἡμετέρου παρὰ Μορφέος οἷον ἐκείνῳ ἀνδράσι πὰρ Κιλίκεσσι μεμηλότα μῦθον ἀκούω*, is anastrophen non magis habet, quam paraphr. Y, 125 *ὄφρα πελάσσω μάρτυρ' ἀναμφήριστον ἐς ὀξυτόρων τύπον ἴλων*, vel Dionys. IX, 85 *παιδὶ τεῷ ζώουσα σὺν ἀθανάτῳ Μελικέρτῃ*. Denique eo pertinebit XX, 104 *ὤμοις*

---

*) *κύκλον ἐπ' αὐτοβόητον* IV, 292 falsum est; nam intelligi nequit. L. *κυκλόθεν αὐτοβόητος*. *Κυκλόθεν* circumcirca, ut XXXVI, 325.

**) Idem alibi dixit *ἐκ ποδὸς ἄχρι καρήνου* XLII, 447. XLIV, 44. *Ἐκ κεφαλῆς εἰς πόδας* proverbii loco vulgo dictum v. Aristid. T. I. p. 406 Dind. *ἐς πόδας ἐκ κεφαλῆς* Hom. Ψ, 169.

ἀκαμάτοισι περὶ κληῖδα φυλάσσων φαιδρὸν ἁλιχλαίνων περονήσατο φᾶρος ἀνάκτων, si quidem hoc, quod nunc sensu caret, ita emendare volueris ut legatur *κληῖδι*, h. e. fibula, ut XXXII, 35. XXXVII, 672: quamquam ex hoc ipso loco, quem extremum posuimus, suspicio oritur scriptum illic esse a Nonno: *ὤμοις δ' ἀκαμάτοις χρυσέῃ κληῖδι φυλάσσων* — ea constructione, qua dixit e. g. *ποσὶ δῆσα* XXXV, 285, *σφίγξατε στέρνοισι* I, 36. — *Κατάνην παρὰ λίμνην* XIII, 312. — Quod nunc legitur XXVII, 306 *οὗ μέτα δή* (cod. exhibet *οὐ*) graviore labe affectum est: nec postposita praepositio defendi potest nec illud incommodum *δή*: fortasse *ᾧπερ ἄδην*. Quod XLIII, 118 scriptum est *οὐ μούνης Βερόης πέρι μάρναμαι, ἀλλὰ καὶ αὐτῆς νύμφης ἡμετέρης περὶ πατρίδος*, in editione principe scribebatur *περιμάρναμαι*. Recte: ut XLIV, 185 *οὐ τότε δ' αἰπολίοισι παρήμενος ἢ παρὰ μάνδραις*. XV, 106 *λαιὴν ὀφρυόεντι βαλὼν ἔπι χεῖρα μετώπῳ* scribendum *ἐπί*. Nusquam tmesi usus est Nonnus, nisi XXV, 387 *ἐν μὲν γαῖαν ἔτευξε*, ex Homero Σ, 483, XXXVII, 50 *ἐν δ' ἐτίθει μέλιτός καὶ ἀλείφατος ἀμφιφορῆας* et XL, 113 *ἄνερ, ἀπ' αἰῶνος νέος ὤλεο, κἀδ δέ με χήρην κάλλιπες*, qui uterque versus a capite ad calcem Homericus est, Ψ, 170. Ω, 725: sed *κάλλιπες* adiecit pro Homerico *λείπεις*, quod simile est illi *ἂν δ' Ὀδυσεὺς πολύμητις ἀνίστατο*.

Ex paraphrasi haec digna videntur quae notentur: *χειρὸς ἀφ' ἡμετέρης* K, 104. *σῆμα παρ' αὐτόῤῥιζον* T, 224. *χερσὶν ἐπ' ἀμφοτέρῃσιν* Φ, 18. *ὄϊων ὕπερ* K, 53. 60.

§. 8.

Vidimus modo exemplis quibusdam notabilioribus quam vel regulas graviores migret hic scriptor in locis ab Homero assumptis. Sic admisit formulam *πρὸ*

ἄξεος (locos supra posui §. ō) ex *O*, 351. *Ω*, 783. *κ*, 105. *ω*, 105, in quo solo hoc genus hiatus est: et occurrerunt antea non semel similia. Notavit Wernickius ad Tryph. 307 nullam inveniri duplicem praepositionem apud Nonnum nisi in Homerico *πηνίον ἐξέλκουσα παρὲκ μίτον* VI, 153 (adde XXIV, 213). Cui commode adhibuit illud *ἠράμεθᾱ μέγα κῦδος, ἐπέφνομεν ὄρχαμον Ἰνδῶν* XL, 217 cl. Hom. X, 393. — Diximus supra creberrime usum esse formula *ἔνθα καὶ ἔνθα*, eique secundum semper pedem assignasse, nisi semel, XXXVII, 44

ποίησαν δὲ πυρὴν ἑκατόμπεδον ἔνθα καὶ ἔνθα:

(intelligent autem facile qui Nonni regulas in numerato habent inter primum tantum et secundum pedem ei optionem datam fuisse). Offenderat in eodem versu Struvius in brevi quidem sed in primis copioso libello de exitu versuum in Nonni carminibus p. 20: quippe non convenit cum illis regulis, quos Struvius effecit. Judicat de illo versu vir egregius hoc modo: „quod quoniam formula Homerica est defendi posse quibusdam videbitur. Ego vero aliter sentio. Nam formularum Homericarum et prosodicae licentiae tam rara et obscura in Nonni carminibus sunt exempla, ut praeter hiatum ante ἑ, οἷ simill. reliqua perpauca dubio haud careant. Mihi, nisi altius vulnus versui inflictum sit, fere persuasum est, Nonnum scripsisse *ἔνθα καὶ ἔνθ' αὖ*.“ Quod non est ita: nam nec sic sui similis fit Nonnus, quippe qui *ἔνθα καὶ ἔνθα* innumeris locis dixerit, *ἔνθα καὶ ἔνθ' αὖ* nusquam, et iam perspeximus quantum sibi indulserit in formulis Homericis. Immo vero is versus, quo de agitur, quantus quantus ab Homero est, *Ψ*, 164. Nec parcus Homericarum formularum dici potest (cf. Naeke progr. ad indic. lectiones aestivas 1835 in.): sed si quid se opportune obtulit, haudquaquam defugit. XXXVII, 104 *αὐτόθι*

λαὸν ἔρυκε καὶ ἴζανεν εὐρὺν ἀγῶνα totus versus Homericus, nisi quod is αὐτοῦ. — Ἀλλ' ὅτε δὴ πύματον τέλεον δρόμον XXXVII, 373, totus Homericus Ψ, 373. Item ἴχνια τύπτε πόδεσσι, πάρος κόνιν ἀμφιχυθῆναι ib. 634, Hom. Ψ, 764. — Αὐτὰρ ὁ φορμίζων ἀνεβάλλετο Κύπριν ἀείδειν XXIII, 242 (Hom. καλὸν ἀ.). — Θάμνος ἔην τανύφυλλος, ὁ μὲν φιλίης ὁ δ' ἐλαίης V, 474, cl. ε, 476 δοιοὺς δ' ἄρ ὑπήλυθε θάμνους ἐξ ὁμόθεν γεγαῶτας· ὁ μὲν φυλίης ὁ δ' ἐλαίης. — Ἔνθα τίνα πρῶτον, τίνα δ' ὕστατον ἔκτανε Βάκχος; XXX, 290 et ἔνθα τίνα πρ. τ. δ' ὕστατον ἄϊδι πέμπεν, ex Homericis. ἔνθα τ. π. τ. δ' ὕστ. ἔκτανεν Ἕκτωρ vel ἐξεναρίξας. — Ἦλθε δ' Ἀθήνη οὐρανόθεν· πρὸ γὰρ ἧκε, dein ξανθῆς δὲ κόμης ἐδράξατο Βάκχου, μούνῳ φαινομένη XXX, 253. Cl. A, 96. — Ἤιομεν ὡς ἐκέλευσας — εὕρομεν ἐν βήσσῃσιν XXIV, 148. Cl. κ, 251. — Τῇ ἔνι δαίδαλα πολλὰ βροτῶν θελκτήρια κεῖται VIII, 121, ex duobus versibus α, 337 Φήμις πολλὰ γὰρ ἄλλα βροτῶν θελκτήρια οἶδας, et Ξ, 215 ἔνθα δέ οἱ θελκτήρια πάντα τέτυκτο. — Ἐν δ' ὀαριστὺς πάρφασις V, 122, Ξ, 216. — Ἐν δὲ τὰ τείρεα πάντα XXV, 394. Σ, 485. — Γλυκὺ νέκταρ ἀπὸ κρητῆρος ἀφύσσων XXI, 4. A, 598. — Ὄφρα τις ἐρῥίγῃσι καὶ ὀψιγόνων (στρατὸς Ἰνδῶν, Hom. ἀνθρώπων) XXXVI, 159. Γ, 353. — Τύπτε δ' ἐπιστροφάδην XXVIII, 204. Φ, 20. — Λίγξε βιός XXIX, 290. — τοῖ καὶ κινυμένοιο XXXII, 15. Ξ, 73. — μῆτερ ἐμὴ δύσμητερ XLVI, 194. Ψ, 97. — Οὐκ ἴδον οὐ πυθόμην XLVIII, 834 ψ, 40. Item inveniuntur: σχέτλιοί εἰσι (Hom. ἐστε) θεοί, ζηλήμονες XXV, 340. Hom. ε, 118. ἀλλ' ὅτε δὴ πόρον ἶξον, ὡς (Hom. ὥςει) πτερὸν ἠὲ νόημα, ὕπνου δῶρον ἔλοντο, ἀνεγνάμφθη δέ οἱ αἰχμή, δῶκε μένος καὶ θάρσος, γόνυ γουνὸς ἀμείβων, προὔτυψαν ἀολλέες, σιγῇ ἐφ' ἡμείων, λύτο δ' ἀγών, ὃ γὰρ γέρας ἐστὶ θανόντων, διζημένη εἴ που ἐφεύρῃ et alibi solum εἴ που ἐφεύροι, τῆς πρώτης (Hom. τῆς μὲν ἴης) στιχὸς ἦρχε et alia. σημάντορος οὐ παρεόντος paraphr. K, 48.

Utinam vero omnes servatos haberemus, quos Nonnus imitatus est. Nam quorundam, in quibus semel aut iterum aliquid non usitatum sibi admisisse invenimus, causas perspiceremus: ut supra ex Apollonio talia quaedam ei inhaesisse offendimus *). Quod tamen ita intelligi nolim, quasi non quaedam inscio putem in consuetudinem fere constantem abire potuisse, sed eam ipsam ob causam accidere, ut hic illic etiam commoditate quadam dicendi invitante aliorsus ferretur. Observavi eum post ὄφρα μέν in apodosi solere τόφρα δέ dicere I, 321. III, 184. V, 552. VII, 137. XV, 87. XVII, 137. XVIII, 68. 329. XXI, 201. XXI, 315. XXIV, 69. XXXII, 100. XXXV, 100. 225. XXXVIII, 321. XXXIX, 6. 360. XLIV, 189. XLIV, 255. XLVIII, 571. par. *E*, 26: bis tamen dixisse τόφρα sine δέ, III, 410 XXI, 105. In hoc facile credam et legem et exceptionem imprudenti natam esse. Nam nec ad metricae nec ad grammaticae penetralia hoc attingit, nec ita haec vel spissa vel singularia, ut quamquam patet quo inclinaret aliquoties declinasse mirandum videatur. — Caeterum in Nonno, qui tam multos aliorum versus et integros et dimidiatos trans-

*) Quam pauca servata habemus Euphorionis: attamen totus versus est ἀγχίαλον Βραυρῶνα κενήριον Ἠριγενείης fr. LXXXI, qui recurrit apud Nonnum XIII, 166, ut Meinekius indicavit. Alia imitatio in vocabulo πρηνίζειν eidem viro docto indicata fr. XVI. Item in usu adiectivi ἐνοσίχθων, de quo mox dicam, hunc videtur potissimum auctorem secutus, fr. CXL, et eiusdem γλαυχῶπιν ἐλαίαν expressit. — In Aristarcho meo p. 105 neglexeram notare, quae ex Nonno prolata sunt, ἔννεπεν et εἶπεν, haec Callimachea esse, illud Dian. 86. Del. 205, hoc Cer. 57. Pall. 93. ep. I, 6. Poteram addere ἡ μὲν ἔφη Nonn. I, 344. II, 163. Callim. Del. 249. Pall. 82. ὣς ἔνεπεν Callim. Dian. 158. Duos vero locos Homericos, Ω, 643. σ, 356, in quibus a solito poetae more paulum discessum est, mihi praetermissos fuisse indignor.

sumpsit, optime cernitur, quod alibi monitum est, ex crebra imitatione non continuo de scribentium inopia colligi debere, sed haec cum doctrinae, tum ornatus causa libenter admissa esse. Nam Nonnus profecto inops verborum non est: ut in versu fundendo insignis est, sic toto epicorum apparatu insigni facilitate utitur, ut tamen suum colorem, quem ipse sibi invenit, non exuat: in utroque genere cum aetatem ad peiora prolapsam agnoscas, tum hominis non artificium tantum sed ingenium.

Memorabilis apud epicos imitatio est quae similium litterarum consonantia per aures potius quam per mentem subnascitur. Sic Nonn. *στατὸν ἴχνος* XIV, 369. XV, 3, Hom. *στατὸς ἵππος. Ὅπως ἕνα κῶμον ἀνάψω* XVIII, 304. Hom. *ἐθέλοις δέ κε μῶμον ἀνάψαι. Ἀλλὰ μάλ' οὐ Μήδειαν* Apollon. III, 751, Hom. *ὅττι μάλ' οὐ δηναιός.* Adiectivum *ἐγρεσίοικος* Maneth. IV, 325 ex *ἐγρεκύδοιμος.* Hom. Il. *Θ*, 11 *ὃν δ' ἂν ἐγὼν ἀπάνευθε θεῶν ἐθέλοντα νοήσω*, Il. *O*, 348 *ὃν δ' ἂν ἐγὼν ἀπάνευθε νεῶν ἑτέρωθι νοήσω.* Il. *Ω*, 335 *σχέτλιοί εστε θεοί, δηλήμονες*, Od. ε, 118 *σχέτλιοί ἐστε θεοί, ζηλήμονες.*

§. 9.

Hac observatione utor in commentatione de versu 152 l. XIV, ubi de Centauris legimus

ἐνὶ σκοτίῳ δὲ μελάθρῳ
πολλάκι πηχύναντο πεπηλότι κοῦρον ἀγοστῷ,

et perfectum *πεπηλότι* pro praesenti positum eo magis attendimus cum ex coniectura sit Scaligeri pro eo, quod sane ferri nequit, *πεπηγότι.*

In usu perfectorum pro praesentibus*) parum vi-

---

*) Ad Thomam M. 264, quem Matthiae citat, cf. Max. Plan.

dit Bernhardius p. 379. Ne alia dicam, ut quod τεθαύμακα significare docet „ich bin ein Bewunderer“, id quod nunquam significat, non debebat prae aliis ei mirum accidere illud Plutarchi *ἐσπουδακότα καὶ νήφοντα τὸν λόγον.* Nam nihil in hoc toto genere magis Graecis familiare est quam ἐσπούδακα dicere pro σπουδάζω.

Aristoph. Ran. 813 *ὡς ὅταν γ' οἱ δεσπόται ἐσπουδάκωσι, κλαύμαθ' ἡμῖν γίγνεται.* Plat. Phaed. 64. D *φαίνεταί σοι φιλοσόφου ἀνδρὸς εἶναι ἐσπουδακέναι περὶ τὰς ἡδονὰς καλουμένας τὰς τοιάσδε, οἷον σιτίων τε καὶ ποτῶν;* Amat. 132. A *κύκλους γοῦν γράφοντες ἐφαινέσθην καὶ ἐγκλίσεις τινὰς ἐμιμοῦντο τοῖν χεροῖν ἐπικλίνοντε καὶ μάλ' ἐπουδακότε.* Item 137. c. — Theag. 127. D *ὦ Δημόδοκε, τὸ μὲν ἐσπουδακέναι σε οὐ θαυμάζω, εἴπερ οἴει ὑπ' ἐμοῦ μάλιστ' ἄν σοι τοῦτον ὠφεληθῆναι· οἶμαι γὰρ οἶδα, ὑπὲρ ὅτου ἄν τις νοῦν ἔχων μᾶλλον σπουδάζοι ἢ ὑπὲρ υἱέος αὐτοῦ, ὅπως ὡς βέλτιστος ἔσται.* Philem. Ath. 288. e *περιτρέχει κύκλῳ τηροῦσα τοῦτο, καταπιεῖν ἐσπούδακεν.* Lucian. gymnas. c. 9. *ἀλλὰ πάνσεμνα, ὦ Σόλων, κατέλεξας τὰ ἆθλα καὶ ἄξια — — — — τοῖς ἀγωνιζαῖς ὑπερεσπουδακέναι περὶ τὴν ἀναίρεσιν τῶν τηλικούτων.* ib. 12 *εἰ καιρὸς ἦν, ὦ Ἀνάχαρσι, Ὀλυμπίων ἢ Ἰσθμίων ἢ Παναθηναίων, αὐτὸ ἄν σε τὸ γιγνόμενον ἐδίδαξεν, ὡς οὐ μάτην ἐσπουδάκαμεν ἐπὶ τούτοις.* Dio Chr. I. p. 528 R. *ἀφικνοῦνται δὲ καὶ πρὸς τὰς πανηγύρεις οἱ μὲν ἱστορίας ἕνεκεν τῶν τε ἄλλων θεαμάτων καὶ τῶν ἀγώνων, καὶ τούτων ὅσοι (οἱ?) σφόδρα ἐσπουδα-*

Bachm. An. II. p. 13. — »ὅτι εἰσὶ παρακείμενοι οἵτινες σημείωσιν ἐνεστώτων λαμβάνουσιν ἀεί, ὡς ὁ δέδορκα, δέδοικα, πέφρικα· εἰσὶ δὲ ἄλλοι οἵτινες ἀεὶ ἐπὶ παρεληλυθότος λαμβάνονται, ὡς τὸ πέπονθα (hoc est pro praesenti etiam) καὶ πεποίηκα· εἰσὶ δὲ καὶ ἄλλοι οἵτινες ἐνίοτε μὲν ἐπὶ ἐνεστῶτος, ἐνίοτε δὲ ἐπὶ παρεληλυθότος« Anecd. Barocc. in Mus. phil. Cantabr. 1833. V. p. 431.

κότες εἰς τὸ πρᾶγμα, διατελοῦσιν οὐδὲν ἄλλο πράττοντες ἐξ ἑωθινοῦ. Epictet. I, 10, 1 *εἰ οὕτω σφοδρῶς συνετετάμεθα περὶ τὸ ἔργον τὸ ἑαυτῶν, ὡς οἱ ἐν Ῥώμῃ γέροντες περὶ ἃ ἐσπουδάκασι, τάχα ἂν τι ἠνύομεν καὶ αὐτοί.* Id. I, 25, 2 *περὶ ἃ ἐσπουδάκαμεν, τούτων ἐξουσίαν οὐδεὶς ἔχει· ὧν ἐξουσίαν οἱ ἄλλοι ἔχουσι, τούτων οὐκ ἐπιστρεφόμεθα.* Ath. 569. a *ἐπιτιμᾷ δὲ καὶ Ξέναρχος ἐν Πενταέθλῳ τοῖς παραπλησίως σοι βιοῦσι καὶ ἐσπουδακόσι περὶ τὰς μεγαλομίσθους ἑταίρας.* Paus. IV, 36, 3 *ἐσπουδάκεσαν δὲ ἄρα οἱ τότε πλοῦτόν τινα συλλέγεσθαι τοιοῦτον, ἵππων καὶ βοῶν ἀγέλας.* Epict. I, 11, 27 *οἷον καὶ ἐν Ῥώμῃ τινὰ ἦν τὸ κινοῦν ὥστ' ἐγκαλύπτεσθαι τοῦ ἵππου τρέχοντος, ᾧ ἐσπουδάκει.* Ath. 445. d *κατ' οὐδὲν γὰρ τὸν πατέρα Φίλιππον ἐμιμήσατο. οὔτε γὰρ περὶ γυναῖκας ἐσπουδάκει οὔτε φίλοινος ἦν.* Id. 607. f *ἐσπουδάκεσαν δὲ καὶ οἱ βασιλεῖς περὶ τὰς μουσουργούς.* Id. 668. d *ὅτι δὲ ἐσπούδαστο παρὰ τοῖς Σικελιώταις ὁ κότταβος δῆλον ἐκ τοῦ* — Phil. Her. 706 *τοιοῦτοι γάρ ἐσμεν τὰς ἀρετὰς, οἷοι Τροίαν μὲν ἐσπουδακότες λαβεῖν, Κρήτην δὲ παίζοντες.* 721 *ἐσπουδακυίᾳ τῇ φωνῇ* *).

Et mirandum hoc eo minus fuit, cum sit ex eo genere verborum, quae praecipue eo inclinant, ea dico quae vehementiorem corporis vel animi motum et affectum significant, ut *ὥρμηκα* et *ὥρμημαι*, *ὅρωρα*, *τέτρηχα* (non praetermittendum erat Buttmanno lex. I, 213 pro re sua Opp. Hal. V, 244), *πεπότημαι* (v. Ar. Nub. 318. Hom. *B*, 90. *λ*, 222, cett. Quintus *ποτᾶτο, αι* et *πεπότητο, αι* eodem modo) et *πέπταμαι* (Quint. VII, 333. VIII, 55. XI, 114 etc.) *πεφόρημαι* (Apoll. *I*, 84 cett. Cyneg. IV, 407), *ἐπτοίημαι*, *πεφόβημαι*, *πεφυζότες* **),

*) Hinc *ἐσπουδακότως* Phil. vit. Apoll. p. 355. *Ἐμμανέως ἐσπουδακότως* Apoll. lex. Hom.

**) Nescio quomodo Buttmannus p. 17 T. II dicat *πεφυζότες*

δέδοικα et δέδια, ἔολπα, γέγηθα, κεχάρηκα et κεχάρημαι, κεχόλωμαι, τεθύμωμαι*), μέμαα et μέμονα et μέμηνα, λελίημαι**), πέφρικα, ἔῤῥιγα, τεθάρσηκα***), τέτληκα, τεθάμβηκα, τέθηπα, τεθαύμακα, βεβίηται Ther. 270. πεπόνημαι et πεπόνηκα (πεπονηκυίᾳ προσφορᾷ Phil. vit. Ap. p. 240), πεφρόντικα †), μέμηλα et μεμέλημαι, τετεύτακα rep. 521, ἐσπούδακα, et horum genus πέπονθα. Ad quam ipsam classem retuleris verba clamandi et strepandi. In quibus omnibus inest ex naturali statu interno impetu (unde ad media multa inclinant) etiamsi externa causa egressum esse. Primum affectus introitum Latini per verba in sco exprimunt, Ovid. Metam. XIV, 214 perque dies multos latitans omnemque tremiscens ad strepitum: stupesco, obstupesco, pertimesco, extimesco, horresco, concupisco, medium irascor: quamquam abusi sunt illis et ad affectum iam inhaerentem

---

non verbali significatione fesse apud Homerum. Est »fugientes cum pavore,« ut recte veteres explicant. Cum accusativo est apud Nonn. XXVI, 24 *Ληριάδην δ' ἐνόησα πεφυζότα θῆλυν Ἐννώ*. Et Nic. Ther. 128. Ibid. et p. 248 non meminerat Buttmannus formae *φυζηθέντας* Ther. 823.

*) Ael. h. a. II, 20 *κέρατα ἀκλινῆ καὶ ὀρθὰ ἔστηκε ταύροις ἅπασι, καὶ διὰ ταῦτα ὡς εἰς ὅπλον ὁ ἄνθρωπος οὕτω τοι καὶ εἰς κέρας ὁ ταῦρος τεθύμωται.*

**) *λελίησαι* Maxim. 59. 459 (vel Orpheus fr. Lob. 414) *λελίητο* Apollon. III, 1158. IV, 1009. *λελίηντο* ex egregia Hermanni emendatione Lith. 118.

***) *ἀποτεθάῤῥηκα* Xen. Oecon. 16, 6. *ἐπιτεθάῤῥηκα* Sext. Empir. gr. §. 270. *προφέρεσθαι δὲ ταῦτα δεῖ οὐ τεθαῤῥηκυίᾳ τῇ φωνῇ* Schol. Il. X, 20. *ἀῤῥωδεῖν τὸ καταφρονεῖν καὶ τεθαῤῥηκέναι* Ammon. p. 25. *θάρσυνος ἡ διπλῆ ὅτι ἀντὶ τοῦ τεθαρσηκυῖα* Ariston. *II*, 70. — Hom. *I*, 420 dubium est utrum significet »animos ceperunt« an »animati sunt.«

†) Alexis Ath. 395. b *λευκὸς Ἀφροδίτης εἰμὶ γὰρ περιστερός. Ὁ δὲ Διόνυσος οἶδε τὸ μεθύσαι μόνον. Εἰ δὲ νέον ἢ παλαιὸν οὐ πεφρόντικεν.*

etiam transtulerunt. Graeci ubi ipsum affectus introitum indicare volunt vel satis habent, non in praesenti acquiescunt sed aoristum adsciscunt: *ἔφριξ' ἔρωτι, περιχαρὴς δ' ἀνεπτόμαν: ἀνέπταν φόβῳ* Antig. 1306. Ad quem Graecorum morem Terentius dixisse videtur illud „Syre tibi timui male" Heautont. III, 2, 20.

Jam si illud Nonni

ἐνὶ σκοτίῳ δὲ μελάθρῳ
πολλάκι πηχύναντο πεπηλότι κοῦρον ἀγοστῷ

dictum esset intransitiva verbi *πάλλειν* significatione, ut est e. g. *ὁ δελφὶς ἔπαλλε* apud Euripidem (v. Passov.), prorsus ex horum similitudine perfecto usus esset. Sed cum non hoc significetur, sed potius concutiente, agitante manu, comparaverim hoc cum *κεκοπώς*, quod Il. *N*, 60 probavit Aristarchus prae altera lectione *κεκοπών*, notans *ὅτι ἀντὶ τοῦ κόπτων*, et *πεπληγώς*, quod est pro praesenti aliquoties apud Homerum (cf. Ariston. *O*, 730), Quint. Sm. III, 548. IV, 359, quodque ut *κεκλήγοντες* in praesentis formam transiit (addendum Buttm. gr. II. p. 20*) apud Nonnum XVIII 327 *Δηριάδην στεφανηδὸν ἐμπρώσαντο βοείαις, τεύχεα, πεπλήγοντες.* Proprie non potest perfectum pro praesenti esse in iis verbis, quorum significatio est actio alterum afficiens: sed haec, quod coniuncta sunt cum commotione agentis, ad illa, de quibus antea expositum est, se accommodasse videntur.

Sic illud *πεπηλότι* ratione defensum videatur: nam, si auctoritatem codicis quaeris, ut iam significavi possit aliquid dubitationis esse. *Πεπηγότι*, quod codex habet, stare nequit: sed ubi memineris III, 340 fuisse *παιδοκόμῳ πήχυνα γεγηθότι κοῦρον ἀγοστῷ*,

---

*) Item addendum *περίχοντας* Cyneg. II, 244. *τετρήχοντα* Nic. Ther. 72.

quaeretur an eadem hic Nonni manus fuerit. Mihi non videtur; nam quod illic de muliere aptissime dictum, in hunc locum minus cadere videtur. Quare quod praeterea paulo propius accedit ad cod. vestigia probo equidem *πεπηλότι* et Nonnum se ipsum imitatum esse puto „per assonantiam“, qua de re supra diximus.

Hoc loco commemorabo, quod sane commemorabile, Nonnum tertia persona plusquamperf. pass. saepe uti pro imperfecto. Sic *κεκόρυστο* XIV, 99. 108. 193. 227. 398. XX, 257. XXV, 169, etc. *ἠέξητο*, *ἀνηέξητο* et *ἀνηέξηκτο* IX, 200. X, 178. IV, 427. XIV, 182 *). *κεκύλιστο* XVII, 212. 289. XLVII, 128. *μεμέθυστο* XVIII, 133. *κεχάρακτο* V, 53. *ἐνεστήρικτο*, *ἐπεστήρικτο*, *κατεστήρικτο* III, 22. VI, 384. XXII, 237. XXXVI, 187. *ἐπεσφήκωντο* III, 50 (v. III, 22—50.) *ἐπέπηκτο* et *ἐβέβλητο* XVII, 337 et 339, *ἧστο* consedit VIII, 196. et alia: nec videtur id certis verborum generibus proprium esse **). *δεδόνητο*, *πεπότητο*, *πεφόρητο* frequentia: haec non mira, quippe quorum perfecta pro praesentibus sunt: item *ἠώρητο*: et unum alterumve praeterea. Sed quod longius patet is usus, ut vidimus, quamcunque originem habet, is Byzantini aevi mos est. *ὀρώρυκτο* Procop. T. I. p. 61, 19. *ἐπεποίητο* 103, 6. *ἐδέδοκτο* 113, 22. *διώριστο* 133, 18. *ἠξίωτο* 300, 14. etc. *διέῤῥει καὶ ἀνετέτραπτο* Agath. I, 14 p. 43, 8. *ἐπῆρτο καὶ ἐπερ-*

---

*) Buttm. gr. II. p. 84 dicit praeter praesens et imperfectum vocabuli *ἀέξω* nihil inveniri. Sed *ἠέξησε* est Nonn. VIII, 104. IX, 100. XXI, 260. Maneth. III, 78. *ἀεξήσουσι* XII, 24. *ἀνηέξησε* VIII, 183. IX, 312. *ἀεξήσειε* VII, 135. XXIX, 339. *ἐνηέξησε* Nic. Al. 102. *ἀεξήθη* IX, 168. XXXII, 66. XLV, 150. *ἀεξηθείς* cett. XIII, 100. Opp. Hal. V, 464. Apollon. Rh. II, 511. *ἠέξητο* et *ἀνηέξητο*, — *ηντο* locis Nonni supra citatis. *ἀεξήσεσθαι* Apoll. Rh. III, 837.

**) Secunda persona *πεπέδησο*, quae nunc ex coni. legitur pro *πεπέδητο* XLII, 197 vereor ut defendi queat.

ῥώννυτο I, 15 p. 45. 20. ἐπεποίητο Theoph. Sim. Hist. I, 8 p. 47, 21. II, 6 p. 78, 7. II, 9 p. 83, 16. II, 12 p. 92, 13. IV, 6 p. 171, 13. IV, 7 p. 172, 15. ἐτέτραπτο I, 2 p. 37, 22. ἐπεπέρασto I, 9 p. 51. 4. κατεπέπαυτο I, 10 p. 53, 11, cett. Et ut haec apud Nonnum et posteriores passim prorumpunt, sic apud priores paene delitescunt. Philost. vit. Ap. p. 155 ὧν οἱ μὲν γυμνοὶ ἐθέροντο, οἱ δὲ ἐκ βιβλίων ἐσπούδαζον, οἱ δ' ἀπὸ στόματος ἤσκηντο, οἱ δὲ ἤριζον. Heroic. p. 714 ᾠδήν τε γὰρ τῆς λύρας τὸν Παλαμήδη ἐπεποίητο καὶ ᾔδεν αὐτὸν ὅσα τοῦς προτέρους τῶν ἡρώων. Caeterum multis locis inspectis et perpensis non dubitavi haec pro imperfectis esse, non pro aoristis: id enim sane non nihil dubitationis habet. Quibusdam locis πεπότητο et πεφόρητο ita posita esse, ut non videantur esse posse nisi aoristi, scio: ὣς φαμένη πεπότητο, avolavit, XX, 99. XXIX, 362. XXXIV, 99, cf. πεφόρητο VIII, 369. XI, 43. Sed primum video his simile esse Homericum βεβήκει, quod compluribus locis situm, ubi ἀπέβη potius exspectas: deinde vid[illegible]ud Nonnum omnino multo latius patere imperfect[illegible]iam apud priores.

Sic saepe in similitudin[illegible]erfectum ponit (post ὡς ὅτε et ὡς) I, 72 sqq. 3[illegible], 12. 494. XX, 173. XXII, 176. 342. 353. XX[illegible] 154. 160. XXXIV, 255. XXVIII, 124. XLII, [illegible] Quod rarissime apud antiquiores epicos inveni. [illegible] II, 291 εἰσαφίκανε, quod in hac re memorabi[illegible]emplum est. Quint. VIII, 167 ἀλλ' ἅτε πρὶν [illegible]ει ἀπείριτος οὔρεϊ μα-χρῷ, XIII, 396 ἀλλ' ὥσπερ [illegible]ν αὖον ἐν οὔρεϊ ὑλήεντι εἰστήκει — quae scripsit il[illegible]Homericum cogitans P, 435 ἀλλ' ὥστε στήλη μένει [illegible]ον, ἥτ' ἐπὶ τύμβῳ ἀνέ-ρος ἑστήκει —, ubi idem i[illegible]fectum in comparatione est, sed in relativa enur[illegible]one secundaria, qua ratione idem ἑστήκει recurr[illegible]pud Homerum X, 469, apud Quintum VIII, 90 c[illegible]m est οἱ δ' ὑπόειχον ἐοι-

κότες αὐαλέοισι θάμνοις, οὓς ὁλοοῖο πυρὸς κατεδάμνατ' ἐὐτμὴ ῥηϊδίως —

Porro huc pertinet Aristarchea lectio *ὀρώρει* pro *ὄρωρεν* Hom. Il. *Π*, 633 *τῶν δ' ὥστε δρυτόμων ἀνδρῶν ὁρυμαγδὸς ὀρώρει — ὥς.* — Nam ea, quorum manca et parum expressa coniugatio est et imperfecti aoristique usus coaluit excludamus, quamquam nec eorum, quae huc referam, permulta notavi: *ἴαχον* (*Ε*, 860. *Ξ*, 148 v. Apollon. III, 1370. 1). *ἐπέχραον Π*, 252. *ἀπηύρα Λ*, 115. 454. *ὤχετο* Hal. II, 417. *παρέσχεθε* Hal. III, 302. *ἔσσυτο* ib. IV, 398. V, 361. *Ἀνακήκιεν* pro *ἀνακηκίει* in nonnullis ferebatur Il. *Ν*, 705 *).

§. 10.

Nunc agamus, quod antea differendum erat. Particulae *τε* angustis finibus circumscriptum esse usum in Nonni Dionysiacis significabam §. 6, I, p. 269. Jam qua ferri po[illegible] accuratius evolvamus. Sed primum ceder[illegible] §. *δεδόνητο* loci[illegible] quo coniectura immigravit: [illegible]aec non mira, quippe q[illegible]aefii coniectura illatum stare [illegible]bus sunt: item *ῥώρητο*: [illegible]mentis Struvius ostendit de Sed quod longius patet i[illegible] Sine iusta causa importatum que originem habet, is By[illegible]37. Necessario porro cedat, Procop. T. I. p. 61, 19[illegible]r, XXXII, 222. XIII, 272. 113, 22. *διώρισται* 133, 18[illegible]ur, hic sententia, quae op- *καὶ ἀνετέτραπτο* Agath. I, [illegible]sententia postulante proscri-[illegible]am Graefio observatum est.

*) Buttm. gr. II. p. 84 dici[illegible]scriptione II, 385 ab Hervocabuli *ἀέξω* nihil inveniri. S[illegible]pulchra Cunaci coniectura 100. XXI, 260. Maneth. III, 78. 183. IX, 312. *ἀεξήσειε* VII, 1[illegible] 102. *ἀεξήθη* IX, 168. XXXII, 66[illegible] explicuit haec imperfecta, quae 100. Opp. Hal. V, 464. Apollon[illegible]– Hes. Theog. 10, 269? Adde- *— ηντο* locis Nonni supra citatis[illegible]is conturbatus videretur. Apud

**) Secunda persona *πεπέδησαι*[illegible]dere non debebat, v. ib. 27. *πεπέδητο* XLII, 197 vereor ut de

non habebit quo defendatur. XLII, 386 de Syringe *νόθῃ δοναχώδεϊ μορφῇ καὶ φύγε Πανὸς ἔρωτα, πόθους δ' ἔτι Πανὸς ἀείδει*, sic enim in cod. scriptum est, mihi optime dictum videtur. Certe *τ'*, quod Graefius posuit, nec linguae nec sensui oppositionem postulanti satisfacit. Item *δέ* locum suum tenere debebat XIV, 128: ut ex sequentibus etiam clarius patebit. Recte contra stabit his locis, quorum rationem et ut se ipsi tueantur quivis facile perspiciet.

XXXV, 373 *ἀμφότερον φθονέω τε καὶ ἄχνυμαι.* XXVIII, 2 *ἀμφότεροι γάρ, Φαῦνος Ἀρισταῖός τε, μίαν συνέλασσαν ἐννώ.* XIX, 229 *ὃν πάρος ἄμφω, Σθεινώ τ' Εὐρυάλη τε.* XXI, 218 *ἐπεὶ διδυμάονι μορφῇ εἰσὶ νόθοι ταῦροί τε καὶ ἀνέρες.*

XXXVII, 563 *ἕλκων ἑλκόμενός τε* *). XVIII, 401 *ὄλβον ἄγων χάλυκάς τε φέρων ἕλικάς τε τιταίνων.* XLVII, 69 *κλάσσαι βοθρῆσαί τε βαλεῖν τ' ἐνὶ κλήματα γύροις.*

Ex catalogorum more transsumpsit hoc I, 227 *στρατὸς αἰόλος, οἵ τε Βορῆα καὶ Λιβὸς ἕσπερα νῶτα καὶ οἳ λάχον ἄντυγας Εὔρου καὶ Νοτίους ἀγκῶνας.* Ubi *οἵ τε* est quidem ex Falkenburgii coniectura pro *εἵτε*, sed ea certissima. IV, 336 *ἐκ δὲ Κορωνείης Ἁλιάρτιον οὐδας ἀμείβων Θεσπιέων τε πόληα βαθυκνήμους τε Πλαταιάς* recte ab Rhodomanno *τε* scriptum pro *δέ*; idem versus est in catalogo XIII, 70.

In enumerationibus nominum propriorum non defugit particulam *τε*: neque solum in catalogis populorum pugnantium admisit, sed aliis quoque libris. XXXII 186 *Λίβιαλος Θύαμίς τε καὶ Ὀρμένιος καὶ Ὀφέλτης*, et duobus subsequentibus versibus similiter: XXVIII, 112

---

*) Opp. Hal. V, 197 *ἕλκων τε καὶ ἑλκόμενος.*

Τυνδάριός τε Θόων τε καὶ Ἀντεσίων καὶ Ὀνίτης, XXIV, 260 Ἠέλιον καὶ Λύχνον ἀναγκαίην τε Σελήνην. XXIV, 225 Σειληνὸς Σάτυρός τε σὺν εὐθύρσῳ Διονύσῳ. XXXIII, 222 Εὐρυπύλην Στερόπην τε Σόην τ' ἤμησε μαχαίρῃ, καὶ Σταφύλην ἐδάϊξε, ἐρευθαλέην τε Γιγαρτὼ οὔτασε, καὶ — ubi hoc enumerandi studio, quod attendas, vel novum verbum post τε admisit *). In hoc igitur genere nihil offensionis habebit Λωγασίδην θ' scribere pro Λωγασίδην XXXVI, 282, quod Graefio necessarium videtur. Attamen aliquot etiam aliis locis in enumerationibus particulae locum dedit. XXXII, 25 εἶχε δὲ πέτρον ἐκεῖνον — καὶ λίθον — καὶ λίθον Ἰνδῴην — κυανέην θ' ὑάκινθον. XXXVII, 117 πρώτῳ μὲν θέτο τόξον Ἀμαζονίην τε φαρέτρην καὶ σάκος ἡμιτέλεστον Ἀρηιφίλην τε γυναῖκα. XLII, 168 πάντων γὰρ κόρος ἐστὶ παρ' ἀνδράσιν, ἡδέος ὕπνου, μολπῆς τ' εὐκελάδοιο, καὶ ὁππότε κάμπτεται ἀνὴρ εἰς δρόμον ὀρχηςῆρα (cf. Il. N, 636 πάντων μὲν κόρος ἐστὶ, καὶ ὕπνου καὶ φιλότητος, μολπῆς τε γλυκερῆς καὶ ἀμύμονος ὀρχηθμοῖο). XVIII, 11 τὸν μὲν ἰδὼν ἐπιόντα καὶ ἀργυρόκυκλον ἀπήνην παρδαλίων τε λέπαδνα καὶ ἡνία φαιδρὰ λεόντων Βότρυς ἀκερσεκόμης ἀνεσείρασεν ἅμα τοκῆος. XX, 229 ἀπτολέμου δὲ Βάκχου [illegible] quod le que originem Procop. T. 113, 22. διώ καὶ ἀνετέτραπ

γυναικείους τε χιτῶνας πορφυρέους καὶ ἴ κυκλάδα μίτρην — φυλάξομεν. XX, 297 εὐόπλον ἐγερσιμόθους τε γυναῖκας ἐγγύθι ὼν καὶ δίφρα λεόντων — XVIII, 5 Καὶ τύρων στρατιὴν ἀσίδηρον ἀκούων ὄργιά τ' εὔϊα θύσθλα Λυαίου, Βάκχον ἰδεῖν μέ-

*) Buttm. gr[illegible] vocabuli ἀέξω nil 100. XXI, 260. M 183. IX, 312. ἀ 102. ἀεξήθη IX, 1 100. Opp. Hal. V — ηντο locis Nonn

**) Secunda pe πεπέδητο XLII, 19

I, 49 ἔννεπε· καὶ γενετῆρος ὅλον πόνον Βασσαρίδων τε φάλαγγας ἀπείρονας, ἃς καί Σατύρων φύξηλιν ὅλον ςρατόν, εἶπε νίην μάστιγα τινασσομένου Διονύσου·

καὶ κυνύρην σπαίρουσαν ὑπὲρ δαπέδοιο Γιγαρτώ, Κωδώνην τ' ἀγόρευε προώριον· αἰδομένη δὲ πένθος ὁμοῦ καὶ κάλλος ἐπέφραδε Χαλκομεδείης.

Eodem refero alios quosdam locos, ubi duo tantum nomina per „et“ coniuncta sunt in enuntiationibus per *δέ* (vel *καί*) et verbum procedentibus, maxime in n. propriis: XI, 311, ubi non minus totius loci character enumeratio est; XXXVI, 148: et duos locos V, 235, VII, 93, quibus propter hanc similitudinem recte *δέ* cum *τε* commutatum opinor, nisi quod priore post v. 236 versum excidisse verisimilius. Sed XL, 279 vereor ne iam res ipsa suadeat ut post 278 versum aliquot praeterea Indiae bona enumerantem excidisse putemus. Et erit fortasse qui in eundem ordinem referri velit II, 396. VI, 215. VI, 220. Mihi aliter videtur: his enim locis non tam enumeratio est quam descriptio, deinde in his eadem formula est, sc. ab initio versus *Αἰτναῖοί τε τένοντες* (nam *δέ*, quod cod. h. l. habet, stare non potest), *Ἰνδῷοί τε τένοντες, ἀρχτῷοί τε τένοντες*, et ecce eadem formula recurrit XIII, 420 *ἐκ δὲ καρήνου Αὐχενίου τε τένοντος ὀπισθοκόμων ἐπὶ νώτων — πλοκαμῖδες ἔῤῥεον.* Quare suspicor hanc ut formulam admitteret certam ei causam fuisse, ignotam mihi, nisi quod probabile videtur, alius poetae imitationem esse.

Porro *τε* aliquoties adhibitum, ubi eiusdem versus duae sunt partes aequabiles eisdem casibus partibusque orationis recurrentibus. In hac forma versus duo haec membra coniungit per *τε* in fine quarti pedis positum. Loci, quos huc refero, hi sunt: XLIV, 317 *εἴκελον Ἀχταίωνι φιλοσκοπέλῳ τε Κυρήνῃ.* XXXIII, 15. *Κωδώνην δ' ἐνόησε μινυνθαδίην τε Γιγαρτώ.* Quamquam haec in prioribus etiam locum invenire possint. XXIV, 102 *Βασσαρίδων δὲ φάλαγγα κορυμβοφόρους τε γυναῖκας.*

269. XLII, 329: XLIII, 34. XI, 215. 248. VII, 194. I, 206. 226. X, 9. XIV, 154. XXXIX, 309. I, 262. [Jo. Gaz. I, 71. 109. 287. Silent. I, 11]. Quae post alteram lineolam posui, in his imperativus est: in hoc etiam Nonni mos fert *δέ*, v. e. g. I, 461. XV, 315. 351. 359. XVI, 210. XXX, 275. XXXI, 269. XLVIII, 165.

Et si in his III, 144, 150. XXIV, 127 — XXXII, 144. XXI, 73. XVI, 141, et in nomine ib. 142, nunc liberalior velim esse, vereor ne haec ipsa ubi Nonnum relegero mihi repetenda sint.

Caeterum iam quaedam ex hoc genere, in quo verba coniunguntur, recte correxit Graefius, *δέ* pro *τε* inducens, XX, 29. XXI, 286. XXIV, 319. XXXIII, 15. XXXIV, 271. XXXVIII, 125. quibus locis obscurus quidam sensus lectione acquisitus virum acutum ad consuetudinem scriptoris sui vocabat. Nam XXIV, 237. XXXVI, 97 hac mutatione opus esse quivis sentire poterat.

In Joannis Gazaei ecphrasi, qui sunt hexametri 702, *τε* invenio his locis: II, 35 *οἷά τε* pro adverbio ex frequenti more Nonni, II, 284 *ἥ τε*, ib. 57 *ἐγὼ δ' ἐπιέλπομαι εἶναι Εὐρώπην Ἀσίην τε, μεριζομένας ἐνὶ γαίῃ*. Denique 148 per coniecturam illatum, quam falsam dicere iam nemo dubitabit.

§. 11.

Hinc recta ducaris ad Nonni eiusque imitatorum morem et consuetudinem struendarum et coniungendarum periodorum. Nos quamquam eo nunc non progredimur, tamen vel hac, quam modo peregimus, disputatione futuro editori aliquo modo succurrimus. Et si usquam multis oculis opus est in hoc amplo nec uno modo impedito scriptore opus est. Adeundus mihi

paulo ante erat Naekii libellus de Nonni imitatione Callimachi. Mentionem facit ibi p. V de XXXVII, 423

τοῖον ἀπερρύσίβδησεν ἀγήνορα μῦθον Ἀχάτης,
κερτομέων· Νέμεσις δὲ τόσην ἐφθέγξατο φωνήν.
καὶ σχεδὸν ἤλυθε Φαῦνος —

Quid pro corrupto ἐφθέγξατο *) restituendum sit dubitat: Graefio autem quod occurrit ἠλέγξατο quis probabit! Attamen ex Nonno ipso probabilis, imo vix dubitabilis emendatio peti poterat: dixit enim de Nemesi XV, 394 μέμψατο. Scribemus igitur h. l. ἐπεμέμψατο, quo composito usus est, VIII, 351. XLII, 453.

L. III, 52 hoc legimus:

ἐπ' αἰγιαλοῖσι δὲ ναῦται
ἀστορέας ψαμάθοισιν ἐπετρέψαντο χαμεύνας.

Non offensum est in illo ἐπετρέψαντο: at quis defendere conetur? Quid verum sit ab ipso Nonno accepimus XXIV, 334

ἕτεροι δὲ χυτῆς ἐφύπερθε κονίης
δέρμασιν αἰγείοισιν ἐπεστορέσαντο χαμεύνην.

Praeterea nihil magis ex Nonni more esse potest quam ἀστορέας στορέσαντο, ut ἀτερπέϊ τέρπετο λύθρῳ, ἀθελγέα θέλξον ὀπωπήν, σπείρων ἄσπορα νῶτα, et alia multa vel paria vel simillima.

XXV, 534 καὶ ψυχραῖς γενύεσσι παλίνσοον ἆσθμα τιταίνων.

H. l. Graefius: „παλίνσοον nove dictum: an παλίσσυτον?“ Non scripsisset hoc modo, si tum praesto fuisset v. XXXVII, 295 διχθαδίῳ μυκτῆρι παλίμπνοον ἆσθμα τιταίνων.

Non animadversum vitium, quamquam ubi semel animadversum fuerit nemo non intolerabile esse concedet I, 110, ubi mirantur spectantes taurum Europam vehentem:

---

*) τόσην ἐφθέγξατο φωνήν recte e. g. infra v. 496.

ταῦρε, παρεπλάγχθης μετανάστιος· οὐδέ κε Νηρεὺς
βουκόλος, οὐ Πρωτεὺς ἀρότης, οὐ Γλαῦκος ἀλωεύς.

Quis ferat illud κε? Emendatio facilis: *οὐ πέλε.*

Nec erit qui monitus ferat in Typhoei oratione II, 276

μαστίξω Βορέην, κλονέω Νότον, Εὖρον ἰμάσσω,
καὶ Ζέφυρον πλήξαιμι, καὶ ἤματι νύκτα κεράσσω
χειρὶ μιῇ.

Immo vero *χειμερίην.* Cf., ut hoc utar, Paul. Sil. ecphr. I, 49.

XXI, 103 *ὄφρα μὲν Ἐννοσίγαιος, ὑπὸ χθόνα λάβρος ἀήτης,*
νερτερίων κευθμῶνα μετεχθίζωσεν ἐναύλων.

Non ipse Neptunus dici potest Ventus, sed tantummodo tridente vibrato illos infernos ventos excitat, quibus terram inflatam moveri volunt, v. 95 sqq. Cic. fragm. Div. I, 11 Aut cum se gravido tremefecit corpore tellus. Ovid. Met. VI, 697. Sed vide Ideler. ad Aristot. Meteor. II. c. 7. Scribendum igitur *ἐννοσίγαιος ὑπὸ χθ. . . .* Et transtulit hoc Neptuni epitheton ad alia Nonnus etiam alibi: *ἐννοσίγαιος ἐχέτλη* I, 327: quod idem fecit in gemino *ἐνοσίχθων.* II, 41. XXX, 4 XLVIII, 383 *ποδῶν ἐνοσίχθονι παλμῷ*, XXV, 513. XLIII, 337 *μελέων ἐνοσίχθονι παλμῷ*, similia *). Cf. Lob. Agl. 857. XXI, 288 *ἐνοσίχθονα παλμὸν ἀρούρης* de illo ipso motu terrae. *ἐνοσίχθονι σιδήρῳ* de aratro II, 67. In hoc ille auctorem habuit Euphorionem, qui et *ἐνοσίχθονι ἀρότρῳ* et *γλαυκῶπιν ἐλαίαν* dixerat, ut iam alii annotarunt. (Mein. fr. CXL). Hoc expressit III, 98 *γλαυκωπὸν ὑπὸ σκέπας ἅβρὸν ἐλαίης.* Caeterum his epicis adiectivis, sive Dis sive hominibus

*) Nonni exemplum per assonantiam diffinxit Jo. Gaz. *πιν.* 8. *ἐνοσίφρονι παλμῷ.*

rebusve apud Homerum solis et praecipue tribui solitis, omnibus Nonnus liberrime utitur: sed pauca erunt, quibus non ante eum iam alii, partim antiquissimi. De quo loco longior disputatio est quam otium. Nam finis huic dissertationi imponendus est: hoc tamen facile dici potest, quod modo occurrit, cum in ultimo libro *ποδῶν ἐνοσίχθονα παλμὸν* quaerebamus, quod XLVIII, 348 emendatione editum est *ἰκμαλέας ξαθάμιγγας ἀποσμήξασκε κομάων* pro *ἀποσμήξασα*, et ib. v. 399 ubi *ψαύεσκε* emendatum, additum est „neque *ψαύσασκε* in dubium vocandum," id non ita certum esse. Nam imperfectis in *σκον* et in Dionysiacis et in Paraphrasi Nonnus non ita paucis utitur, aoristo nullo. Quare tutius certe erat alterum, *ἀποσμήξασα* retinere lacunamque post hunc versum statuere: quae medicina huic scriptori tot aliis locis rectissime adhibita est. — XLV, 104 *Σικελόν τινα μῦθον*, quod Falkenburgius coniiciebat ex sententia, recipiendum erat, non *ἴκελον* retinendum ex codice: nusquam *ἴκελος* dixit Nonnus, semper *εἴκελος*.

Dissertatio V.

De Halieuticorum et Cynegetico-rum discrepantia.

Prodiit nuper Caroli Beckii libellus, quo incerti auctoris poemation ad Calpurnium Pisonem scrpitum Statio vindicare studuit. Et quamvis sint in eo carmine, quae illam suspicionem movere possint, attamen aliquid absonum ab Statio percipere videbar. Nec falsus eram. Nam primum caesura post primum dactylum sequente maiore pausa (id quod apud aurei saeculi poetas rarissimum esse videtur) et apud hunc poetam et apud Statium non raro invenitur, ita tamen ut cum his 260 versibus eiusmodi exempla, si largiter numeres, viginti invenias, apud Statium equidem diversis operum partibus pari numero versuum ad calculum vocato non facile citra viginti octo eiusmodi caesuras invenerim, ultra triginta non raro. Deinde hi 260 versus, si exceperis „necesse est“ v. 14 et „quare age“ v. 259 nullam habent elisionem, unde, quamquam non hinc solum esse arbitror, summa est qua hoc carmen auribus blanditur suavitas: at Statii carmina quocunque loco evolveris, elisionibus parce usum esse nusquam invenies.

Hinc certissimum, illud poemation Statio non posse attribui.

Multa in utroque, de quo nobis tractare propositum, carmine similia esse neminem fugit; imo iure dici debet, Cynegeticorum auctorem Oppianum strenue imitatum esse: quod vel in quibusdam levioribus intelligitur, quae praeter hos duos haud facile ex epicis afferas. Sic aoristus *φραξάμενος* passiva significatione Hal. I, 260. II, 363. Cyn. IV, 7. Forma *νηδύμιος* Hal. III, 412. Cyn. IV, 330. 371. Nec iniuria videor mihi huc referre declinationem *ὠμηστῆρος*, quam certe praeter Lith. 640 Nonn. II, 337. XXVII, 52. XIV, 80 (nam XV, 142 falso legitur) apud hos duos tantum epicos inveni. Hal. IV, 624. V, 324. Cyn. II, 252*). — *διπλά* Hal. IV, 657. Cyn. II, 449, cui hic superaddidit *ὀστά* I, 268**). *σφάς* Hal. II, 231. Cyn. I, 471: quod praeterea ex epicis unus habet Homerus (nec tragicis videtur vindicari posse). Formae in *φι* exeuntes apud plerosque recentiorum vix dici potest quam raro inveniantur***). Apollon. Rhod. *ἐπ' ἐκριόφιν* I, 566 et *ἐπ' ἐσχαρόφιν* II, 493 †). Callim. h. Jov. 36 *γενεῇφι*. Dian. 77 *βίῃφι*. *ὑπὸ ζεύγλῃφι* Dian. 162. Theocr. XXV, 138 *βίῃφι*. 207 et 253 *ἑτέρῃφι*. Mosch. *ὑπὲκ νηδυιόφιν* IV, 78. Arat. Phaen. 588 *ἶφι πεποιθώς*. Dios. 248 *ἐπ' αὐτόφιν*. Nic. Ther. 409 *ἀϊδρείῃφι*. 931 *ἀπὸ χρομ-*

---

*) Apud Apollonium IV, 672 duo codd. *ὠμηστῆρσι* pro *ὠμηστῆσι*, quod eo minus verum est, cum hic dativus ne apud hos quidem *ὠμηστῆρσι* sit, sed *ὠμηστῆσι*, Hal. I, 705. Cyn. I, 118. 431. III, 111. Nec nominativus est *ὠμηστήρ*, sed *ὠμηστής*, Nonn. XIV, 95.

**) Sic scrib. pro *ὀστᾶ* Lucian. Tragodop. 166 *ζώων ἁπάντων ὀστά, νεῦρα, δέρματα.*

***) *νόσφι* excludo.

†) Quam de industria vitaverit, ex eiusmodi locis intelligi potest, II, 1061 *ἀνθέμενοι κεφαλῇσιν ἀερσιλόφους τριταλείας*. 1071 *ἀμφὶ δὲ χαλκείας κόρυθας κεφαλῇσιν ἔθεντο.*

μυόφι*). Dion. Perieg. 1113 ἐπὶ κράτεσφιν. Lith. 60 ἀπὸ ςήθεσφιν. Orph. Arg. 1088 ὑπὸ κρατερῇφι βίηφι. 828 ἴφι μάχεσθαι. Manetho ἴφι II, 311. Poeta de vir. herb. 16 κρατερῇφι βίῃφι. Ab Nonno eiusque imitatoribus has formas exsulare, observavit Wernikius ad Tryphiodor. — Tzetz. Anteh. 31 ἐπ' αὐτόφιν.

Unus Quintus non multa habet, sed paulo plura, Homerica omnia: κατ' ὄρεσφι II, 470. V, 388. VIII, 364. ὄρεσφιν XIII, 258 (ἠΰτε πόρτιν ὄρεσφιν, Hom. ἠΰτε κίρκος ὄρεσφιν et ὡς δ' ὅτε νεβρὸν ὄρεσφιν) XIV, 7. κυδιόων ἵπποις καὶ ὄχεσφιν II, 206 (Hom. ἵπποισιν καὶ ὄχεσφιν ἀγαλλόμενος). Nam ἀμφ' ὀχέεσφι II, 169. VIII, 235 eum scripsisse forma inaudita aegre credimus nec (quod quis ad excusandum proferre possit) falsa lectione, quae quidem hodie in codd. est Il. *E*, 722, illum deceptum esse valere putamus. — ἐκ θεόφιν III, 429. ἐπ' ἐσχαρόφιν III, 456. ἀπὸ νευρῇφιν X, 210. (cf. Il. *Θ*, 300. 309) βίῃφι VIII, 205. XIII, 492. βοὸς ἴφι δαμέντος IV, 338 (quod conflatum ex Homericis ἴφι δαμέντα et βοὸς ἴφι κταμένοιο).

Jam vide quae sunt in nostris carminibus:

Hal. κατ' ὄρεσφι I, 227. 709. V, 12. κεφαλῇφι II, 152 (ὑπὲρ κεφαλῇφιν ἀερθείς, Hom. ἐπὶ στεφάνην κεφαλῇφιν ἀείρας) V, 391. IV, 610 (nam necessario h. l. sic leg. pro κεφαλῇσι). — Cyn. ὄρεσφιν II, 77. κεφαλῇφι II, 94. 184. 330. ἀγέλῃφι II, 46. παλάμῃφι 66. 357. ἀναιδέες ἴφι μάχεσθαι IV, 115. τοί τ' ἀνδράσιν ἴφι μάχονται ib. 55. (Hom. A, 151 ἢ ἀνδράσιν ἴφι μάχεσθαι). ἀνάγκῃ ἴφι δαμάσσας III, 377 (cf. v, 142

*) Hoc, ut nunc certe etiam ἀϊδρείῃφι et νηδυιόφι, antiquum exemplum non habet. Miror etiam duplex μ. Sic maluit κρομμύων Alexiph. 431, cum tamen Homerus dixisset κρόμυον ποτῷ ὄψον. Opp. Hal. III, 173 κρομύοισι.

ἀνάγκη ἶφι δαμέντας). Denique (*ὑπὲρ*) *δειρῇφι* I, 176: quod videtur ipse finxisse *).

Eiusmodi loci, quibus Cynegeticorum scriptorem Halieutica ante oculos habuisse apparet, satis frequentes sunt, e. g. Cyn. I, 81: Hal. III, 30. Cyn. I, 190: Hal. III, 31. Cyn. II, 28: Hal. III, 481. Cyn. II 360: Hal. V, 560. Cyn. II, 518: Hal. I, 159. Cyn. III, 107: Hal. I, 702 sqq. Cyn. III, 122: Hal. II, 333. Cyn. III, 131: Hal. I, 715. Cyn. III, 237: Hal. IV, 211. Cyn. IV, 217: Hal. III, 380—395. Cyn. II, 306. Hal. I, 263, quem ante oculos habuisse maxime testatur v. 313, quamquam verba exempli sui de industria vitavit **). Similitudines ab illo sumsit I, 494 cl. Hal. IV, 196 sqq., II, 314 cl. Hal. V, 84 sqq. — Quod in Cynegeticis legitur III, 448

καὶ νέκυν αὐτίκ' ἔθηκ' ἀποφώλιον, ἐκπτύουσαν,
πευκεδανὸν θανάτοιο φίλον, ζαμενῆ χόλον, ἰόν,

id expressum est ex Hal. I, 560

τῇ ἕνι λοίγιον ἰὸν ἀπήμεσε, πάντα δ' ὀδόντων
ἔπτυσε πευκεδανὸν, ζαμενῆ χόλον, ὄλβον ὀλέθρου.

Sed uterque locus corruptus est. Et pro *ὄλβον ὀλέθρου*, quod prorsus ineptum est, facile se offert *ὅπλον ὀλέθρου* v. v. 578. (cf. *ὅπλον* II, 463. 477). Quod si

---

*) II, 6 *ἰξυόφιν* iure in *ἰξυόθεν* mutatum iit Schneiderus, ex Arat. Phaen. 144. — Has formas, utpote antiquitatis quadam robigine affectas, non omiserunt parodi, ut Lucian. Piscat. 1 *ὡς πήρη πήρηφιν ἀρήγῃ* ex Hom. *ὡς φρήτρη φρήτρηφιν ἀρ. B*, 363. Hermipp. Ath. 480. c. *Χία δὲ κύλιξ ὑφοῦ κρέμαται περὶ πασσαλόφιν.* Apud Homerum phorminx sonora suspenditur *ἐκ πασσαλόφιν*, Od. *ϑ*, 67. 105. —

**) II, 410 in laudibus Amoris totus discessit ab eiusdem argumenti tractatione Hal. IV. in.

probatur, nec improbabimur Cynegeticorum versum hoc modo refingentes:

πευκεδανὸν θανάτοιο βέλος, ζαμενῆ χόλον ἰοῦ.

χόλος ἰοῦ, ut *χολόεις ἰός* I, 381.

Cyn. II, 403 legitur

ἀλλὰ καὶ ὀθνείοις ἐπεμήνατο ὑψόθι φίλτροις.

Illud *ὑψόθι* nec sensus fert nec versus. Brunckius coniecit *πολλάκι*, Hermannus (Orph. 739) *νειόθι*. Sed agnoscetur continuo vera lectio, ubi dixero profectum esse ab auctore *βυσσόθι*. Attamen lectioni per se certissimae in imitatore aliquid accedit etiam momenti ex *βυσσόθεν* Hal. IV, 17: *ἐξακοῦσαι βυσσόθεν οἰμωγήν* *)

Sed in utriusque carminis similitudine non diutius morabor, quamvis plura afferri possint etiam caventi, ne quid his duobus proprium dicatur, quod si plura eiusdem aetatis carmina haberemus fortasse tum vulgatum fuisse appareret: equidem, id quod acturus eram, ad discrepantiam pergo.

I.

Versuum spondiacorum aequus fere numerus est, et eadem fere proportione, qua apud Apollonium, Argonauticorum et Lithicorum scriptores inveniuntur. Item cum multis recentioribus epicis id commune habent, ut duos spondiacos subsequentes minime defugiant, Hal. I, 37. 38. 217. 218. 386. 387. 477. 478. 580. 581. II, 600. 601. 614. 615. 638. 639. 656. 657.

---

*) Hal. I, 413 *Οἵη σὺν φιλότητι διαχρίνας ἐκέδασσας Αἰθέρα τ' αἰγλήεντα καὶ ἠέρα καὶ χυτὸν ὕδωρ, Καὶ χθόνα παμμήτειραν, ἀπ' ἀλλήλων δὲ ἕκαστα.* Hiatum in *δὲ ἕκαστα* Hermannus fert, Orph. p. 738. Sed non constat sensus. Mihi videtur scripsisse: *ἀπ' ἀλλήλων δέ τ' ἔνασσας.*

III, 78. 79. 118. 119. 371. 372. 542. 543. IV, 159. 160. 258. 259. 490. 491. 585. 586. 612. 613. 676. 677. V, 122. 123. 146. 147. 324. 325. 332. 333. 399. 400. 426. 427. Cyn. I, 265. 266. 347. 348. 358. 359. 386. 387. 449. 450. II, 64. 65. 167. 168. 332. 333. 359. 360. 550. 551. III, 30. 31. 70. 71. 100. 101. 180. 181. 220. 221. 340. 341. 355. 356. 381. 382. IV, 112. 113. 428. 429. — Apollon. Rh. I, 444. 5. 561. 2. 688. 9. 1115. 6. 1164. 5. 1183. 4. 1231. 2. 1316. 7. II, 187. 8. 546. 7. 700. 1. 752. 3. 845. 6. 976. 7. 992. 3. 1164. 5. III, 133. 4. 528. 9. 538. 9. 830. 40. 1265. 6. 1269. 70. 1398. 9. IV, 192. 3. 462. 3. 663. 4. 683. 4. 897. 8. 989. 90. 1226. 7. 1284. 5. 1310. 1. 1651. 2. — Ut unum praeterea carmen lustremus, apponam Lithica 209. 210. 224. 5. 239. 40. 741. 2. Sed ut hoc frequentissimum, sic tres subsequentes spondiaci apud Apollonium semel inveniuntur IV, 1191. 2. 3, in Lithicis semel 540. 1. 2, in Argonauticis Orphei nomine inscriptis nunquam, nunquam in Manethonianis, nunquam in Halieuticis, — at in Cynegeticis ter, I, 76—78. 201—203. III, 403—405. Quid quod semel ad quattuor progressus est? I, 50—54, *ἀπομηρύσασθαι, εἰρύσασθαι, δηρίσασθαι, ἰξευτῆρι.* Nam *δηρίσασθαι*, quod Ballu ex codd. recepit, prae *δηριάασθαι* commendatur et reliquis aoristis, quibus respondere debet, et quod eodem vocabulo alibi versus suos concludit, ut I, 205. III, 455.

Hos recentiores epicos versus spondiacos solere vocabulo quattuor syllabarum concludere, aliis quibusdam formis rarius uti quam veteres, id in universum iure dici potest, ut monitum est a Muellero, de cycl. ep. excurs. p. 146. Intercurrit hic illic vox syllabarum sex, in Hal. I, 570 *ἐπιγηθήσαντες.* 682 *ἐπιτιμητῆρες.* 787 *περιλιχμάζουσι.* II, 214 *ἀποπειρήσαιτο.* 650 *περιλιχμάζουσι.* III, 194 *ἐπιτεχνάζοιο.* 607 *ἐπιμηνίουσαι.* IV, 258 *περιμοχθήσωσι.* 259 *περικωκύοντες.* V,

379 *περικυκλώσωνται.* In Cyneg. I, 50 *ἀπομηρύσασθαι.* III, 405 *δόλον τ' ἐπετεκτήναντο* (quod habet ab Apollonio I, 1295 *δόλον συνετεκτήναντο*). Vides, quamquam Cynegetica 1362 versibus breviora sunt, quam non constet utriusque carminis ratio.

Apollon. I, 395 *διεμοιρήσαντο.* 876. *προτιμυθήσασθαι.* 1295 *συνετεκτήναντο.* II, 284 *διεδηλήσαντο.* 936 *ἁλιμυρήεντος.* III, 579 *διαδηλήσωνται.* 973 *ἐνιπεπτηυῖαν* (vel *περιπ.*). 1266 *μεταπαιφάσσεσθαι.* 1300 *ἀναμαρμαίρουσαν.*. IV, 284 *διετεκμήραντο.* 607 *ἐπιτερσαίνονται.* 663 *ἐπιφαιδρύνουσαν.* 944 *ἐπικαχλάζεσκεν.* 1538 *ἀπετεκμήραντο.*

In Lithicis nullum eiusmodi exemplum est, in Orphei Argonauticis unum, 1208 *κυανόπρωροιο*, in Manethonianis compluria, sed in primo libro nullum.

Trium syllabarum vocabulo Apollonius usus est his locis: I, 66 *θεοπροπίαι οἰωνῶν* *). 541 *ἐπὶ δὲ ῥόθια κλύζοντο* **). II, 552 *ἀρασσομένων πετράων.* 568 *ὑπὸ σπιλάδας τρηχείας* ***). 592 *βιαζομένων ἡρώων.* 675 *Ὑπερβορέων ἀνθρώπων.* 977 *Ἀμαζόνια κλείεσθαι* †). IV, 3 *προτερηγενέων αἰζηῶν.* 1165 *δυηπαθέων ἀνθρώπων.* 1192 *ἀριπρεπέων ἡρώων.* 1641 *μελιηγενέων ἀνθρώπων.* Dicendus est igitur Apollonius haec rarissime admisisse: tulit aliquot locis *αἰζηῶν* et *ἀνθρώπων*, quibus apud antiquos hic locus paene proprius dici potest, admisit pauca quaedam alia partim item vetere exemplo: *ἀρασσομένων πετράων*, *βιαζομένων ἡρώων*, sive ipse finxit sive ex antiquis versibus mutuatus est, item ut *ῥόθια*

---

*) *ἀθρώτερον ἢτ' οἰωνοί* π, 216. *ταχέες τ' οἰωνοί* ξ, 133.

**) *ἐπ' ἠϊόνος κλύζεσκον* Ψ', 61.

***) *B*, 717 *Ὀλιζῶνα τρηχεῖαν.*

†) Hes. op. 1 *ἀοιδῆσι κλείουσαι.*

χλύζοντο pingendi caussa posuit *). Attamen Oppianus etiam parcior fuit. Etenim semel admisit, I, 478 *βαρυνομένων ὠδίνων*. Contra qui Cynegetica scripsit: II, 3 *ἀγασθενέων ἡρώων* (vides rursum Apollonii imitatorem). 179 *λεπταλέον κώλοισιν*. III, 4 *ἀμειψάμενος Κουρῆτας*. III, 52 *λεοντοκόμων αἰζηῶν*. 135 *ἀκοντοβόλων αἰζηῶν*. 369 *περισσολόφων πηλήκων*. IV, 177 *μεγαθύμων αἰζηῶν*. 346 *ἀφυσσάμενοι κρητήρων* **). Quae ad Apollonii, ne dicam Oppiani rationem permulta sunt. Caeterum est ex recentioribus, qui a trisyllabis vocabulis multo etiam minus sibi temperavit, imo creberrime admisit. Nam cum in Lithicis semel hoc inveniatur, v. 240 *σταχυηπλόκαμος Δημήτηρ*, in Manethonianis certe non ultra quinarium numerum II, 74 (*χαρασσομένου Κριοῖο*) 468 (*μεγαληνορίαις χαίροντας* ***) 621 (*ἀφιστάμενοι δεικήλων*) V, 97 (*γεινόμενοι ἀτῶνται*) VI, 237 (*μεσουρανίῳ δεικήλῳ*) auctor Argonauticorum, qui Orpheus dicitur, *ἄνθρωποι, ων* cett. habet his locis, 504. 613. 664. 1007. 1010. 1117. 1142. 1204. 1367 (in quibus adiecta etiam epitheta fere Homerica sunt), praeterea *Ἡρακλῆος θείοιο* 121. 228. *εὐρυβίην Τρίτωνα* 341. *μιγαζομένους ἥρωσιν* 345. *δικαιοτάτου Κενταύρων* 381. *ἐϋγνάμπτους ἀγκύρας* 499. *χρυσάλαις προυχούσαις* 501. *εἰρεσίης μινώοντο* 625. *εὐθαλέες λειμῶνες* 751, ex coniectura satis ut videtur certa. *Ψαφαρὸν δίκταμνον* 922. *ἀριφραδέως Μήδεια* 939. *ἐπισταμένη Μήδεια* 958.

---

*) Quint. XIV, 302 scripsit *κατὰ βλεφάρων ἔχυντο*, non — *ρων χεύοντο*. [Ib. v. 299 *ἡμετέρῳ ἐνὶ μαίνεται αἵματι*, scripsit *ἔτ' ἰαίνεται*].

**) *μ*, 152 *καθήρατε δὲ κρητῆρας*. Sed *κρητῆρος ἀφύσσων* Λ, 598. *ι*, 9.

***) IV, 611 *κινδύνων κρυερῶν τε καὶ ἀλγεινῶν ἐχθράων* ex coniectura est. Potius scribendum erat *ἐχθράων ἀλεγεινῶν*. Cod. *κρυερῶν τε καὶ ἀλγεινῶν τε καὶ ἐχθρῶν*.

ἀποιχομένην Μήδειαν 1026. *πολυκλαύτων τ' αἰγείρων* 956. *Χαρανδαίων αὐλώνων* 1050.

Ex didacticis Marcell. Sidetes saepissime 9, 14, 18, 21, 22, 34, 48, 57, 66, 70: sed omnia in nominibus piscium.

II.

Aliquammultum interesse in utroque carmine in correptione ante mutam cum liquida, monuit Hermannus Orph. 760. Et profecto qui exempla ante oculos habet incredibilem paene differentiam intelligit. Tot sunt in Cynegeticis exempla ut omnia enumerare pigeat. Videamus potius, quod et iucundius et utilius est, qualia sint. Primum in Halieuticis paucissimis, quae deinde ponam, exceptis correptio fit in fine vocabulorum: ante *δράκων* I, 169. 731. II, 459. 541. V, 585. Ante *βραχίων* III, 304. 337. IV, 159. Ante *τράπεζα* II, 221. III, 225. Ante *τρίαινα* III, 88. V, 151. 255. 439. Ante dat. plur. *βρόχοισι* II, 270. III, 588. Ante *πρόσωπον* V, 233. Ante *τριηκόσιοι* I, 83. Ante *χρέμπτες* et *πρέποντες*, quae sunt piscium genera, I, 112. 146. Ante *κράδη* (quod saepius Nicander habet) I, 310. — Praeterea *αἴθοπι χροιῇ* I, 133. (v. Nic. Al. 76. 613. Ther. 322. 754). *εἰσόκε τρυχόμενον* II, 139. *οὐδ' ὅγε πρίν* (Il. *Α*, 97) I, 715.

In medio vocabulo *ἀλλοτρίαισιν* et *ἀλλοτρίας* I, 326. II, 245. *ὅπλων* I, 578. *κυκλάμινον* IV, 659 (Nic. Ther. 945. fr. II, 71). Ergo non admisit fere nisi quae aliter versus non ferret (et pleraque Homerico vel Hesiodeo exemplo niti intelliges, quaedam ex didactica poesi Alexandrinorum adhaeserunt): in mediis vocabulis rarissime et eadem conditione, praeter unum *ὅπλων*. Liquida denique est *ρ*, praeter *κυ*

κλάμινον et *ὅπλων*. Hae igitur eaedem leges sunt, quas sibi Nonnum scripsisse cognovimus. Quae non valent in Cynegeticis. Ea apponam, quorum correptionem in mediis vocabulis admisit. *ὑγρός* I, 88. *πικρόν, ούς, ήν* I, 93. II, 258 III, 459. *βότρυν* I, 127. *λυγρούς, ήν, οί, ῷ, ή* II, 20. 361. 369. III, 209. 225. *λάβρῳ, ον* II, 66. IV, 169. *ἄκρα* III, 330. *ἀθρεῖς, ἀθρήσαις* III, 222. IV, 157. *κυκνῶν* IV, 392. *ἄγριον* (?) II, 50. *ὀνάγρων* II, 12. *ἀγρυπνίῃ* III, 511. *ἀλλοτρίας* IV, 318. *ὑψικρεμὴς* IV, 93. 216. *ἱπποδρόμων* I, 174. *ἡμιβρότων* II, 7. *χρυσομίτρη* II: 2. *γεγραμμένα* I, 477. — *Ὅπλα* I, 121. IV, 61. *διπλοῖς, ῆν, οῦν, ῶν* II, 500. III, 254. 338. IV, 127. *ἔκλεψεν* III, 175. *νυκτιπλανῆτιν* III, 268, *ἀμοπλάται* I, 409. *ἀνεπλάσσατο* III, 168. *ἐνέκλεισε* IV, 272. *ἐγκατέκλεισε* 423. (*Πολυπλανέα* IV, 358 recte Brunck. mutavit in *πουλύπλανα*, cf. I, 292 *πουλυψηφῖδα* IV, 388. *πουλύχροα*). — *Λιχμαίνει* III, 174. *ἴχνη* I, 102. *τέχναις* II, 503 *).

Ante consonantes, quae non habent liquidam, correptio est in Halieuticis in *ἠδὲ σκίαιναν* I, 132. *δειλήν τε σκίαιναν* IV, 596. *ὑπ' ἐλπωρῇσι σκίαιναν* IV, 632. *Πειραίηνδὲ σκίαιναν* III, 616. — *βλοσυρή τε ζύγαινα* I, 367. *ἀνισώσαιτο ζυγαίναις* V, 37. (v. Spitzner. vers. her. p. 105). Hoc est in vocabulis, quae nec vitari poterant nec aliter aptari versui. Quod antiquitus veniam habuisse constat, neque hoc vitium dici debebat a Loebio spec. quaest. crit. p. 21. Eadem venia cadit in *οὐτιδανοῖο σκιούρου* Cyn. II, 586, et notissimum illud *Αἰγύπτιος* II, 84: sic enim recte correxit Brunck. Sed propriam habet correptionem in *υἷϊ Ζηνός*, IV, 238. *μεσσόθι ζώνης* I, 92. *ὑπελύσατο ζώνης* III, 56: quod tamen et quidam alii ausi sunt, v. Herm. Orph.

---

*) *εἰςόκε κνυζηθμοῖσι* III, 169.

p. 761. Jacobs Anth. Pal. T. III. p. 90 et T. I. p. XXXVI. Loebe l. l. p. 21 *). At in medio vocabulo nec *ἀσκαρδάμυκτος* ferre debebat Loebius I, 208. IV, 134, quod iam Bentleius ad Hor. od. I, 3 recte cum *ἀτάρμυκτος* commutaverat, nec, quamquam id paulo lenius est, *σμι* IV, 248 *κλαυθμυρισμῶν*. Hoc habet cod. Paris., Vatic. *κλαυθμυρίδων*, editi antiquiores *κλαυθμυρίμων*. Tu lege *κλαυθμυρμῶν*, ut *ὀδυρμῶν*. — Quaeri posset de II, 82 *τηλόθ' ἐνὶ δρυμοῖσι σθενοβλαβέος Κυθερείης*, quod Loebius non videtur attigisse. Attamen cod. Ven. exhibet *δρυμοῖς σθενεοβλαβέος*. (Cf. *θεὸς σθένος* IV, 8 **).

III.

Caesuram post primam brevem quarti pedis in Hal. semel inveniri, in Cynegeticis saepissime, ostendit Hermannus Orph. p. 695.

IV.

Eiusmodi versus initium

— ⏑ | ⏑ — ⏑ | ⏑ — ⏑

Cynegetica habent his locis: I, 143 (*πάντες ἑαῖσι*

---

*) Pleraque sunt in fine quinti pedis. Videtur in hoc pede omnis correptio aliquanto minus offensionis habere. Quae exempla attulimus de *ζύγαινα*, *σκίαινα*, *σκίουρος* item in quinto pede sunt, excepto Hal. III, 616. Item maior pars omnium correptionum in Halieutico. *Ζύγαινα* non producens syllabam antecedentem invenio in Epicharmi tetrametro ap. Ath. 286. b *ἦν δὲ νάρκαι καὶ βατίδες, ἦν δὲ ζύγαιναι, πρήστιες*. Illud *καὶ* non est in codd. Si inserto *καί* versus sanandus erat, potius ante *ζύγαιναι* ponendum erat.

**) *τονθορύζοντες*, quod adhuc apud Schneiderum legitur Cyn. II, 541. III, 169, non magis attigi quam *ἐνεπλήσατο* Hal. II, 257. Correxerunt haec iam alii: nec codd. deficiunt.

φίλησι) 167. 284. II, 298. III, 4. 44. 160. 228. 465. IV, 197. 399

ὀξὺ λέληκε θοροῦσα καὶ ὀξὺ δέδορκε λακοῦσα

427. 430. — In Hal. bis I, 176 *οὔτι τόσοι περ ἐόντες*, IV, 440 *τοῖσι δ' ἄφυκτα κέλευθα*. Nam *πῆμα· τὸ δ' οὔποτ' ἔχουσιν* II, 508 et *ἔστι δ' ὅσ' οὔτε γάμοισι* I, 762 tantum abest ut aliquid offensionis habeant, ut teretes poetae aures testentur nec in censum venire possint. Et si praeterea ad amphibrachicas et trochaicas incisiones attenderis, intelliges, quantum inter utriusque scriptoris aures intersit. In Halieuticis talia ita leni litterarum concursu et aliis momentis compensantur, vix ut sentiantur: quod non item est in Cynegeticis.

V.

ἀείδω Hal. V. 296. 451. — Cyn. I, 1. 42. II, 363. 490. 548. III, 340. IV, 4. 21. 374*). — *ἀείρω* in Hal. nusquam, sed Cyn. I, 177. 347. 537. II, 172. 216. 526. IV, 211. 255. 272. —

καλός in Hal. nusquam, in Cyneg. semel III, 344, qui locus Hermannum fugit Orph. p. 818.

VI.

Hiatum in arsi uterque vitavit nec nisi rarissima exempla sunt; attamen vel in hac similitudine aliquid videtur mihi interesse. Sed primum vitiis quibusdam purganda Halieutica. III, 339 dedit Schneiderus

ἄλλους δ' αὖ βρώμῃσι καὶ εἰλαπίνῃσι δολώσας
ἀγρώσσει ἁλιεύς· ἀγαθὸς δὲ οἱ ἔσσεται ἰχθὺς
κάνθαρος, ὃς πέτρῃσιν ἀεὶ λεπρῇσι γέγηθε.

---

*) Hoc ne Nonnus quidem saepius habet in totis XLVIII libris. I, 26. 63. XII, 356. XV, 131. XX, 249. XXVII, 304. XLIII, 127. XLV, 24. 33. — Par. Z, 56.

Quidam libri *δέ τοι*. Quod ad veram lectionem ducit:

ἀγρώσσειν ἁλιεύς· ἀγαθὸς δέ τοι —:

et pergit statim item persona secunda utens: *κύρτον δὲ πλέξαιο.*

Hal. V, 280 *ἐν δέ οἱ ὠτειλῇσιν ἀφυσσάμενοι ῥόον ἄντλον*
πευκεδανὸν στάζουσ'· ἡ δ' ἔλκεσι μισγομένη ἅλς
ἠΰτε πυρκαϊὴ ὁλοώτατον ἧψεν ὄλεθρον.

Mirum profecto, si in tanta huius hiatus raritate etiam duobus continuis versibus admisisset. Et vide ex varianti lectione, qualem Schneiderus apposuit, quam haec incerta sint: „*στάζουσιν, ὁ δ' ἔλκεσι μίσγεται ἅλμῃ* Mosqu. supra *ὁ δ'* scripto *ῥοῦς*. Ita etiam Paris. 1. pal. 1 *στάζουσιν ἰδ' ἔλκεσι*. Paris 2 *ὁ δ' ἔλκεσι μίσγεται ἅίῃ*. — *Ἠΰτε πυρκαϊῇ* Junt. *πυρκαϊὴ* Pal. 1. Paris. 1. *ἠΰτε πῦρ καὶ θηρὶ ὀλύντερον* Par. 2. *καὶ θηρί* Mosq. Vulgabatur *μίσγεται ἅλμῃ, ἠΰτε πῦρ καὶ θῆρ' ὁλοώτατον.*“ Si quid ex hac farragine suspicari licet, videtur scripsisse:

πευκεδανὸν στάζουσιν· ὁ δ' ἔλκεσι μίσγεται ἄντλος
ἠΰτε πῦρ, καὶ θηρὶ θοώτατον ἧψεν ὄλεθρον.

Falso V, 528 ex solo Paris. 2 edidit *Θρῄϊκες αὖ ἐπὶ τοῖσιν ἀπηνέες ἐντύνονται* pro *καὶ τοῖσιν*. Item I, 560 *τῇ ἔνι* pro *τῇ δ' ἐνὶ* infirma auctoritate nititur. Restant haec: *αὖ ἐρύειν*, cuius exempla supra posuimus, *εὖ ἀραρός* III, 367. *ἦ ἔνι* II, 323. *ἢ ὥστε βλωθρῇσι* — IV, 293. *ζωῇ ἐναλίγκιος* IV, 84. *ὀδυρομένῳ ἀτάλαντος* V, 509.

In Cynegeticis haec sunt (nam I, 16 *ἐγὼν ἔραμαι* verum est, cl. *ἐγὼν ἐρέω* IV, 16, et IV, 262 *ὡραίη τ' ἔλινος*, id quod Ballu ostendit): *ἐϋκραίρω ὄϊας* I, 145. *τόξῳ ἐναλίγκιος* 520. *ἢ ὅτι* I, 318. 319. *ἢ ὁπόσοι* 434. *ἢ ὁπότε* II, 431. *ἢ αὐτοῖσι* IV, 335 (*ἢ αὐτοῦ* Hom. Od. ρ, 531. Nic. Ther. 623. Al. 516.) *ἦ ἔνι* IV, 83. *μεσάτῃ ἐνὶ τάφρῳ* IV, 86.

In his quod saepius Cynegeticorum auctor hiatum habet post ἤ in versus initio *), aliquid mihi proprii coloris habere videtur: quamquam concedimus hoc ex levioribus esse, quod per se nihil valeret et ne nunc quidem multum.

VII.

Amat Cynegeticorum auctor versus ita partitos et quasi aeque libratos, ut cum confinium sit post caesuram tertii pedis in *καί* utrimque eaedem partes orationis eodemque ordine procedant.

I, 5 *ὀλβίῳ εὐνηθεῖσα καὶ ὄλβιον ὠδίνασα.*
74 *ἄρκτον ἐπακτῆρες καὶ μορμύλον ἀσπαλιῆες.*
111 *ἤματος ἱσταμένοιο καὶ ἤματος ἀνομένοιο.*
308 *ἄρκτοισι γλαυκοὺς καὶ πορδαλίεσσι δαφοινούς.*
339 *εἴμασιν ἀργεννοῖσι καὶ ἄνθεσι πορφυρέοισιν.*
II, 135 *ἄσχετα κυμαίνοντα καὶ ἄγρια μορμύροντα.*
179 *πιαλέον νώτοις καὶ λεπταλέον κώλοισιν.*
366 *φθεγγομένοις ἰκέλους καὶ λισσομένοισιν ὁμοίους.*
376 *αὐτόδετοι βαίνουσι καὶ αὐτόμολοι περόωσι.*
III, 88 *εὐκεράοις ἐλάφοισι καὶ ὀξυκέροις ὀρύγεσσι.*
217 *οἰκτρὰ κινυρομένη καὶ δύσμορα κωκυούσῃ.*
411 *ἑρπυστῆρας ὄφεις καὶ ἀργαλέους κροκοδείλους.*
IV, 381 *ὀξύ λέληκε θοροῦσα καὶ ὀξύ δέδορκε λακοῦσα.*
447 *γούνασιν εὐφόρτοισι καὶ ἔγκασι κουφοτέροισιν.*

Tales versus in Halieuticis duo sunt:

I, 553 *αἰνοτάτοισι γάμοισι καὶ αἰνοτάτοισι τόκοισι*
III, 320 *ἐμμενέως ἕλκουσι καὶ ἐμμενέως ἐρύονται,*

utroque loco prudenter et perspicua ratione admissi.

---

*) Adhaesit fortasse ex Nicandro, v. Ther. 124. 127. 139.

VIII.

Notissimo illo genere apodoseos, quod incipit ab ὁ δέ, minime raro usus Halieuticorum scriptor: I, 641. II, 53. 153. 192. 215. 439. 493. 561. 630. IV, 192. 316. V, 484. 584. In Cynegeticis hoc semel invenitur, II, 256.

IX.

In exclamatione Cynegeticorum auctor utitur aliquoties forma πῶς et πόσος (non autem ποῖος). I, 330 ὢ πόσση κραδίη, πόσση μερόπεσσι πέλει φρήν! II, 375 αἰδὼς ὢ πόσση, πόσσος πόθος ἐστὶ τοκήων! II, 410 ὄβριμ' Ἔρως, πόσος ἐσσί, πόση σέθεν ἄπλετος ἀλκή! πόσσα νοεῖς, πόσα κοιρανέεις, πόσα, δαῖμον ἀθύρεις. II, 37 οἷος μὲν γλυκὺς ὕπνος — οἵη δ' αὖτε — οἵη δ' ἐν σκοπέλοισιν ἐπακτήρεσσι πάσασθαι ἑρπωλή, πόσση δὲ χάρις κείνοισιν ὀπηδεῖ — III, 113 οἵην μέν — πῶς δ' ἄρ' — πῶς δ' ὄρνις — I, 206 πῶς μὲν γάρ τε μάχαισιν ἀρήϊος ἔκλυεν ἵππος ἦχον ἐγερσιμόθον δολιχῶν πολεμήϊον αὐλῶν! (falso Schneiderus interrogationem esse voluit) ἦ πῶς ἅντα δέδορκεν ἀταρμύκτοισιν ὀπωπαῖς —! I, 406. οἷος — ὅσσος — πῶς. Hoc Halieuticorum scriptor nunquam habet. Et omnino, quod ille tantopere in deliciis habet, rarissime admiserunt alii. Callim. lav. Pall. 107 (πόσσος). Nonn. V, 447. XV, 307.

X.

Dualis pro plurali in Halieuticis nusquam reperitur, in Cynegeticis saepe: I, 72. 144. 145. 146. 164. II, 165. 260. 494 (νῶιν). III. (327) 464 (νῶι). IV, 358.

XI.

Τε Cynegeticorum auctor secundo vocabulo postposuit, v. Herm. Orph. p. 815. (Tertio fortasse I,

526). Item *γάρ*, Herm. 826. Et *δέ* vel post quartum vocabulum intrat (III, 82). Herm. p. 820. Hac omni licentia Halieuticorum auctor abstinuit: nam II, 495 interpunctio ponenda non post *νούσῳ*, sed post *πρῶτον*: *ἀπ' ἀγλαΐης δέ* autem vel diligentissimum non dedecet.

XII.

Dativos *θήρεσι* et *ξίνεσι*, quos Cynegetica exhibent, notavit Herm. Orph. p. 821.

XIII.

Οὕνεκεν in Halieuticis semel, I, 331, item *τοὔνεκεν* I, 612. In Cynegeticis *οὕνεκεν* ter, I, 105. II, 208. III, 486, *τοὔνεκεν* sexies, I, 296. II, 128. 171. III, 80. 404. IV, 51 *). [*Οὕνεκα* in Hal. bis, in Cyn. bis, *τοὔνεκα* in Hal. novies, in Cyn. quater].

XIV.

Ῥινός, pellis, in Halieuticis femininum est (I, 176. 293. V, 237. 378), in Cynegeticis masculinum, I, 251. 422. II, 297. 527. III, 74. 277. 346. 467: ut Nic. Al. 464. 476. [? Quint. *Δ*, 372].

XV.

Δηθάκις, quo rarissime epici usi sunt, in Cynegeticis est I, 27. 84. 328. III, 336. 359. 402. IV, 418. In Halieuticis semel V, 48. (Omnibus his locis significat *πολλάκις*).

---

*) Cf. de his formis Spitzner. obs. in Quint. p. 238. Naeke de Hecale Mus. Rhen. II, 4 p. 573. Apollonius saepius usus. Nonnus nusquam nisi in par. *Δ*, 174. Ex antiquioribus Parmenides aliquoties, v. 70. 93, cf. 95.

XVI.

Forma *ὠπήσασθαι*, quae in Halieuticis nusquam invenitur, in Cynegeticis est I, 316. III, 85. 160. 271. 404. 522. IV, 14, 82. Non memini praeterea me hanc formam legere; sed *ὀπωπήσασθαι* Euphor. fr. XLVIII.

XVII.

Scriptor Halieuticorum dicit *δινεύεσθαι* et *δινεύειν* I, 376. III, 60. 118. (c. v. l.) — II, 241. IV, 56. 218. 422. 672. V, 14. 558. Cynegeticorum auctor *δινεῖσθαι*, IV, 98. 102 *).

XVIII.

Vocabulo *τιταίνειν* et *τιταίνεσθαι* tam saepe utitur Halieuticorum scriptor, ut attente legentem advertere debeat. II, 90. 324. V, 637. 257. III, 252. IV, 85 V, 134. IV, 294. III, 317. IV, 457. III, 150. I, 346. Nec tantum tendendi, porrigendi, trahendi potestate, sed de rebus continuo motu incitatis: I, 221 (quod tamen aliter explicari potest de velis vento impletis cl. I, 346). III, 134. V, 218. Cf. IV, 103 *ὠκέα γυῖα προτιναινόμενοι*. — In Cynegeticis hoc vocabulum non occurrit.

---

*) Longe igitur rarius etiam adhibuit omnino verbum. In Halieuticis praeter locos citatos *δινεύειν* transitiva significatione est II, 94. 345. 371. III, 295. IV, 224. 429. 567. — Quod apud Quintum legitur V, 619 *πάντη δὲ νέκυες πέρι δινήσαντο* falsum est: scripsit Quintus *περιννήσαντο*, v. III, 678. Semel vocabulo Quintus usus, XI, 112 (*στρεφεδίνεον* XIII, 7). — Apud Nonnum praesens est *δινεύω*, frequens satis, quod apud eum semper transitive significat: aoristi sunt *ἐδίνησα* et *ἐδινήθην* XXXIV, 304. II, 407. XVI, 55. XXXVIII, 321. XLV, 275. Et quamquam *δινεύω* activa etiam significatione apud poetas frequens est, tamen *ἐδινεύθην* omnino non novi, sed *ἐδινήθην*: nec *ἐδίνευσα*, sed *ἐδίνησα*, transitivum equidem notavi, nisi ex Philonis carmine de Hierosolymis p. 62 Philipps. *δινεύσας*. — Idem intransitivum est ap. Apollon. III, 310.

XIX

Vocabulo εἴτε Halieuticorum scriptor saepe usus est, Cynegeticorum multo rarius, ille tricies, hic septies. Praeterea ille semper cum coniunctivo vocem coniunxit *), hic in multo paucioribus aliquoties cum indicativo I, 140 (coniunctivum, quem cod. R habet, ferri non posse ipsa grammatica ratio demonstrat). 215. 130.

XX.

Vocabulo ἤτε tam saepe usus Halieuticorum scriptor, ut in his quinque libris idem fere exemplorum numerus sit qui in utroque carmine Homerico. In Cynegeticis ne semel quidem reperitur **).

XXI.

Epici recentiores in orationis progressu, ubi enumerationi similis est, utuntur non raro formula *ναὶ μὴν καί*, hic illic illa a librariis (quamquam ne saepe quidem) et ab editoribus in *καὶ μὴν καί* mutata iniuria. Recte iudicarunt de illa Ruhnken. ad Orph. Arg. 216, Bernhard. ad Dion. perieg. v. 91. V. Arat. 450. fragm. poetae Alexandrini Ath. 116. b. Nicand. Ther. 52. 145. 520. 896. 921. Al. 64. Dion. per. 91. 1011. 1125. Orph. Arg. 216. (? Lith. 29). Maneth. II, 291. VI, 95. 160. 558. 638. Et eadem formula *ναὶ μὴν καί* usus Halieuticorum auctor I, 404. 686. III, 149. III, 482. V, 392.

---

*) V, 428 ex pluribus codd. coniunctivus restitutus.

**) Nec apud Nonnum. — Apud Homerum ἤτε nusquam cum participio coniunctum est, sed apud recentiores, ut apud Apollonium, et in Hal. II, 303. IV 474. 595. V, 91.

Sed adhibet Nicander eadem ratione *ναὶ μήν*, non addito illo *καί*, Ther. 66. 76. 334. 822. 863. Al. 178. 567. Et hoc adscivit Cynegeticorum scriptor, qui *ναὶ μὴν καί* nunquam dixit, non semel, sed studiose: I, 316. III, 84. 482. II, 507. II, 176. 315. III, 449. I, 60. Adhibuit etiam hanc inanem affirmationem alio orationis connexu, III, 170. I, 358. 455. IV, 433. Restituendus ei suus mos I, 147, etiamsi libri manuscripti deficiant. — Ad antiquiores quod attinet, notavi item ex didactico poeta, Emped. v. 238. Adscivit etiam Maximus, v. 200.

XXII.

Duplices praepositiones in Halieuticis sunt *ὑπέκ* I, 285. 777. II, 5. 258. 404. V, 580. 604. *διέκ* IV, 199. *παρέκ* I, 618. In Cynegeticis nullae *). Quod nec ipsum casu factum esse, intelligitur ex verbis sive cum duplici sive cum duabus praepositionibus compositis: qualia in Cynegeticis sunt *ἐπεμβεβαώς* I, 500. III, 280. *ἐπαντέλλειν* II, 97. 563. III, 476. *ἐξαναδῦσα* ib. 149. *ὑπεκδῦναι* IV, 226. *ὑπεκπροθέει* II, 522. *ὑπεκπροθορών* IV, 160. *ἐκπροθορών* ib. 167. *ἐνικάθετο* III, 11. *ἐγκατέθεντο* IV, 244. *ἐγκατέκλεισε* ib. 423. *κατεπάλμενον* ib. 120. *ἐπιπρονένευκε* IV, 122. *προπροκαλυψάμενοι* 334. In Halieuticis longe longeque plura sunt. — Nonnum Wernikius docuit ad Tryph. v. 307 duplici praepositione nulla usum esse praeter *πηνίον ἐξέλκουσα παρὲκ μίτον* (cf. supra p. 284) quod sit colon Homericum. Jam video apud eundem, ut apud scriptorem Cynegeticorum, verbis illis compositis sive cum duplici praepositione sive cum duabus tam raro

*) Desidero apud Schneider. et Passov. adv. *πρόπροθι*, Cyn. I, 530. Sed invenio in Thes. Steph.

usum esse, multum ut absit ut in singulos libros singula exempla cadant. In quibus si quaedam detrahis, quibus liberius aditum permisit, maxime composita cum *ἀντέλλειν*, cum *κάτθετο*, *ἐπεγγελᾶν*, *ὑπέκφυγον*, quo tamen ter usus est *), perpauca quaedam restant. Valet idem de multis aliis, ut in utroque genere parci sint. Ex primis Alexandrinis Apollonius in utroque genere creberrimus: Callimachus in hymnis habet *περιπρό* Jov. 86, composita verba *ἐγκάτθετο* Dian. 229. *ἐξανίησι* Del. 207.

---

*) Praeterea nullum est cum *ὑπέκ*. Nec *ὑπεκκύψαντα*, quod Graefius maluit pro *ὑπερκύψαντα* IX, 11 verum erit.

A d d e n d a.

P. 40 (ad Apollonium). Licebit h. l. mentionem iniicere Apollon. synt. p. 22, 23, ubi paulo aliter quam nunc editum scripsisse videtur Apollonius, eo tantum consilio (levissima enim macula) ut genus quoddam dicendi grammaticorum tangam, de quo nuper aliquid dubitationis iniectum vidi a viro primario. Editur illic *ἀνάγεται γὰρ πρὸς τὸ σύνδεσμος*, et significatur quidem: „articulus refertur ad omissum vocabulum *σύνδεσμος*.“ Sed inspice variam lectionem et facile ex codd. vestigiis agnosces verum esse *πρὸς τὸν σύνδεσμον* Sic statim p. 23, 2 scriptum est eodem sensu: *ὑπακουομένου τοῦ ὀνόματος*. Scripsit Ritschelius de Oro p. 80 hoc modo: „rectissime dicitur *παρῆκται ἐκ τοῦ τεῖχος, ἀπὸ τοῦ ὁ χρώς*: contra non usitatissimum est quod Sturzius expetebat *παρὰ τὴν ἀρών*.“ Sed amant veteres ubi forma tantum vocabuli respicitur non, ut nos solemus facere in vocibus citandis, extra constructionem illud ponere, sed cum oratione connectunt. Nota sunt talia ex Latinis: nomen insaniae significat mentis aegrotationem Cic. Tusc. III, 4. Ipse animus ab anima dictus est ib. I, 9. Audito Caesare Calpurn. Eclog. IV, 97, h. e. audito nomine quod est Caesar, eademque fortasse ratione dictum audito Baccho Virg. Aen. IV, 302. *μέγα Χλόην καλοῦντος* Longus p. 26 cum clamaret: Chloe! quod apud Xen. Ephes. V, 13 est *βοῶν Ἀνθία*. Illud simillimum huic Ciceroniano in Philipp. II, 12 cruentum alte extollens M. Brutus pugionem Ciceronem nominatim exclamavit. Cf. Athen. 578. d *ῥημάτιον εὐθὺ τοῦτο μανίαν ἀνεβόα*. Plat. Theact

207. *Ε τί οὖν; ὅταν ἐν τῷ τοιούτῳ καιρῷ Θεαίτητον γράφων τις* — vocabulum quod est Theaetetus: Ib. 208. A *καὶ αὖ Θεόδωρον ἐπιχειρῶν γράφειν.* Ib. 206. C *τί ποτε καὶ βούλεται τὸν λόγον ἡμῖν σημαίνειν* quomodo vult vocabulum *λόγος* intelligi (nos: was will er unter *λόγος* verstanden wissen). Eodem sensu loquuntur grammatici. Aristonicus *πρὸς τὸν πόνον ἡ διπλῆ* ad Il. *E*, 667. Et Herodianus ad *Φ*, 38 *τάμνε νέους ὄρπηκας*) *ἐνθάδε γενόμενος ὁ Ἀσκαλωνίτης ἀξιοῖ ψιλοῦσθαι τοὺς ὄρπηκας.* Et Apollon. in lex. Hom. *ἀβίων . . . . „γλακτοφάγων ἀβίων τε δικαιοτάτων ανθρώπων“ ὁ μὲν Ἀρίσταρχος ὡς ἔθνους οὕτω λεγομένου ἀκούει, καθ' ὧν καὶ τοὺς γλακτοφάγους τετάχθαι καὶ τοὺς δικαιοτάτους.* Id. *ἄλγεα ἀλγήματα· καταστρέφει *) δὲ εἰς τὰ κακά.* Id. *ἀντίθυρον παρὰ τὴν ἀντίαν θύραν.* Et plurimis locis hic ut reliqui. Ariston. *X*, 281 *ὅτι οὐκ ἐν ἐπαίνῳ ὁ ἀρτιεπής*, quod schol. V sic habet: *ὅτι οὐκ ἐπὶ ἐπαίνου τὸ ἀρτιεπής.* Herod. *N*, 450 *ὁ ἐπίουρος οὐ πάντως ἔχει ἐγκείμενον τὸν οὖρον τὸν φύλακα.* Ariston. *Y*, 109 *λευγαλέος παρὰ τὸν λοιγόν.* Idem *Φ*, 394 *κυνάμυια*) *ἡ διπλῆ ὅτι αὐτὸς ἐσχημάτισε τὸ ὄνομα ἀπὸ τοῦ κυνὸς καὶ τῆς μυίας.* Eustath. *I*, 188 *ἀπὸ γὰρ τοῦ αἴρω τὰ ἔναρα γίνεται.* Id. p. 1516 *τοῦ δὲ ἀκλεὴς ἡ μὲν κοινὴ αἰτιατικὴ ἀκλεέα καὶ ἀκλεῆ, ὡς τὸ ὑγιέα ὑγιῆ, καὶ εὐφυέα εὐφυῆ· ἡ δὲ Ἀττικὴ εὐκλεᾶ κατὰ τὸν ὑγιᾶ καὶ τὸν εὐφυᾶ.* Eustathii praeterea hoc ponam 1364, 20 *παναώριον ἢ τὸν πάντῃ ἄωρον λέγει παρὰ τὴν ὥραν τὸν καιρόν — ἢ παρὰ τὸ τὴν ὥραν τὴν φροντίδα*, ubi in extremis *παρὰ τὸ τὴν ὥραν* habes mirum loquendi genus ex utroque quod dici poterat commixtum, cuius ex Orione exempla collegit Sturzius in ind. s. *παρά*. Cram. An.

---

*) Quod de Arist. stud. Hom. p. 157 scripsi *μεταλαμβάνει* mutandum in *μεταλαμβάνεται*. Bekk. ad Apollon. de pron. p. 170.

I, 84, 9 *παρὰ τὸ ἀρὰν τὴν βλάβην*: in Et. M. *παρὰ τὴν ἀρὰν τὴν βλάβην*. — Caeterum ipsum Ritschelium mihi advocabo praef. Thom. p. XCI.

Si expurgatum habebimus Apollonium et paulo magis quam adhuc factum tota veterum grammaticorum doctrina et oratione, partim ignota nobis adhuc, illis trita et per manus tradita, partim ab iis, quibus nos innutriti sumus, toto coelo distante assueti erimus, apparebit Apollonium ipsum vix impeditius scripsisse quam reliquos grammaticos potiores. Nobis Trypho non facilior esset, nec nunc si quid longiore tenore explicant faciliores sunt Didymus e. g. et Herodianus. Unde minime abludit quod ipse de brevitate sua dicit de pron. in. — Synt. p. 238 nunc impedita: sed etiamsi leviores quasdam maculas ne elueris quidem, sola interpunctione rectius constituta omnia intelliguntur. V. 11 dele comma post *αὐτοῖ*. v. 11 *τὸ* (hoc quidem necessario pro *τῷ* scrib. cum C) *πεῖ*, *τὸ εἶ*, — v. 16 punctum post *πνέω*. v. 17 comma post *παρεπόμενον*. (Articulus *τὸ* v. 16 quamquam vix recte habet, sed aut in *τι* mutandus videtur aut eiiciendus, tamen hoc minus impedit intellectum). V. 18 punctum post *ῥήματος*. Deinde comma delendum post *δέω*, pro puncto post *ἐνδέομαι* comma ponendum. Tam multa paucis versibus in una interpunctione impediunt. — Intelligat aliquis p 251, 5 *καθὸ καὶ ἐπ᾽ ἄλλων μερῶν λόγου δηλουμένου παρέμπτωσις αἰτία γίνεται τοῦ**) —, vel

---

*) In subsequentibus exscripsit Apollonium Macrob. de verb. Gr. p. 738. Hic unus ex plurimis locis est, ubi apud posteriores Apollonium habemus quamquam non nominatum. Qualia etiamsi minus attendit, tamen in hist. litt. Gr. p. 419 Apollonio et Herodiano commemoratis non adiicere debebat Bernhardius: »wenn gleich nur Herodian einen dauerhaften Einfluss gewann.« Quod longissime a vero abest

p. 298, 20 *ἀλλ' οὖν γε ἡ μεγίστη ἐνέργεια ἀπαιτήσασα αἰτιατικήν* — Mihi illic scribendum videtur *ἐπ' ἄλλων παραλόγου δ. . . .*, hic *μεριστὴ* vel *μερική*. Sed his omnibus angustiis iam non speramus sed confidimus mox spectatam Mützellii doctrinam et sollertiam nos exemturam.

P. 302 (ad Nonnum). Formae in *σκον*, quibus Nonnus usus, hae sunt: quae pro complemento sunto eorum, quae dederunt Spohn. extr. Od. 164. Spitzner. de vers. her. p. 209. In Dionysiacis praeter *ἔσκε*, I. 281. III, 281. IV, 453. XI, 400. XIII, 246. XIV, 83. XIX, 244. 256. XXIII, 183. 222. XXIV, 59. 181. 330. XXVII, 80. XXVIII, 81. XXXII, 237. XXXVI, 282. 389. XXXVII, 56. XL, 67. 239. XLVIII, 639, *μογέεσκε* I, 312. XXIX, 254. — *ον* XX, 6. *ἀμφαφάασκε* I, 514. XLV, 299. *κατέεσκε* IV, 56. *δοκέεσκε* V, 394. VII, 221. — *ον* XV, 21. *τρομέεσκε* VI, 13. XIII, 489. *ψαύεσκε* VI, 54 (XLVIII, 399). *κομέεσκε* IX, 160. XI, 463. *κτυπέεσκον* IX, 164. *σπεύδεσκε* XI, 274. *κλονέεσκε* 363. *καλέεσκε* 379. XL, 73. — *ον* XLVII, 91. *ζώεσκον* XIV, 209. *δονέεσκον* XVI, 54. *μεθέπεσκον* XIX, 10. *αἰτίζεσκον* XX, 7. *ποθέεσκε* XXII 202. *αἰχμάζεσκε* XXIII, 34. *ἐπαστράπτεσκον* XXIV, 347, *ἀνωδίνεσκε* XLI, 167. *ἐρύεσκε* XLIII, 50. *ἀντερύεσκε* XLVI, 214. *ἀναβρομέεσκε* XLV, 330.

Paraphr. *ἔσκε* *A*, 9. 14. 28. *B*, 4. *Z*, 41. *H*, 83. *Λ*, 169. *T*, 144. 194. *μογέεσκον* *Δ*, 177. *ὑποδρήσσεσκε* *Z*, 186. *αἰτίζεσκεν* *I*, 49. *ἄϊεσκε* 165. *ἀμηχανέεσκε* *K*, 21. *τελέεσκον* 78. *ἐλαφρίζεσκον* *Λ*, 99. *κρατέεσκε* *N*, 27. *δοκέεσκον* *N*, 119. *στυγέεσκε* *O*, 72. — *ον* 105. *καλέεσκε* *T*, 91. *φιλέεσκε* 138. *Φ*, 36. 121. *πέλεσκε* *T*, 185. *Y*, 15. *δακρυχέεσκε* *Y*, 51.

Discedens a Nonno addam quasdam verborum formas ei praecipue frequens adhibitas, quorum usus esse

ponit ad supplendum Rettenbeci observationem in genere. Unus ut alterum ex aliis quidem Quinctil. Inst. Orat. V, 267 διάνοιαν. — p. 83 pronome ἀφόριστον Fragmenta apud Nonium V, 41. VIII, 388. XII, 1. XIII, 1. XIV, 154. Mus. Rh. 138. Quod verisimile est ad librum Cal-vianum pertinere. — p. 84 ἀπόφασις Quinctil. Inst. Orat. III, 6. — ἀποφατικὸν s. XLVII, 331. — p. 85 ἀπόφασις sive Hanch. IV, 476. Anecdota Lith. Ehr. 6. — p. 100 Aelium v. 440. XLVII, 331. — p. 101 Aelium XIII, 183. XL, 548. Callim. s. Ep. 46 (Schneid. vol. 3017) Schlachtm Mnemth. VI, 256. — p. 108 Fabiae Aelianae Nem. VII, 99. X, 30. XII, 341. XIII, 13. XX, 337. XXVII, 48. XLII, 197. XLVI, 361. — p. 127 Aelium quae Hanicl. Thesg. 207. — p. 129 Pronomen Aeoli Ehr. AL 337. — p. 141 ἀφόριστον Quinct. V, 402. — p. 141 ἀφόριστον XVII, 177. Ἀνεφόριστος consulit Bekker. Anecd. Lith. 1077. — p. 159 ἀφόριστον Quinctil. Inst. Orat. Διάνοια est ipsa Romani sermonis ratio. Ἀφόριστον ἐν τῷ παντὸς ἢ τοῦ τυχόντος ἐστὶ σημαντικόν. Ἀφόριστον ἐστὶ τὸ ἐν τῷ τυχόντι σημαῖνον

Quint. IV, 145. — Ib. Praesens *λίτομαι* frequens apud Nonnum, XLVIII, 880, et maxime in formula *ναὶ λίτομαι*, qua decies utitur I, 134, II, 152. cett. Ex hymnis Homericis enotavit Buttmannus unum locum: adde hymn. XVIII, 48. Orphicorum hymnorum crebra exempla vid. in ind. — p. 179 adde *λήσεται* latebit Lith. 473. Max. 348. 379. — p. 191 adde *ναιήσαντο* Dion. perieg.. 349. — p. 194 Apud Oppianum Hal. II, 87 et 180 est *οἴγεται*, nec significat „aperitur“, sed „apertum est.“ Quod cum *ἔχθομαι* et *στέρομαι* comparabitur. Sic *οἰγόμενος* plurimis locis apud Nonnum est „apertus“: III, 247. XXV, 548: XI, 158. 426. XV, 10. XXV, 535. XXXIV, 247. 345. XLIII, 252. XLIV, 113. XLVIII, 600: Item XX, 18 significari potest commode: „postquam aperta erant.“ De II, 491, quem locum non satis perspicio, dubito: at erit fortasse *οἰχομένου* scribendum. Item „apertus“ epigr. Hedyl. Ath. 497. d. Dion. Per. 146. Attamen *οἴγοντο* et *οἰγόμενος* imperfecta significatione sunt apud Apollonium II, 574, 560. *Ἀνοιγόμενος* si recte iudico ubique hac imperfecta significatione dictum Nic. Al. 240. Nonn. II, 70. 241. XLVI, 140. XLVII, 19. IV, 430. XXXII, 294. XLVIII, 8. 77. Sed *διοιγόμενος* apud Nicandrum fr. Georg. Ath. 683. f. dictum videtur ut *οἰγόμενος*, ambiguum est, nihil tamen quin item dictum sit obstat, ap. Quintum XIV, 496. — p. 230 *στεῦμαι* ex emendatione Hermanni, quae non dubia videtur, Lith. 82. — p. 201 *ὠπήσασθαι*, *οπωπήσασθαι* v. supra. — p. 240 adde *τετορημένος* VI, 73. XXXVI, 214. XXXVIII, 351. XLV, 208. — p. 146 adde *πεφιδημένος* XI, 417. XII, 392. XVII, 264. 369. XXV, 436. XXXIII, 197. XXXIV, 300. — p. 250 adde *φθονέω* propter *φθονέσειε* III, 159. *φθονέσῃς* Phocyl. 65. — Crebro Nonnus utitur imperativo *ἔσσο* I, 460. XI, 11. XVI, 216. XVII, 285. XIX, 45. 313. XXVI, 27.

XXV. 64. XXXIII, 299. XXXVI. 46. XXXVII, 217. 221. XLIV, 109. XLVI, 250. XLVIII, 681. Die hoc imperativo ἴσι et ἴσω Buttmannus I. p. 349 dixit praeter spicue se sana esse Dorismum. At se Byzantius dicam, Eust. 1404. Musebig. ad Hes. 750. Toup. in. 226. Thes. Graeca. p. 2 Beim.; Heilmann (patron ed. Lips. Gregorii Corinthi) atque etiam veteres scriptores et Maso. Antonin. III, 5. Lucian. Hermot. c. 2. 224. C. (Undoli, at sinet, dictum aliquis pro ἴσι longiorem apud Suid. s. Κάπῃ, apud Diog. L. I. 92 ad Delo-

Index I:

loci scriptorum tentati.

Ammon. 131 p. 136. 147.

Anecd. Cram. I, 154 p. 75. — I, 158 p. 149. I, 170 p. 72. — I, 256 p. 170. — II, 269 p. 135. [I, 187 p. 104].

Apollon. Rhod. II, 289 p. 275. IV, 672 p. 306.

Apollon. lex. Hom. s. *ὀνειρείῃσι* p. 26. *πεφράδοι* p. 32. *προβοῶντε* p. 30.

Apollon. Dysc. Synt. 22 p. 325. — 146 p. 116. — 238 p. 327. — 251 p. 327. — 298 p. 328. — 307 p. 40. 63. — 310 p. 40. — 313 p. 39. — 314. 325. 336 ib. — 333. 334 p. 40. — Coniunct. 482 p. 60. — 491 p. 59. — 493. p. 59. 60. — 523 p. 63. — 524 p. 64. — Adv. 535. p. 113. — 559 p. 44. — 576 p. 41. — 591 p. 40. — De Pronom. 54 p. 108. — 63 p. 116. — 73. p. 135. — 79 p. 125. — 105 p. 122. — 118 p. 134. — 148 p. 112.

Arcadius 25 p. 156. — 27 p. 164. — 91 p. 169. — 95 ib. — 117 p. 137. 159. — 146 p. 129. 130. — 181 p. 138. — 182 p. 45. 129. — 185 p. 57.

Aristides I, 138 p. 8. — I, 142 p. 14.

Aristoph. Equ. 32 Dindorfii coni. 99.

Choerobosc. 1375 p. 144.

Cynegetica I, 54 p. 310. I, 206 p. 319. I, 208 p. 315. II, 403 p. 309. II, 541 p. 315. III, 169 ib. III, 448 p. 308. IV, 16 p. 317. IV, 134 p. 315. IV, 248 ib. IV, 262 p. 317. IV, 610 p. 307.

Dorotheus *περὶ κατ.* p. 270.

Empedocl. v. 73 p. 261.

Etym. M. 123 p. 74. — 195 p. 135. — 307 *ξά* p. 67. — 407 p. 155. — 440 p. 44. — 555 p. 156. — 617 p. 148. — 765 p. 144. — 776 p. 165. — 821 p. 66.

Eustath. 366 p. 142. — 1726 p. 162. — ϑ, 325, 335 p. 67.
Fronto 94 p. 16.
Halieutica I, 413 p. 309. I, 560. p 308. 317. II, 257 p. 315. II, 495 p. 320. III, 339 p. 316. V, 280 p. 317. V, 528 ib.
Herodian. περὶ μον. λ. 17 p. 155. — 44 p. 126.
Hesiod. fr. XVI. p. 261.
Hesych. δείδια 275. — 844 p. 142.
Homer. *A*, 8 p. 131. *A*. 85 p. 275. *A*, 93 p. 132. *A*, 142 p. 138. *B*, 368 p. 56. *E*, 64 p. 116. *E*, 387 p. 266. *H*, 100 p. 138. *Θ*, 377 p. 53. *I*, 342 p. 115. *I*, 491 p. 273. *N*, 705 p. 294. *Π*, 395 p. 138. *Π*, 633 p. 294. *X*, 244 p. 53. *X*, 474 et *Ψ*, 698 p. 119. *α*, 175 p. 54. *α*, 337 p. 275. *β*, 126 p. 115. *δ*, 486 p. 55. *δ*, 497 p. 276. *ε*, 27 p. 138. *ϑ*, 315 p. 124. *λ*, 399 p. 56. *o*, 28 p. 138. *ω*, 108 p. 56.
Joannes Al. 27 Diudorfii coni. p. 79. — 31. p. 45. — 41 p. 52. — 42 p. 57.
Joannes Charax 1153 p. 124.
Lithic. v. 62 p. 252.
Lucian. Tragodop. 166 p. 306.
Manetho II, 146 p. 280. — II, 317 p. 279. — II, 345. 360. 415. p. 280. II, 430 p. 279. — III, 222 p. 280. — IV, 611 p. 312.
Musaeus v. 210 p. 278.
Nonnus Dion. I, 99 p. 268. — I, 110 p. 300. — I, 118 p. 278. — II, 244 p. 256. — II, 276 p. 301. — II, 362 p. 266. — II, 641 p. 278. — III, 52 p. 300. — III, 226 p. 278. — IV, 292 p. 282. — V, 289 p. 259. — V, 495 p. 260. — XIII p. 451 p. 256. — XIV, 152 p. 287. — XV, 106 p. 283. — XVI, 400 p. 256. — XVII, 22 p. 261. — XVIII, 364 p. 260. — XIX, 159 p. 263. — XX, 93 p. 268. — XX, 104 p. 282. — XX, 236 p. 268. — XX, 366 p. 264. — XXI, 103 p. 301. — XXI, 302 p. 263. — XXV, 489 p. 264. — XXV, 534 p. 300. — XXVI, 148 p. 257. — XXVI,

339 p. 257. — XXVII, 306 p. 283. — XXVII, 161 p. 272. — XXXII, 222 p. 261. — XXXIII, 278 p. 258. — XXXIV, 47 p. 268. — XXXVI, 168 p. 258. — XXXVII, 423 p. 300. — XXXVIII, 29 p. 270. — Ib. 90 p. 266. — Ib. 278 p. 278. — Ib. 362 p. 257. — XL, 99 p. 272. — XLI, 336 p. 273. — XLIII, 118 p. 283. — XVLI, 220 p. 265 et 256. — XLV, 104 p. 302. — Ib. 109 p. 257. — XVLII, 415 p. 258. — XVLIII, 18 p. 302. — Ib. 399 p. 302. — Ib. 654 p. 258. — Loci, quibus τε falsum, suspectum p. 294—299. —

Paraphr. *A*, 20 p. 263. — *Γ*, 95 p. 271. — *Γ*, 168 p. 271. — *Δ*, 97 p. 258. — *E*, 119 p. 271. — *Z*, 178 p. 271. — *H*, 62 p. 270. — *H*, 127 p. 271. — *H*, 138 p. 259. — *K*, 60 p. 259. — *K*, 124 p. 271. — *K*, 142 p. 273. — *Λ*, 76 p. 274. — *M*, 46 p. 271. — *Π*, 65 p. 262. — *Σ*, 162 p. 259. — *Φ*, 129 p. 270.

Quintus Smyrn. I, 1 p. 276. — II, 169 p. 307. — V. 619 p. 321. VII, 299 p. 275. — VII, 656 p. 276. — VIII, 305 p. 261. — XIV, 299, 302 I. 312. αὖ αὖτ᾽ p. 280.

Schol. Eur. Phoen. 375 p. 153.

Schol. Hom. *A*, 323 p. 49. *B*, 150 p. 76. *B*, 162 p. 94. *B*, 347 p. 49. *B*, 839 p. 79. *Γ*, 46 p. 60. *Γ*, 239 p. 54. *Γ*, 240 p. 81. *Δ*, 97 p. 77. *E*, 64 p. 108. *E*, 834 p. 88. *Z*, 92 p. 91. *Θ*, 163. p. 71. *I*, 392 p. 118. *I*, 453 p. 2. *K*, 18 p. 84. *Λ*, 446 p. 41. *N*, 391 p. 152. *Ξ*, 265 p. 55. *O*, 105 p. 55. *Π*, 57 p. 149 *Π*, 697 p. 41. 42. *Π*, 854. p. 48. *Σ*, 191 p. 76. *T*, 56 p. 53. *Y*, 53 expl. p. 85. *Y*, 251 p. 63. *Y*, 464. p. 128. *X*, 335 p. 49. *Ω*, 292 p. 117. *Ω*, 397 p. 99. *ζ*, 131 p. 49 *).

Sophocl. Antig. 94 p. 240. — Trach. 990 p. 110.

Suid. ἐξέτει p. 146.

Thom. M. 86 p. 137.

Tzetzes ex Il. 154 p. 135.

---

*) *I*, 384 l. ἄμμος καὶ οὐ δὶς τὸ αὐτὸ, non ut dixi Arist. p. 128.

Index II.

Adiectiva comp. in ης (acc.) 135 sqq.
— - cum ἔτος 135 sqq. 143 sqq. 147.
— - cum subst. 148 sqq.
— - cum verb. 154 sqq.
— - cum ὅλω 159.
— - cum ἀρχῶ, ἀντᾶ, ἅδω 159.
— - cum πέτομαι et πίπτω 160.
— - cum adi. in ύς 162.
— - cum simplic. in ης 163.
— - cum ῃ in paenultima 149 sqq. 154 sqq.
— - in ωδης et ωρης 164.
Adiectivorum compos. in ης vocativi et neutra 159.
Adverbia comp. in ες 136 sqq.
— in δε 40 sqq.
Anastrophe 68 sqq.
— s expertes praep. 71.
— praep. inter subst. et adi. vel duo subst. 79.
— praepositionis pro praepositione positae 87.
— - superfluae 92.
— - pro verbo positae 93.
— - adverbii vi positae 94.
— Monosyllabarum 97.
— apud Nonnum 281.
Casus in φι 306.
Christiana nomina illata in grammaticorum locos antiquos 104.

Cognomina Graeca 18 sqq.
Constructio vocabulorum apud grammaticos, ubi tantum forma eorum intelligitur 325.
Contractio apud Nonnum 257.
Correptio quae dicitur Attica 261. 313.
Crasis ap. Nonnum 259.
Dualis pro plurali 319.
Elisio, max. in dat. tert. 47 sqq.
Enclisis 100 sqq.
— post trochaica 104.
— in vocabulo initiali 107.
— pronominum 108 sqq.
— - a *σφ* incipientium 106.
— - post praepos. 109.
— - post *ἀμφί* et alia interiecta voce 109.
— - post coniunctiones 110. 111.
— - in oppositione 111. cf. 121.
— - in *ἀνταναχλάσει* 114.
— - cum *αὐτός* 113.
— - Dual. 123. plur. 123.
— verborum 125.
— particularum 127 sqq.
Epectasis in *δε* 40. 133. in *γε* 133.
Exitus versuum pleniores formas amat 275. Ap. Apollon. 267.
Futurum de rebus fieri solitis 201.
Genitivus absol. Hesiod. 189.
— decl. primae ap. Nonn. 256.
— subst. in *εύς* - - 260.
Hiatus ap. Nonn. 264. ap. Maneth. 279. ap. Opp. 316.
Imitatio Nonni 284. Im. per assonantiam 287.
Imperfectum in similitudine 293.
Imperfecta in *σκον* 302. 328.
Ordo verborum naturalis 82.
Perfectum in grammaticorum citationibus 37.

Perfectum pro praesenti 288.
— - aoristo 274.
Plusquamperf. pass. pro imperf. 292.
Praepositio pro praep. 87.
— superflua 92.
— duplex 323.
Praesens in grammatic. citationibus 38.
Pronomina reflexiva ἑαυτοῦ cett. ap. Hom. tantum disiuncta 114.
Synizesis ap. Nonn. 257.
Tmesis ap. Nonnum 283.
Verba cum duab. praepos. composita 323.
Verborum formae, quibus Buttmanni gramm. augeatur: 274. 275. 276. 290. 1. 292. 329 sq.
Versus spondiaci 281. 309.

Index III.

Ἄγε adv. 109.
ἀείδω 316.
ἄειρω 316.
αἶα 261.
αἴρω ἀείρω 259.
ἀχλεες acc. 138.
ἀμφωες acc. 152.
ἀναστροφή 68.
ἀπολύτως sim. 107.
ἄρα 269.
ἄρχιος 249.
αυ αὖτ᾽ 281.
αὖ ἐρύειν 277.
αὐτόν encl. 124.
βασιλεῖς et — λέων 242.
βῆσσαι 186.
βιοπλανες acc. 139.
γάρ encl. 101.
δέ encl. 101.
δείδιε cett. 274.
δηθάκις 320.
διασταλτικῶς sim. 107.
δίκη 241.
δινεύω ἐδίνησα cett. 321.
δολιχεγχεας acc. 150.
ἑαυτῷ Nonn. 272.
ἑάων 66 sqq.
ἐγερτικόν 103.
ἔγκλιμα, — ατικόν 104.
ἔγωγε ἔμοιγε 133.
ἔθεν 120.
εἴ 98.
εἴδεις 276.
εἴη ab εἰμι 206.
εἴκελος 302.
εἰμί, ἐστί, ἐστε cett. encl. 125. 126. ἐστί 104.
εἰς praep. 98. verb. 126.
ἐλάχεια 176.
ἕνεκα coniunctio 110.
ἔνθα καὶ ἔνθα ap. Nonn. 267. 284.
ἐννοσίγαιος 301.
ἐνοσίχθων 301.
ἑξετὲ acc. 147.
ἕοι ἕε 123.
ἑός ap. Nonn. 260.
ἐπάναγχες 143.
ἐπεδείδιε 274.
ἐπεὶ ἤ 62 sqq.
ἐπεί σε 122.
ἐπιταγματικόν 112.
ἐπίτηδές 138.
ἔριθος 205.
ἔσο 330.
ἐσποίδακα pro praes. 288.
ἐτωσιοεργός 192.
εὖτε. 322.
εὐτείχεα acc. 149.
ζαής 154.

ἡ, ἤ 50 sqq.
ἦ θέμις ἐστί 44 sqq.
ἠδέ 268.
ἠέ τε, ἠέ τι 279.
ἠμέας 258.
ἠυτε 322.
θάλεια 166.
θής 205.
ἰδέ 268.
ἶσος ἴσος 272.
καλός 272. 316.
κεκοπώς 291.
λίγεια 169.
μέν encl. 101.
μευ ap. Nonn. 258.
μήν 263.
ναὶ μὴν (καὶ) 322.
νηδύμιος 306.
νῦν νύν 130.
νύνδη 131.
ὅδε, ἥδε, οἵδε, cett. 133.
ὁ δέ in apodosi 319.
οἰγόμενος 330.
οἰέτεας acc. 148.
οἱ περί 28. [οἱ ἀμφὶ Βελισάριον Belisarius cum collega Hermogene Procop. T. I. p. 67, 7. 22. p. 71, 2].
ὀλίγος raro 223.
ὀρθοτονεῖται ἡ πρόθεσις 75.
ὅτι ἤ 62 sqq.
οὐ — οὐδέ non magis quam 192.
οὕνεκεν 320.
ὀφέλλειν νεῖκος 181.
παλιμπετες acc. 138 sqq.
παράγειν 153.
παράγραμμα 9.
παρῆας 276.
πεδίον 186.
πεπηλώς 287 sqq.
πεπληγώς 291.
ποδάρκης 159. 150.
ποδώκης 163.
πώποτε acc. 127.
πῶς πόσος in exclamatione 319.
ῥά 269.
ῥινός 320.
ῥόθος 240. [post Lith. adde: Aesch. Pers. 468].
σφάς 124. 306.
σφωίτερος 260.
τε collocatio 319.
τάρ 131.
τε 269.
τί ἤ 162 sqq.
τιταίνειν 321.
τοί 122.
τοιῆδε, τοσσῆδε cett. 133.
τόσσος γε acc. 133.
τόφρα (δέ) 286.
ὑμέτερος pro σός 260.
ὑποβολὴ ἀνταπόδοσις 220.
ὑποδιαζευκτικός 51.
φημί cett. encl. 126.
φραξάμενος 306.
φυλάσσειν τὸν τόνον 75.
φῶς, φόως ap. Nonn. 259.
χάριεν 143.
χρυσεος, χρυσεος ap. Nonn. 263.
χρώς 193.
ὤλολε 274.
ὠμηστῆρος 306.
ὠπήσασθαι 321.
ὥριος 186.
ὥς ὧς 63. 99.

Google

Digitized by Google

Digitized by Google

3 2044 020 010 922

This book should be returned to the Library on or before the last date stamped below.

A fine is incurred by retaining it beyond the specified time.

Please return promptly.

WIDENER
SEP 2 1998
CANCELLED
WIDENER
DEC 15 1998
CANCELLED
HARVARD COLLEGE

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google